UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Verus Ecclesiasticus Vocationem suam cognoscendi Avidus, Eidemqve Correspondendi Studiosus

**Mansi, Giuseppe**

**Francofurti ad Mœnum, 1693**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38106**

Visual Library

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th. 2841.
J. III
30.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# VERUS ECCLESIASTICUS

Vocationem ſuam cognoſcendi
Avidus,
EIDEMQVE CORRESPONDENDI STUDIOSUS,
*ab*

A. R. P. Joſepho Manſi, Congregat.
Oratorii Presbytero, Italica Lingua conſcriptus,
cujus ſeptimæ Editioni variis Capitibus auctæ, ac
Libris quatuor ſæpius excuſæ, acceſſit

Liber quintus, continens ſacroſanctæ
Miſſæ expoſitionem Hiſtorico-Moralem;
Opus cuivis ſacrorum Ordinum, ſive ſæculari,
ſive Regulari Candidato, ſummè utile ac neceſſarium,
atque ad ſpirituales formandas Parænes ſuperioribus
apprime, accommodatum quodammodoque ex-
temporaneum;
Studio ac operâ

R. P. ADRIANI à S. Franciſco,
Antvverpienſis Ord. FF. B. V. Mariæ de
Monte Carmeli Provinciæ Alemanniæ
inferioris Sacerdotis & Theologi;

Primâ hâc editione evulgatâ,
Latinitate donatus.

*Cum Gratiâ & Privilegio S. Cæſareæ Majeſt.*
dono P. Francofurti ad Mœnum, Kloppenburgh.
Sumpt. Joannis Melchioris Bencard.
Collegii Societatis M DC XCIII. Jesu Paderbornae
1697

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Reverendiſſimo ac Illuſtriſſimo*

DOMINO,

# DN. PHILIPPO ERNESTO

S.R. Imperii Comiti de Hohenloë, Domino in Langenburg &c. Eccleſiarum Cathedralium Moguntinenſis ac Colonienſis Canonico Capitulari; &c.

*DOMINO MIHI GRATIOSISSIMO.*

*Reverendiſſime ac Illuſtriſſime Comes, Domine Gratioſiſſime.*

VErum Eccleſiaſticum dum hæ paginæ adumbrant, ut dirigant doceantque Clericos & Sacerdotes, piè ſanctéque vivendi, Profeſſionemque Clericorum eſſe vitam Cœleſtem, prodire in lucem ſub nominibus tuis ambiunt, *Reverendiſſime ac Illuſtriſſime Domine.* Quam ſibi conciliare lucem à *TE* (magno Eccleſiæ luminari) non ſperent? cum vel ipſas umbras tua lux illuſtres faciat; ideo ſuper candelabra poſitus Metropolitanæ Moguntinæ & Colonienſis Eccleſiæ, ut amplius illumines: Et verò quot non radios inde ampliſſimæ Germaniæ orbes excipiunt tuæ virtutis & ſapientiæ? Jam in nominibus tuis veritatem docti, quæ ab annis primis definierunt te *Altam Flammam.* Quidquid in *TE* flammæ, *ALTUM* eſt, & ad illuſtrandum præclariſſimè eminet emicatque: ita *conveniunt*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*veniunt rebus nomina ſæpe ſuis.* Quam ſuo Nomini in hac *Alta Flamma* gratulatur Excellentiſſima & Illuſtriſſima Familia *Hohenlojana*, precaturque magnis votis, ut ſplendor & ardor flammæ tuæ abſque nubilis ſemper altiùs tendere videatur, videatque ſera ſæcula. Geminat hæc vota ejuſdem jubaris avidiſſimus Clerus & omnis Germania; omnium nempe affectus intimos & animos ſibi virtus & ſapientia tua obligavit. His ita omnibus luces & ardes, ut amore tui ſingulos accendas. Ergo, ut *Veri Eccleſiaſtici* amore pariter animi ardeant, patere *Reverendiſſime & Illuſtriſſime Comes*, ei tua lumina prælucere. Non deſpice hoc opus humile, Illuſtriſſimo tuo Nomine penè indignum, nam nec Lux ipſius Solis, quantumvis alta, reſpicere infima dedignatur, & verò Verus Eccleſiaſticus qui libri (hujus eſt titulus) ſe meritò debet *Tibi*, qui *Verum Eccleſiaſticum* vocationemque ſuam avidè cognoſcentem vivo exhibes virtutum ac ſapientiæ *Tuæ* ſchemate. Non impriment hi typi verbum, niſi quod in *TE* ceu vivo prototypo, Eccleſiaſticis planè lineamentis exemplisque jam pridem ſit expreſſum. Accipe igitur opuſculum hoc, tot titulis tuum, & ne obſcurum lateat, dignare id luce favoris gratiæque tuæ illuſtrare: & dum in eo Verus Eccleſiaſticus (in tuam panegyrin) illuceſcit, *Tu* interim perge vivere Eccleſiæ *Alta Flamma*, Veri Eccleſiaſtici imago illuſtriſſima; tuisque vitæ ſanctioris, verèque Eccleſiaſticæ radiis univerſos felicita & ſerena.

Ita vovet

*Reverendiſſimæ ac Illuſtriſſimæ Dominationis Tuæ*

Cliens ac Servus

Joannes Melchior Bencard.

Anagno-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Anagnoſtæ

# Benevolo Candidoque Interpres.

ANni plus minus undecim ſunt, amice Anagnoſtes, â quibus Romá ab Authore ipſo, mihi *verus* hic *Eccleſiaſticus* Italicè transmiſſus fuit, eum in finem, uti ſcribebat, ut Latinitate donatus, quem fructum ſuos apud Nationales fecerat, parem exteris, linguæque Italicæ ignaris proferre poſſet: hæc pii viri piiſſima erat intentio: ego interim curtæ meæ gnarus ſupellectilis, exiguæque (ſi forte ullius) Romanæ linguæ peritiæ notitiæque conſcius, â me ipſo nunquam impetrare potui, ut labori illi manũ admoverem. Delectabant me equidem pulcherrimæ, utiliſſimæque morales doctrinæ, aſt abſterrebant vix noti idiomatis hinc inde patentes latebræ, fiebatque, ut ſæpius in manus ſumptus, viſus, ac reviſus liber, iterato reponeretur, adeo ut timeam, ne forte aliquando coram ſupremo Patrefamilias, de tam eximio opuſculi hujus Talento diu adeo defoſſo quaſi, ac ſuppreſſo, agar reus. Fateor, diverſis vicibus, variis linguam Italicam probè callentibus viris librum legendum obtuli, illum in finem, ut novi Latinique idiomatis indueretur habitu: verùm, ſemper idem, laudibus tamen oneratus, uti ſanè meretur maximas, ad me rediit, nec ullus ſpartæ illi humeros ſuos ſupponere voluit; donec tandem, imbellis ego, urgentibus indubiè, promoventibuſque Venerabilis Devotiſſimique Authoris, qui ſubmiſerat, felicibus ut ſpero manibus, me operi accinxi, ſuffraganteque Dei gratia, tuum in commodum ac

emolumentum, Anagnoſta, meliori modo quo potui, tandem feliciter ad umbilicum deduxi.

Quis, qualiſvè vir fuerit A. R. D. ac venerandæ memoriæ Pater Joſephus Manſi, quamvis libenter pluribus amico Anagnoſtæ meo expoſuiſſem, ſi votis intentionique meæ correſpondiſſet effectus, nihilominus tali quali mea Encomiaſtica relatione haud eget, dum memoria illius in benedictione eſt, eumque ſuperabundè laudent in portis, pulpitis, Exedris ſacriſque Cathedris ac congreſſibus, opera ejus. Opportunè huic meo propoſito ſcribit Romanus ſapiens Epiſt. 114. *Talis hominibus fuit Oratio, qualis vita: Non poteſt alius eſſe ingenii, alius animi calor: ſi ille ſanus eſt, ſi compoſitus, ſi gravis, tēperās, ingenium quoq; ſobrium & ſiccum eſt, illo vitiato hoc quoq; afflatur.* Idemq; hic Stoicus, dū in agone ultimo â Tyranno Nerone teſtamentariæ illi negarentur Tabulæ, amicis pro ſui memoria, ſuis in ſcriptis ſuā reliquiſſe vivam quodam̄odo effigiem, proteſtatur: nulla enim unquam delineatio ſuo prototypo conformior, nulla ſimilior parenti ſuo proles, quam ſcripta ſuum referant, exhibeantque authorem. Paucas exaraverat lineas ad S. Gregorium Magnum, Leander Hiſpalenſis Epiſcopus, ad quas memoranda hæc reponit S. Romanus Pontifex, regiſtrata l. 7. Ep. 60. *Boni autem ſapienteſque viri adfuerunt, dum legeretur* (Epiſtola nimirum) *quorum ſtatim viſcera in compunctione commota ſunt. Cœpit quiſque amoris manu in ſuo corde te rapere, quia in illa Epiſtola tua mentis dulcedinem, non erat audire, ſed cernere; accendebantur & mirabantur ſinguli, atq; ipſe ignis audientium demonſtrabat, quis fuerit ardor ſcribētis.* Sed ſuper hæc omnia firmiorē habemus S. Spiritus atteſtantem ſermonē Proverb, 12. v. 8, *in Doctrina ſua noſcitur vir.* Hæc ſi

ita ſint, uti ſunt veriſſima, dum tot tantaque de Deo diviniſque rebus ſcripſit A.R. ac Venerabilis P. Joſephus Manſi, ut animum ejus inſediſſe, ac occupaſſe debuit Deus! dum vaſto illo omnigenæ ſcientiæ doctrinæque compendio, Bibliothecâ morali dico, tam blande quam efficaciter, tam nervosè quam ſuaviter commendat, perſuadet, inſtillatque virtutes; contrà autem graviter, vigoroſe, fortiſſimèque ſcelera deteſtatur, & vitia, monſtrorumque illorum detegit cubilia, periculoſas excutit qualitates, ac venenatam eorundem propalam exhibet naturam, exindeque crimina perſequitur, peccata inſectatur abominaturque, quam præſumendum eſt animam illius abundaſſe virtutibus, vitia exhorruiſſe, divinaſque offenſas! Mentis cordisq; indicem agit ſcripta manus, ſtatimque ex inſcriptione, illius noſcitur inquilinus. Dum Ærarii Evangelici agit Quæſtorem, fideique dogmata luculenter deducit ac explanat, morumque regulas, & diſciplinam ex amuſſi componit: dum quatuor libris Sanctorum complectitur panegyres, eorumque luculenter copioſiſſimeque deprædicat actiones heroicas, virtutes exornat ac ſuprà naturæ vires acta commemorat, ut debuit perfuſa fuiſſe fundatæ pietatis, multiplicis eruditionis, exquiſitæque ſcientiæ ſupellectili mens illa, illa anima, è qua cuncta hæc tam largè tam abundanter, tam profusè derivabantur! & ut ad præſens hoc deveniam opuſculum; qua erga ſacratiſſimam ac ter tremendam Euchariſtiam, charitate æſtuaſſe, qua reverentia, pietate ac devotione, in ſacro incruento ſacrificio affectus, imo raptus fuiſſe cenſendus eſt animus ille, qui tenerè adeo, adeò operosè & potenter eundẽ ardorem, eandẽ pietatem, humillimamq; veneratiō, erga Myſteria illa incom-

prehenſibilia cunctis aliis communicare, ac infundere conatur, atque utinam ſaluberrimum hunc ſuum pariter & utiliſſimum finem conſequatur. Fateor, cuncta venerabilis viri hujus ſcripta, eruditã ſpirant pietatẽ, longèq; abſunt ab omni lenocinantis, blandientiſve vanitatis, inaniſve ſcientiæ fuco; verum hoc in opuſculo, quod tanquam Benjaminum in ſuo ſenio procreaſſe videtur, ſingulare aliquid elucet præ cæteris. Mentionem facit in decurſu opellæ, adeſſe ſibi de venerabili Euchariſtia volumen in folio, inſcriptum *Sacramentum amoris*, cujus utinam adeſſet copia, ſummo fructui uſuique futurum concionatoribus cunctis, præ aliis autem Archidiœceſis Moguntinæ, in quã paſſim & ubivis fermè locorum confraternitates, in ejusdem nunquam ſatis laudati Sacramenti honorem, inſtitutæ ſunt.

Quod fructum attinet, quem liber hic in Italia fecerit, quãvis adæquatè ac definitè reſciri nequeat, aliqualiter tamen conjici, aut præſumi poteſt ex aviditate ſummoque ſtudio, quo illius exemplaria, ſatis licet copioſa, citiſſimè diſtracta ſunt, prævenientibus fermè emptoribus, ipſum mercatorem, raro ſane exemplo: ſcribit enim Typographus Romanus, in ſeptima ipſius editione ad lectorem, quod nondum evoluto triennio, tribus vicibus illum impreſſerit, hacque non obſtante ſua diligente accurataque induſtria, nec votis deſideriisve ſatisfacientibus exemplaribus, Venetiis, Neapoli, ac Taurini fuerit reimpreſſus, & ad plurimorum inſtantiam, ſeptimum typum illum à ſe fuiſſe adornatum. Faxit Deus, ut parem in Germania guſtum excitet inter Eccleſiaſticos, ab iisque legatur, penetretur, practicetur: certum enim eſt, quod ſive accinctus, ſive accingendus, aggregandusve ſtatui Eccleſiaſtico practicam



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſticam inveniat ſuæ conditionis delineatam manuductionem, ille ut cognoſcat (ſi fors plenè non perceperit) quid ſibi deinceps incumbat agendum, quomodo converſandum cum proximo, periculaque quævis emergentia cautè præcavenda; hic autem, ut videns vocationis ſuæ eminentiam ac ſanctitatem prælustrem, à ſtatu, quem ſuſcipere intendit, requiſitam, juxta hanc propoſiti ſui capiat menſuram, nec ſibi imaginetur, ſub ſpinoſo, cruentoque capite ac duce Chriſto, quem imitari, ejuſque in incruento Miſſæ Sacrificio Miniſtrum ac vicarium agere intendit, delicatum poſſe degere membrum, aut mollem teneriumve ali militem, ac multo minus de paupere Chriſto ſaginari intendat.

Nemo mihi hic occin t; tam multa præclaraque jam tum hac in materia ſcripta eſſe, typiſque prodiiſſe, ac luculentiſſimè integris foliorum voluminibus eſſe pertractata, proindeque iſta quaſi videri ſuperflua, atque actum agi: Reſumo enim argumentum, & primo cum S. Leone Papa (quamvis in diſſimili, materia) reſpondeo, quod inde oriatur neceſſitas ſcribendi, unde adeſt rationon tacendi: deinde argumentum retorqueo: ſi enim tam multa, tamque eximia ſcripta hactenus luci edita ſint, & nihilominus tam parum, imo fermè, proh dolor, nihil (utinam non haberem quotidianam hoc aſſerentem experientiam teſtem) emendetur; quid prudens quiſque exiſtimare poterit futurum, nihil, aut parum, ſi ſcriberetur? *Clama, ne ceſſes, exalta vocem tuam*, inquit vates Evangelicus; & ſane (ut planius deducam citata S. Leonis verba) inde naſcitur pluries iteratoque ſcribendi ſæpiuſque inculcandi, ac demonſtrandi neceſſitas, unde non curandi, non obſervandi, ferme dixeram ſpernendi, oritur negligentia, hebetudo, contumacia.

)( 5 Quo-

Quotus enim quiſque eſt, qui poſt adeptam pleniſſimam ſtatus ſui ſuæque Obligationis, cognitionem, moribus ac vita ſe illi conformare ſtudeat? quotus eſt Eccleſiaſticus ſive ſæcularis, ſive regularis (utriſque enim hic liber loquitur) qui illum attingat puritatis ac ſanctitatis apicem, quem ab ipſo exigit vocationis ſuæ conditio? Excellentiſſimo ſignati ſumus charactere, infimo ac deſpecto pergimus vivendi genere, quodque miſerius eſt, id quod à pluribus recte laudabiliterque geritur, à paucis plerumque devenuſtatur. Prætermittere nequeo, quin, ut inſulſam hanc efficaciter retundam objectionem, vigoroſiſſimam hic inſeram Salviani Maſſilienſis l. 7. de vero judicio eruditionem, an lachrymas, ſanè hoc ævo noſtro affatim merito perfundendas, a. quaſque ſtillent oculi, dum myſtici Eccleſiæ oculi (quales vere ſunt Eccleſiaſtici) adeo obnubilantur: *Vt in oculum*, inquit, *etiamſi parva ſordes incidat, totum lumen obcæcat: ſic in Eccleſiaſtico corpore, etiamſi pauci ſordida faciant, prope totum* Eccleſiaſtici *ſplendoris lumē obfuſcatur: nametſi pauci ſint, qui dedecoroſa ſuſtineant, multi tamen ſunt, qui paucorum ſordibus polluuntur*. item idem l. 9. ad Eccleſiam: *Nihil turpius eſt*, dicit, *quam excellentem eſſe quemlibet culmine & deſpiciabilem vilitate: quid enim aliud eſt* Principatus (Regale Sacerdotium) *Sine meritorum ſublimitate, niſi titulus ſine homine, aut quid eſt dignitas in indigno niſi ornamentum in luto? & ideo cunctos, qui ſacri Altaris ſuggeſtu eminent, tanto excellere oportet merito, quantum gradu*: dumque hæc à tot ſæculis ſcripta ſint calamo, moribus autem incorrecta, an hac in materia ſuperfluum quid, nimiumve ſcribi poſſit? verum de hiſce plura Author.

Non ſum ego is qui aut intendam aut præſumam mone-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

monere , multò minus inſtruere Illuſtriſſimos Ordinarios , utpote quos , tanquam Epiſcopos à Deo , ad Eccleſiam ſuam regendam conſtitutos , ſummo cultu proſequor,omniq; honore ac reverentia ſuſpicio : nihilominus, graviſſimum Doctoris gentium , magnique Dei Apoſtoli Pauli monitum , ſuum ad diſcipulum ac Epiſcopum Timotheum cap. 5. *Manus citò nemini impoſueris,* de quo apud Cornelium à Lapide in S. Pauli Epiſtolas ad eundem locum, hæc animadverſione digniſſima , regiſtrata, latiusque deducta ac paraphraſtice expoſita reperio , hiſce formalibus : Vide , ô Timothee Epiſcope , ne quem temerè ordines , ſed unumquemque prius proba,& examina , an probatæ ſit vitæ, ac doctrinæ, talique gradu dignus ; alioquin particeps fies peccatorum & ſcandalorum , tum eorum , quæ talis poſt ſuam ordinationem , in ſuo gradu committet, tum eorum , quæ ante ordinationem admiſit , quia propterea ordinatione eſt indignus : ſi ergo eum ordinas , tali gradu dignum eſſe judicas , ac conſequenter videris eum , ejusq; mores ac peccata approbare , itaque eorundem particeps efficeris. Hæc ille , qui ſtatim etiam tremendam ſubjungit hiſtoriam de S. Leone Papa I. à Cardinale Baronio in Annalibus Eccleſiaſticis ad annum Chriſti 461. relatam ; quod cum S. Leo , orationibus & jejuniis vacans ad ſepulchrum S. Petri, Dei miſericordiam , ac peccatorum veniam imploraret,hoc reſponſum à S. Petro acceperit : *Deprecatus ſum pro te Dominum , remiſitque ille tibi peccata , ut ſolum hoc à te expetendum , & à te poſtulandum ſuperſit , quibus adverſus Apoſtolicam legem , manum temerè impoſueris.* Quod ſi hæc fiunt in ligno viridi ( inquit à Lapide ) in arido quid fiet ? Leone enim quis ſanctior , & prudentior ? Ita-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

que tam ſeria, tantique momenti Doctoris Gentium admonitio, rationabilis, ſincerique voti ſuppeditat materiam; dum enim ly *citò* valde indefinitè quoad tempus, in illa ponitur, haud cita fors fieri videretur cuivis Ordinando manuum impoſitio, ſi priusquam charactere tingeretur Eccleſiaſtico, Eccleſiaſticumve indueret habitum, præter alia laudatiſſima, uſuq; in eum finem recepta ſtudioſa, piaq; exercitia, *verum* hunc *Eccleſiaſticum*, ſæpius volvendo, ac revolvendo plane imbiberet; ex quo futurum ſpero illud, quod omnes plane optant voventque Illuſtriſſimi Ordinatores, ut meros *viros* procreent *Eccleſiaſticos*, utiliſſimoſque Eccleſiæ producant miniſtros, quod & unicum meum votum eſt.

Aliud quoque eſt quod te moneam, Amice Anagnoſta, citationes nimirum à me redditas, ea, qua accepi fide; adverti autem eas in editione Itala, qua uſus ſum, valde fuiſſe confuſas, incertas, corruptas, nec tempus mihi fuit, aut librorum copia, ut tuum in obſequium integras eas reſtituerem: ſi quid porro per meam hanc qualemcunque opellam, tibi fructus, aut commodi præſtiterim, veruſve hic Eccleſiaſticus, verum tuæ conditionis ac ſtatus excitaverit, promoveritve Spiritum, ut precibus tuis apud Deum, quo meum in me augere ac conſervare dignetur, impetres, rogo, ac Vale.

Appro-

# Approbatio Theologorum,

## *Et licentia Ordinis pro Verſione,*

### *Cenſura.*

VErus Eccleſiaſticus ab A. R. P. Domino Joſepho Manſi ſæpius Italicè editus, nunc vero à R. P. Adriano à S. Franciſco Provinciæ Allemanniæ inferioris ſacerdote profeſſo &c. in Latinum translatus, & à me infra ſcripto ex commiſſione admodum R. P. Provincialis Noſtri accuratè perlectus *nomen & omen habet*: nec enim in ullo diſſonus eſt, aut rectæ fidei aut regulis morum; imo vero tam ſalubriter regulat mores Eccleſiaſticorũ quorumcumq; cujusvis etiam Dignitatis, Conditionis, Religioſi ordinis, aut functionis, vt quilibet in illo, genuina veluti vitæ Clericalis idea, altiſſimæ ſuæ vocationis eminentiam ſpeculari non tantum, ſed & opere ipſo in ſe efformare valeat, practicè, nimirum inſiſtendo inibi traditæ doctrinæ, cuilibet in ſortem Domini vocato ſummè utili, quid ni & neceſſariæ; optandum proinde foret, ut libellus hic (practicum ſane Clericalis perfectionis compendium) eccleſiaſticorum omnium tereretur manibus, imprimeretur cordibus, exprimeretur moribus: Quare digniſſimum judico qui ad communem utilitatem publici juris fiat. Ita cenſeo & ſentio in Carmelo noſtro Antoniacenſi in Vigilia nati D.N.J.C. Anno 1692.

*Fr. Cunibertus à S. Huberto ſacroſanctæ Theologiæ Lector Emeritus ac Carmeli Antoniacenſis pro temp. Prior.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## Cenſura ſecunda

HÆſit ſane voluntas mea, meusq; intellectus, attente ex ſuperioris mei A. R. P. Provincialis noſtri mandato perlegens, â R. P. Adriano â ſancto Franciſco Provinciæ noſtræ iterato Priore, Philoſophiæ ac Theologiæ antehac lectore, A. R. P. Joſephi Manſi Congreg. Oratorii presbyteri, verum vere Eccleſiaſticum in moribus, dignitate officiis, exprimendis, delineandis, corrigendis, Latinitate donatum, ut redivivum videre mihi viderer Beſeleelem, aptiſſimeque hic illud Vincentii Lirinenſis Cap. 27. adverſus Hæreſes repeterem, insereremque: O Doctor ingenio, exercitatione doctrinæ, eſto ſpiritualis (Eccleſiaſtici) Tabernaculi Beſeleel; pretioſas divini dogmatis gemmas exſculpe, fideliter coapta, adorna ſapienter, adjice ſplendorem, gratiam venuſtatem; intelligatur te exponente illuſtrius quod antea obſcurius credebatur: per te poſteritas intellectum gratuletur, quod antea vetuſtas non intellectum venerabatur. Etenim tam avide abripiebatur illa â pulcherrimi operis hujus moralitatibus, ut magnum in ſeſe excreſcere perſentiſceret deſiderium, ſane ut verus hic eccleſiaſticus omnium eccleſiaſticorum pervolet manus, mutet mores, erigat mentes, ex quo quantum eccleſia decus, ſtatus eccleſiaſticus gloriam, omnis eccleſiæ militantis Hierarchia morum, vitæ honeſtatiſq; harmoniam conſequeretur, haud difficile judicatu erit, qui eundem attenta mentis trutina ad fidei & morum ſanctuarii pondus appenderit; nihil ſane in illo, niſi tali ſtatu, vita, moribus, officio, dignitate digniſſimum experturus, & Authorem de fœtu, & inter pretem de injecta pereleganti alienæ proli Latinitatis toga, pari laudis participatione commendaturus;

huic

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

huic vero ad plura hujusmodi utiliſſima certe opuſcula Latinitati donanda ſtimulos additurus quis ſit, nullatenus mihi licet dubitare. Siſtat ergo ſe luci, Latino inſtructus idiomate verus eccleſiaſticus, inſtruat eccleſiaſticos quotquot eccleſia habet ſive pro ſupremi, ſive medii, ſive infimi gradus in eodem ordine Hierarchico ejusmodi ſtatus profeſſores. Hoc eſto judicium imo votum meum.

*Fr. Amantius â Paſſione Domini.*
*Ordinis FF. B.V.M. de monte Carmeli SS. Theologiæ in univerſitate Colonienſi Licentiatus, ejusdemq; Profeſſor Emeritus, Provinciæ Definitor manu propria.*

## *Licentia A.R.P. Provincialis.*

UT liber cui titulus eſt: Verus eccleſiaſticus ab A.R. & Eximio Patre Joſepho Manſi Congregationis Oratorii Presbytero Italicè conſcriptus & â R. P. Adriano â S. Franciſco Ordi. FF. B. V. Mariæ de Monte Carmelo ſacerdote, in linguam Latinam translatus, atq; â duobus Theologis ejusdem ordinis & provinciæ noſtræ reviſus, & approbatus, typis edi poſſit, permitto, dummodo ijs ad quos pertinet, ita videbitur. Datum in Carmelo noſtro Francofurtenſi, 15. Januarii 1693.

*Fr. Stephanus â S. Joanne Evangeliſta,*
*per Allemanniam Inferiorem Ord: FF. B. V. Mariæ de monte Carmelo Vicarius provincialis.*

Fr. Arnoldus â S. Leonardo aſſiſtens.
Man. propr.

*Cenſu-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## *Cenſura Ordinarii.*

ATtentè legi librum, cui titulus: *Verus Eccleſiaſticus &c.* meritò Eccleſiaſticis omnibus commendandum, tantum abeſt, ut Fidei Catholicæ boniſq; moribus adverſetur; proinde ut in lucem edatur permitto. Mogunt. 21. Aprilis 1693.

*Leonardus Nimis SS. Theol & Utr. Jur. Doctor Official. Mog. & Libr. Cenſor M. pr.*

IN-

# INDEX CAPITUM VERI ECCLESIASTICI LIBRI PRIMI.

*Caput I.* *folio.*
A Bona vel mala vita Eccleſiaſticorum bona vel mala vita populi dependet 1
*Cap. II.* Malum Eccleſiaſticorũ exemplũ confirmat ſæculares in ſuis vitiis ac peccatis 9
*Cap. III.* Scandaloſa vita, ac mali Eccleſiaſticorum mores, crudeliores Eccleſiæ perſecutiones ſunt 18
*Cap. IV.* Dignitatis Eccleſiaſticæ, maximè Sacerdotalis, excellentiæ quædam, ac prærogativæ adferuntur 25
*Cap. V.* Variæ ſacerdotalis dignitatis conſiderationes proponuntur 34
*Cap. VI.* De infinita ſacrificii incruenti excellentia, cujus Sacerdotes ſunt miniſtri, ac de reverẽtia, quacũ oportet illud peragere 42
*Cap. VII.* De poteſtate clavium, ſeu abſolvendi à peccatis, aliæque conſiderationes circa idem Sacramentum 52
*Cap. VIII.* De obligatione Eccleſiaſticorum, quam

quã habent ad orandum, ac interpellandũ Deũ, pro mundi ſuſtentatiõe, in quẽ finem ordinati ſunt, & conſtituti præſtitores 63

*Cap. IX.* Quod Sacerdotium pro ſalute animarum inſtitutum ſit 73

*Cap. X.* Dum Eccleſiaſtici ſunt inſtrumenta, per quæ multa bona obveniunt proximo, hinc conveniens eſt, ut in ipſis reſplendeat vera probitas 83

*Cap. XI.* Ut Eccleſiaſtici per reprehenſionem vitia eradicent in aliis, neceſſaria eſt illis vita irreprehenſibilis 93

*Cap. XII.* Sacri miniſtri, ſancti denominationem ſortiuntur, ac Eccleſiæ oculi nuncupantur, ſub qua metaphora variæ adducuntur virtutes vocationem noſtram concernentes 103

*Cap. XIII.* De ſpiritu ac perfectione clerico neceſſaria 114

## VERI ECCLESIASTICI

### LIBRI SECUNDI

*Caput I.*

Sacrorum ordinum ſuſceptioni, præmittenda eſt ſeria miniſterii Eccleſiaſtici conſideratio, oportetque Epiſcopos accurate attendere, ut ad munus illud non promoveantur, niſi digni, & capaces 125

*Cap. II.* Characteri ſacerdotali annexa debet eſſe charitas, tanquam ſumme neceſſaria Eccle-

Eccleſiaſticis 137
*Cap. III.* De manſuetudine ac concordia, quam Deus cupit in ſua Eccleſia 147
*Cap. IV.* De caſtitate ſacris ordinibus annexa, de qua Chriſtus magnam habuit curam, eamque in quibuſdam veſtibus ſacris inſinuat Eccleſia 157
*Cap. V.* Cleri incontinentia, & à Deo, & à ſacris canonibus ſeveriſſime punitur 165
*Cap. VI.* Graviſſima injuria, quæ Deo ab impuris ſacerdotibus irrogatur, perpenditur, pœnæque illis inflictæ proponuntur 174
*Cap. VII.* Eccleſiaſtici præ cunctis aliis, ſenſuũ tentationibus magis ſunt expoſiti, ideoque maxime cavere ac fugere debent ſexum lubricum 185
*Cap. VIII.* Demonſtratur ulterius, quod Eccleſiaſtici fugere debeant omne frequens cum mulieribus, licet piis ac ſanctis, commercium, ob periculum, quod illi eſt annexum 196
*Cap. IX.* Varia adferuntur remedia pro conſervanda caſtitate, ac continentia 206
*Cap. X.* Cum decore ac nitore reſplendere debent loca veſtium, ac ſupellectilis ſacræ, aſt longe ab omni faſtu, ac luxu prophano 217
*Cap. XI.* Modeſtia in converſatione, in colloquiis, & externa compoſitione Clericis eſt neceſſa-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

neceſſaria 229

*Cap. XII.* De obligatione Clericorum circa modeſtiam in veſtitu, talari, ac debita decenteque raſura ſeu corona 237

*Cap. XIII.* Eccleſiaſticorum vocatio conſiſtit in laboribus, ac ærumnis, pro animabus ſuorum proximorum ſubeundis, non in commoditatibut propriis, aut deliciis 250

*Cap. XIV.* Cum Eccleſiaſtici pro omnibus orare debeant & pſallere; demonſtratur, quam neceſſaria ſit in illis attentio, damnoſa autem, & damnabilis diſtractio, & irreverentia 262

## VERI ECCLESIASTICI
### Libri Tertii

*Cap. I.* Dedocentur errorem ſuum Eccleſiaſtici illi, qui per ambitionem quærunt promotiones 274

*Cap. II.* Refelluntur ac corriguntur illi, qui ob finem temporalem, ſeſe aggregant militiæ ſpirituali 286

*Cap. III.* Cum Eccleſiaſtici majus à Deo habeant lumen, ac præ cunctis aliis majori afficiantur honore, eo quoque graviora ſunt eorum peccata, ac pœna illis debita irremiſſibilior 265

*Cap. IV.* Mali ſacerdotes Judæ ſimiles ſunt, imo etiam ipſo pejores, & quantum eſt

ex

ex parte ipſorum, de novo Chriſtum crucifigunt. 307

*Cap. V.* Quam debeat exulare ab Eccleſiaſticorum cordibus avaritia, & quomodo Deus illam in ipſis puniverit 317

*Cap. VI.* De damnis, inconvenientiis, ac pœnis clericorum, proprio commodo, ac avaritiæ deditorum 331

*Cap. VII.* De obligatione annexa proventibus Eccleſiaſticis, & de ſtricta ratione, quam de illis reddere aliquando debebunt Deo 337

*Cap. VIII.* Quanta charitate Eccleſiaſtici ſuis proximis, in rerum temporalium penuria conſtitutis, debeant ſubvenire 348

*Cap. IX.* Agitur contra intemperantiam ac guloſitatem Eccleſiaſticorum, quam illa ſit pernitioſa, quamque ipſos eorumque ſtatum dedeceat 366

*Cap. X.* Otium & joci condemnantur in Eccleſiaſticis 376

*Cap. XI.* Pigritia ac ſocordia in Eccleſiaſticis ſumme eſt deteſtabilis 388

*Cap. XI.* Neglectus divini officii, proprii in ſpiritu profectus, & curæ animarum, ad æternam mortem condemnat Eccleſiaſticos 401

*Cap. XIII.* Deteſtabilis eſt Eccleſiaſticorum ignoran-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

gnorantia, hinc demonſtratur ſumme illis eſſe neceſſariam ſcientiam ſacram 409
*Cap. XIV.* Agitur de peccato omiſſionis, ſumme pernicioſo in Eccleſia, & graviſſimo in Eccleſiaſticis 419
*Cap. XV.* Qua cura, ac cautione debeant cõverſari Eccleſiaſtici, ſemperq; providere, ut in domibus ſuis habeant perſonas virtuoſas 445
*Cap. XVI.* Demonſtratur, quam deploranda, ac exitialis ſit apud Eccleſiaſticos pluralitas beneficiorum 460

## VERI ECCLESIASTICI
### *Liber Quartus.*

*In quo tractatur de excellentia ac utilitate ſacrificii miſſæ, variæ ad illud inſinuantur præparationes; commendatur frequens & devota illius celebratio, ejusdemque ritus ac cæremoniæ explicantur.* 470
*Cap. I.* Singulari multumque nocivo ſtratagemate conatur Dæmon ſopire ſeriam reflexionem, vivacemque æſtimationem maxime ſalutiferi, primariiq; Eccleſiæ Dei miniſterii, incruenti miſſæ ſacrificii 479
*Cap. II.* Sacroſanctum, ac incruentum miſſæ ſacrificium mundum conſervat, Eccleſiam ſuſtentat & fidem 490
*Cap. III.* Miſſa eſt ſacrificium propitiatorium,

um; quo populorum peccatis offenſus Deus placatur 503

*Cap. IV.* Sacrificium noſtrum excedit omnia legis veteris ſacrificia: eſt latreuticum, impetratorium, utiliſſimum, pluribusque ex capitibus præſtantiſſimum 515

*Cap. V.* Sacrificium incruentum, bonorum noſtrorum ſpiritualium, ac temporalium fons eſt indeficienter ſcaturiens 527

*Cap. VI.* Ex incruento illo ſacrificio, ac ſacramento, vigorem ac nutrimentum accipiunt plures virtutes Chriſtianæ, ſacerdotibus ſumme neceſſariæ 541

*Cap. VII.* Ritus, cæremoniæ, ſupellectilia, veſtes ſacræ, quibus in celebrando utimur, omnia myſteriis redundant 552

*Cap. VIII.* Variæ, admirandæ, ac miraculoſæ operationes, quas in ſtupendo Sacramento hoc, ac ſacrificio, quod offerimus, demonſtrat Deus, expenduntur 564

*Cap. IX.* de puritate, & ſanctitate requiſita in miniſtris tanti ſacrificii 575

*Cap. X.* Ut digne, ac cum fructu accedamus ad altare, prærequiritur optima præparatio, vivaque tanti ſacrificii, illiusque excellentiæ conſideratio 589

*Cap. X.* Agitur contra eos, qui à frequentiori abſtinent celebratione, diverſaque

exinde

exinde provenientia mala proponũtur 609
*Cap. XII.* Cauſæ variæ aſſignantur, ob quas plures ſacerdotes debitum non referunt fructum ex frequenti celebratione 624
*Cap. XIII.* Uti ſumma veneratione digniſſimum eſt auguſtiſſimum hoc ſacrificium, ita maxime deteſtabilis omnis circa illud irreverentia 636
*Cap. XIV.* conſiderationes faciendæ ab Eccleſiaſticis poſt miſſæ celebrationem. 663

## VERI ECCLESIASTICI

### *Liber Quintus.*

*In quo continetur expoſitio Miſſæ.*

*Cap. I.* Hiſtoria ac myſtica miſſæ explicatio 676
*Cap. II.* Eadem materia latius deducitur 689
*Cap. III.* Agitur de Epiſtola, illius ritibus, aliisque quæ ſequuntur, uſque ad Evangelium 711
*Cap. IV.* De ſacro Evangelio 738
*Cap. V.* de miſſa fidelium 751
*Cap. VI.* de canone Miſſæ 789
*Cap. VII.* De conſecratione & elevatione 811
*Cap. VIII.* De oratione Dominica 824
*Cap. IX.* De communione ſacerdotis & fine miſſæ 835

VERI

# VERI ECCLESIASTICI LIBRI PRIMI

## Caput Primum.

*A bona vel mala vita Eccleſiaſticorum bona vel mala vita populi dependet.*

PONO primum parvi quidem hujus mei, aſt, ut ſpero, utilis ac fructuoſi ædificii lapidem, per magnum Mediolanenſem Archi-Epiſcopum S. Carolum, noſtri ſæculi gloriam, ac eminentem tam zeloſorum Prælatorum, quam perfectorum Eccleſiaſticorum ideam; cui, & non alteri debemus nobile illud ac inſigne opus ac amplum volumen, inſcriptum, *Acta Eccleſiæ Mediolanenſis*, jure meritiſſimo à ſancta ſede Apoſtolica, *Theſaurus Eccleſiaſticæ Diſciplinæ*, denominatum, cuique ſumma cum ratione adaptari



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

queat illuſtre illud encomium, magno olim Baſilio ante plura ſæcula delatum: *conc.11. ad cler.* *Per Cæſareenſem Eccleſiam* (*Mediolanenſem* nos dicimus) *toti præluxit orbi.* Hic ergo tantus Prælatus in quadam ſua ad Clerum concione, hæc verba protulit, ſcriptoque poſteris reliquit: *O magna, & inclyta Dei inſtrumenta, ſacerdotes, à quibus omnium populorum pendet beatitudo.* Quod, quam verum ſit, facile poterimus cognoſcere, ſi nonnihil reflectamus ad urbis Jeroſolymitanæ ſtatum, deſcriptum ſecundo Machab. cap. 3. ubi reperiemus illam tempore iſto altiſſima, ac inalterabili gaviſam fuiſſe pace, tam Divinæ, quam humanæ legis floruiſſe obſervantiam, ſcelera quæque ac delicta exulaſſe penitus, ipſum templum, non ſolum ab indigenis ſumma veneratione cultum, ſed & ab extraneis tributorum penſione fuiſſe honoratum; Porro, tam eximiè florentem ſtatum nulli alteri adſcribit ſacer textus, quam Oniæ, tunc temporis ſummi Pontificis, ſingulari pietati ac religioſitati: *Propter Oniæ Pontificis pietatem, 2. Machab. 3.* Clerus namque bene compoſitus norma eſt timoris Divini populo, in quo vivit, uti bene ponderat S. Ambroſius; *Ubi enim eſt Eccleſia, niſi ubi virga & gra-*

*tia*

*tia eſt ſacerdotalis.* *lib. de Iſaac & anima c. 7.* Ac ſi diceret: Nullibi reperientur homines bene morigerati, qui tanquam lapides vivi corpus Eccleſiæ conſtituunt, niſi ubi in bona diſciplina ac morum probitate præit, floretque Clerus.

Si, ex Abdia Propheta, *Num. 22.* juxta ſancti Hieronymi interpretationem, ſalvatoris titulo inſigniantur clerici ac ſacerdotes, quis non videat, quale damnum incumbet Chriſtianitati, ſi inexpertes, rudes, ignorantes, ingerant ſe tam delicatæ, quam difficili curæ animarum? Si medicus imperitus civitatis alicujus arroget ſibi curationem, in quam miſeram ac deploratam conditionem redigeretur tandem ſalus corporalis totius populi? Sed quid, ſi ignorans hujusmodi providere, ac invigilare debeat ſaluti animæ? *Spirituales medici*, ſcripſit de illis ſanctus Carolus. *Act. Eccl. Med. P. 7. conc. 12.* Per noſtram ergo imperitiam quot animæ periclitabuntur, quot morbi inficient ovile Chriſti abſque ſpe, abſque remedio ullius curationis? Ideo Magnus Leo Papa graviſſimè increpavit Epiſcopos Africæ, eo quod ad ſacras functiones ac miniſteria admoviſſent perſonas minus aptas ac capaces: *Ep. 85.* *Non eſt hoc conſulere populis*, ſcribit, *ſed nocere*,

 *nec*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*necpræſtare regimen, ſed augere diſcrimen.* Et ſanctus Gregorius ibidem magnus, ac incommiſſi ſibi gregis cura ſummè fervens, advertens in Regno Franciæ irrepſiſſe in clerum neſcio qualem diſſolutionem ac inconvenientiam, generoſe deſuper ſcripſit Brunechildi Reginæ, ut tempeſtiva correctione tolleretur: *Lib. 4. Ep. 64.* *Ne paucorum facinus multorum poſſit eſſe perditio, nam cauſa ſunt ruinæ populi, ſacerdotes mali.* Ad hoc propoſitum, dignum obſervatione mihi videtur, quod ſalvator noſter, gentis Judaicæ conſiderans imminere exterminium, *videns civitatem, flevit ſuper eam, Luc. cap. 19. v. 41.* flagello armatus templum adierit, caſtigaturus ſacerdotes, qui illud profanaverant: *Hoc erat boni medici*, inquit Author operis imperfecti; *Hom. 48. ut ingreſſus ad infirmam civitatem ſalvandam, primum ad originem paſſionis intenderet, nam ſicut è templo omne bonum egreditur, ſic & de templo omne malum procedit.* Eodem ſenſu, & affectu ſcribit S. Bonaventura: *ut oſtendat, quod maxima cauſa deſtructionis fuit peccatum ſacerdotum.* Quaptopter non abſque magno myſterio increata ſapientia loci ſacri, deſolationem inſinuat: *Abominationem deſolationis ſtantem in loco ſancto, Matth. 24. v. 15.*

Si-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Siquidem per ſacrorum miniſtrorum abomi-
nanda ſcelera, ſcandala in populum fuerunt
derivata, & per hæc tandem erupit totius
urbis ac Regni ultima ruina ac exterminium:
Hinc ſuis Eccleſiaſticis perorando, inter
cœtera hæc protulit S. Joannes Chryſoſto-
mus: *Hom. 15. in Matth.* *Non ſolum corrige-
tis orbem rectè, ſanctèque vivendo, verum
etiam glorificare Deum ex veſtra converſatione
facietis; quemadmodum ſi contraria geſſeri-
tis, & homines perdetis, & Deum veſtris blaſ-
phemiis offendetis.* Ad intentum hoc refert
Thomas Cantipratenſis, quod dum ora-
tor quidam ſacer in ſynodo dicturus, dubius
ac perplexus hæreret, quale orationis ſuæ
thema eligeret, exiſtenti in oratione, ac
petenti, quatenus Deus aliquod ſibi inſpi-
rare dignaretur, eidem apparuiſſe dæmo-
nem, atque, ut anguſtiis ac curæ eximeret,
ultro illi thema ſubminiſtraſſe: *Lib. 8. Apum.
c. 29. num. 9.* *Quid anguſtiaris* (inquit illi)
*iſtis clericis prædicare? Dices eis iſtud, & non
alind, Principes infernalium tenebrarum Prin-
cipes Eccleſiæ ſalutant: Læti omnes nos gratias
eisdem referimus, quia cum ipſis, eorum af-
feruntur ſubditi, & per eorum negligentiam,
ad nos devolvitur totus pariter orbis.* Hoc
ſatanas effatus eſt, nec puto ſolidiorem ve-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ritatem potuiſſe proferre concionatorem aliquem ex cathedra.

Verum ſi ſola negligentia, ac oſcitantia cleri tanta mala cauſet in plebe Chriſtiana, quanta non creabit pericula vita mala ac licentioſa illorum, quæ deberet eſſe exemplar al orum, ac ſpeculum probitatis? *Onus totius orbis* (inquit S. Eucherius Eccleſiaſticis *Hom. 3. ex edit. cum Theod. Studit.*) *portant humeris ſanctitatis.* Quanto ergo periculoſiora, ac damnoſiora mundo erunt illorum ſcandala? Si ſal orbi deficeret, quis non judicaret intolerabile hujusmodi damnum, cum per defectum hunc omnis guſtus, omnis ſapor perderetur: *Vos eſtis ſal terræ*, inquit de ſuis ſacerdotibus ſacerdos æternus, *Matth. 5. 13.* eademque allegoria quondam ſervivit Sancto Carolo Clero ſuo verba facienti: *S. Car. ibid.* *Hi ſunt condimentum omnium populorum.* Si longo tempore ſol ecclipſim pateretur, ſuamque lucem univerſo ſubtraheret, in quantas tenebras, in quam confuſum chaos devolverentur omnia? *Vos eſtis lux mundi. Matth. 5. v. 14.* Et ut advertit Chryſoſtomus. *Hom. 10. in 1. ad Timoth.* *Idcirco nos elegit, ut ſimus luminaria.* Et in lib. 3. *cap. 1.* de ſacerdotio clarius; *Luminis inſtar univerſum orbem illuſtrantis ſacerdotis anima*

*ſplen-*

*ſplendeſcere oportet.* Si lumen candelæ alicujus extinguatur, incommodum perſentimus, aſt ſi lux ſolis tollatur, aut deficiat, totales irrumpunt tenebræ: volo dicere, ſi ſæculares, qui parva luminaria ſunt, ut ita loquar, & candelæ exiguæ, in vita hæreant licentioſa, facilis remedio locus eſt, nec ullius conſequentiæ præjudicium inde oritur: At vero ſi illud appareat, aut notetur in Eccleſiaſticis, qui pro norma ac regula vivendi debent prælucere toti populo, ſi illi, dico, qui ſunt luminaria magna, obſcuro liberæ ac licentioſæ vitæ obducantur velo, damnum inde emergens eſt irreparabile.

Similitudines, quibus hactenus uſi ſumus, omnes extractæ ſunt ex Evangelio; videamus nunc etiam ex ſanctis Patribus, quam pernicioſa ſit Reipublicæ Chriſtianæ mala clericorum vita. Author operis imperfecti ordinem clericalem inſigni titulo decoravit, *Hom.* 10. dum ſcripſit, quod eſſet: *Murus Eccleſiæ.* Magis ſignificanter, ac nervoſius dicit S. Proſper *L.* 2. *de vita contempl. ſacerdot. cap.* 3. quod Miniſtri ſacri Eccleſiæ ſint, *Columnæ firmiſſimæ, quibus in Chriſto fundatis, innititur omnis multitudo credentium.* Et Nazianzenus, eandem ſervans ſimilitudinem, *Orat.* 11. *ad Epiſcopos.* illos

appellat: *Mundi fundamenta, fidei columnas.* Jam verò, ſi in terra cadat murus alicujus civitatis, ſi inclinentur columnæ, ſi nutet ac vacillet fundamentum, quantæ ruinæ, quanta præcipitia juſtiſſimè non ſunt formidanda? Porro, eo eis erit damnum illud irreparabilius, quo longius diffuſusque ſe extendit Chriſtianismus, ſi vacillent, ſi labantur baſes fundamentales myſticæ civitatis Dei, quæ eſt Eccleſia? *Quæ uſquam gentes ignorarent* (perorat ex cathedra S. Petri Magnus S. Leo) *quod Roma didiciſſet?* & Aurelius Caſſiodorus ſenator Romanus, ac deinde Regis Theodorici ſecretarius, in quadam ſua epiſtola memorabilem hanc ſententiam ſcripto reliquit poſteritati: *Lib. 10. variar. c. 13.* *Quæ civitas non fiat excuſabilis, ſi Roma deliquerit?* Hoc idem eſt, quod tam ſtudioſe, quam nervoſe inſinuavit Eugenio Papæ S. Bernardus, dum ex ſuo Clarevallenſi aſcœterio ad cathedram Apoſtolicam aſcendiſſet: *Illum ordinatiſſimum eſſe decet, ex quo præcipuè in omnem Eccleſiam cleri forma proceſſit.* Si enim à recto tramite deviet ipſe paſtor, quis non videat, quin per abrupta ac devia grex ſit deducendus? *1. P. Paſt. c. 2.* *Cum Paſtor per abrupta graditur, conſequens eſt, ut grex in præcipitium*

*tium feratur, litteris mandavit pro noſtra inſtructione S. Gregorius Papa.*

## Caput Secundum.

### *Malum Eccleſiaſticorum exemplum confirmat ſæculares in ſuis vitiis, ac peccatis.*

SAcrum Tridentinum concilium inſpiratum ac directum à ſpiritu ſancto, proindeque oraculi inſtar auſcultandum ac recipiendum, ſeſſione 22. *Cap.* 3. de reform. decidit, bona ac exemplari Clericorum converſatione ſanctum Dei timorem propagari ac diffundi in populo, nullumque majus poſſe reperiri incentivum ad virtutes plantandas in cordibus ſæcularium quam ſacrorum miniſtrorum compoſita, modeſta, ac religioſa vita: *Nihil eſt, quod alios magis ad pietatem & Dei cultum aſſiduè inſtruat, quam eorum vita, & exemplum, qui ſe divino miniſterio dedicaverunt: cum enim à rebus ſæculi in altiorem ſublati locum conſpiciantur, in eos tanquam in ſpeculum reliqui oculos conjiciunt, & ex iis ſumunt, quod imitentur.* Sed ſi fortaſſis per infortunium contingeret, laicos in nobis non invenire, quod imitarentur, verificaretur id, quod



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſcripſit S. Ambroſius. *Lib. 3. Ep. 30.* *Quid in te miretur, ſi ſua in te recognoſcat, ſi nihil in te aſpiciat, quod ultra ſe inveniat; ſi, quæ in ſe erubeſcit, in te, quem reverendum arbitratur, offendat?* Quam ædificationem, quod emolumentum, qualem profectum ex noſtra converſatione haurient ſæculares vitioſi, ſi in nobis, qui vi altioris gradus, in quo ſumus conſtituti, ad illibatam tenemur vitam, ſua propria reperiant ſcelera, quæ in ſe ipſis deplorant ac deteſtantur? Ideo S. Hieronymus *Epiſt 3. ad Eliodorum* inter alia ſalubriora monita ac conſilia, quæ dedit Eliodoro, & hoc ipſum addidit: Attende, ut vita tua ita ſit conſtituta, ut aliis ſerviat pro norma ac regula: omnium oculi in te intendunt, ut te imitentur: Domus tua ſerviat pro ſchola, in qua omnes diſcant modum vivendi, atque, uno verbo, ſcias, quod, *quidquid feceris, id ſibi omnes faciendum putant*, unde ſi quid in te reperiant, quod non ſit conforme Evangelio, reus eris omnium illorum exceſſuum, ac animarum, quas per tuum exemplum in ruinam ac perditionem traxiſti. *acta Eccl. Mediol. l. 4. inſt. ad ol.* Sanctus Carolus, magnus ille Purpuratus, cujus charitas ingenioſiſſima fuit in promovenda diſciplina Eccleſiaſtica, ac correctione

cle-

cleri, inhærendo allegoriæ maris, quam Regius Pſalmiſta facit, ad denotandam vitæ noſtræ inſtabilitatem, ut efficacius vim ac energiam boni exempli cordibus ſuorum miniſtrorum per Diœceſſim ſuamnad animarum curam inceſſanter deputatorum imprimeret, hac pulcherrima utitur ſimilitudine: *Ut nautæ perioculoſi maris tempeſtatibus jactati, ad accenſas in altis turribus faces iter dirigunt, curſumque intendunt; ita ſane homines, variis infeſtiſſimi ſæculi agitati procellis, in ſacerdotum vitam ac mores, tanquam in lumina quædam clariſſima, oculos intendunt.* Dicere volebat, ſi rectè intelligam: Non decipiamus nos, Fratres mei, nos ſumus faces illæ, ad quarum lumen ac ſplendorem vitæ ſuum curſum dirigunt ſæculares, ut animæ ſuæ ac ſalutis naufragium evadant: ſi autem illud noſtrum lumen aut extinguatur, aut ita minuatur, ut illi impingant in ſcopulos, incidant in ſyrtes, tandemque naufragium patiantur, nos miſeri, quorum culpa illi perierunt, erimus inexcuſabiles, in extremo judicii die, coram diſtricto, æterno judice.

Non habet Dæmon ſecuriorem aptioremve machinam ad ſubtrahendum è cordibus fidelium timorem Domini, quam mala vita

 ſit

ſit clericorum; ſiquidem homines ſæculares ex malo hujuscemodi exemplo majorem auſum & ſecuritatem arripiunt ad transgrediendam, ac conculcandam Legem Evangelicam. Improperavit olim antiquis ſacerdotibus benedictus Salvator noſter, quod è domo ſua omni honore, ac veneratione digniſſima, feciſſent ſpeluncam latronum, ſiquidem ſicuti prædones capta præda ad ſua ſe recipiunt latibula, ac ſine timore ſeſe defendunt, ſub tutela ac præſidio ſuæ inacceſſibilis ſpeluncæ, in locis præruptis ac altiſſimis ſituatæ: ita ſæculares peccata peccatis accumulant, ſummaque facilitate legem Dei pedibus conculcant, dum animantur quaſi, iisque ſecuritas adpromittitur pravo exemplo, ac libertinâ vitâ ſpiritualium ſuorum directorum. Magna ſane miſeria, quam ſuis quoque temporibus deploravit magnus Auguſtinus *Serm. de verb. Dom. c. 49. c. 7. Laicus, qui vult bene vivere, cum attenderit clericorum malum, malè vivit.* Politica quædam infernalis fuit antiquorum Idololatrarum (prout obſervavit Seneca *De vita Beat. cap.* 26. & ipſemet Gentilis) ad inficiendum totum humanum genus, omni genere pudendiſſimorum ſcelerum ac vitiorum, quod illa honeſtaverint, ſeu ut melius di-

cam,

cam, canonizaverint, per hoc, quod illorum inventores ſeu Patroni dii fuiſſent, atque ita in altaribus ſummæ venerationi, thure ac incenſo adhibito, expoſuerunt tales, qui omni vitiorum inquinamento erant ſpurciſſimi. Jupiter Adulter, Venus impudica, Mercurius rapax, Juno ſuperba, Bacchus ebrius, *ut pudor peccandi ab hominibus tolleretur: quid enim eſt aliud authores vitiorum facere Deos, quam vitia noſtra incendere, & dare morbo vitiorum, exemplo Divinitatis, excuſatam licentiam.* Omnes illi miniſtri ſimulachra ſua Divinitatis honorabant titulo; &, quid exinde facit, quid machinatur aſtutus ſerpens, ut totum inficiat, commaculetque populum? Nihil amplius, quam ut illos reddat, habeatque vitioſos, atque ita, *det morbo vitiorum excuſatam licentiam.* Si quis hujus rei exemplum aliquod deſideret, porriget illi illuſtre unum ſacra ſcriptura. Nulla alia erat natio aut populus, qui non adoraverat dæmonem, nec falſis numinibus obtulerat incenſum, præter populum Iſraëliticum, qui ſolus perſiſtebat in fide, ac cultu veri Dei: *Notus in Judæa Deus.* Plurimum proinde allaboravit dæmon, ut illum in ſuam protraheret naſſam, faceretque prævaricari, quod tandem ipſi ſucceſſit, igno-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

minioſiſſime, non minus quam ſtupidiſſime ipſum inducendo ad adorandum vitulum aureum. Sed, dicite mihi, quale hoc ſit myſterium, quod ad fundendum vitulum illum aureum dæmon non fuerit uſus operâ excellentis alicujus ſculptoris aut artificis, quales plures erant ad manum, & inter illos Oliab, & Beſeel, in arte ſua periſſimi, ſed ad hoc permoverit Aaronem, fratrem Moyſis, ſummum ſacerdotem? Ex nulla alia ratione ac fundamento hoc fecit, quam, prout ante dixi, *ut ejus exemplo, daret morbo vitiorum excuſatam licentiam.* Videns namque plebs, ipſum Religionis præſidem ac caput fabricaſſe, adoraſſe, ac incenſo coluiſſe novum hunc Deum, potius idolum, nullus è turba futurus erat, qui exemplum hoc non ſequeretur, fieretque ſacrilegus ac idololatra. Tales ſunt aſtutiæ ac ſtratagemata dæmonis, quibus conatur in toto Chriſtianiſmo introducere vitia, ac extirpare virtutes: pauci diſſoluti ſacerdotes ſufficiunt, ad populum Dei deducendum in interitum; ſequitur namque in hoc dæmon praxim aſtuti venatoris, qui excæcare ſolet unam columbam, aut alteram avem, per quam alliciat alias, ſuumque in rete ac laqueum pertrahat; ad quod videtur alluſiſſe

Deus

Deus, dum per os Prophetæ ſui Oſeæ, de malis ſacerdotibus Jeroſolymitanis ita lamentatur: *Cap. 5. v. 1. Vobis judicium eſt, quoniam laqueus facti eſtis ſpeculationi, & rete expanſum.*

Optimè hic venit ad propoſitum doctrina quædam Plutarchi, quam tradit ſcribens de principibus: *Lib. contra Princ. Phil. Hi non in unum calicem venenum lethale mittunt, ſed in fontem publicitus ſcatentem, quo videntur omnes uti.* Ut veneno inficiatur una civitas, non ſufficit intoxicare unum puteum, per quem quidem perire ac perdi poterit particularis aliqua familia, quæ ſuum in uſum aquam ex illo haurit, non vero mali quidquam patientur reliqui cives, ex illo non libantes: at vero ſi quis inficiat fontem aliquem publicum, communi omnium uſui deſervientem, ſtatim omnes damnum illud execrabile experientur. Eodem modo ratiocinandum eſt de vitiis, quæ ſunt venena animæ, ipſique Eccleſiaſtici in civitate Dei, ſunt veri fontes, de quibus merito affirmari poteſt, quod debeant eſſe, *fontes aquæ ſalientis in vitam æternam*, qui ſi fuerint infecti vitiis, videbitis ſtatim totaliter contaminatas, ac quaſi intoxicatas integras communitates, in quibus degunt; *Clerici vita* (ſunt ver-

verba concilii Burdegalenſis, An. 1583. celebrati, *de vita & honeſtate clericor: cap.* 21. ſingulari digna reflexione, & apprimè hic ſervientia) *omnium oculis eſt expoſita, ut inde malè vel benè vivendi exempla duci ſoleant, ex quo, ut vitioſi principes, ſic flagitioſi ſacerdotes, pernicioſè de re publica merentur; quod non ſolum vitia concipiunt ipſi,* notate, *ſed etiam infundunt in civitatem.* Formidabilis eſt ſententia illa ſancti Gregorii *Hom.* 17. *in Evang.* qua decidit, quod multo notabilius damnum inferatur fidelibus à diſcolis ac licentioſis ſacerdotibus, quam à Paganis, Mahometanis, Hæreticis, ac Atheiſtis: *Nullum puto ab aliis majus præjudicium, quam à ſacerdotibus tolerat Deus, quando eos, quos ad correctionem aliorum poſuit, dare de ſe exempla pravitatis cernit, quando ipſi peccamus, qui compeſcere peccata debuimus.* Illudque inconſolabiliter quondam deploravit S. Bernardus. *ad paſtores in ſynodo.* Unde in quadam ſynodo, hoc Prophetæ Jeremiæ aſſumpſit lamentum: *Diſperſi ſunt lapides ſanctuarii in capite omnium platearum,* ut clero demonſtraret irreparabile eſſe damnum, quod ex malo noſtro exemplo, redundaret in populum: *Lapides ſanctuarii,*

*ctuarii, id eſt ſacerdotes , ſunt in capitibus, id eſt, in introitu latarum viarum; docent enim in populos per prava exempla ingredi vias latas, quæ ducunt ad mortem, & mergunt in profundum inferni.* Quid ergo mirum, ſi cum tanto animi motu ruant in offenſas Dei homines ſæculares, depoſitoque omni peccandi rubore turpiſſima committant ſcelera, dum illa apprehendunt non aliter quam illi, quorum vita, ut irreprehenſibilis, illis propoſita eſt ad imitandum? Tandem pro ultima probatione hujus veritatis, quod malum Eccleſiaſticorum exemplum ſtabiliat, ac confirmet malam ſæcularium ac mundanorum vitam, verba do cujusdam revelationis, circa hanc materiam, factæ ſanctæ Brigittæ à Deo; *Revel. lib. 4. c. 32. Viſo exemplo pravo ſacerdotum, peccator fiduciam peccandi ſumit, & incipit de peccato, quod prius reputabat erubeſcibile, gloriari; ideo* (ſic Deus concluſit, & ego cum eadem ſententia hoc caput) *ideo ipſis erit major maledictio præ aliis, quia ſe vitâ ſuâ perdunt, & alios exemplo ſuo lædunt.*

Ca-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## Caput Tertium.

### *Scandaloſa vita, ac mali Eccleſiaſticorum mores, crudeliores Eccleſiæ perſecutiones ſunt.*

Sæpè numero in officio Canonico, in lectionibus matutinis de Martyribus, deploramus anguſtias ac tribulationes, quibus exercita, ac conquaſſata fuit navicula ſanctæ matris Eccleſiæ, excitantque in cordibus noſtris miſeriæ ac labores illi verum doloris ac compaſſionis ſenſum, & tamen quis illa rectè penetrat, quis perpendit, ac debitè credit, niſi Spiritus Sanctus Evangelici ſui Prophetæ ore evidenter prædixiſſet, atrociores, quas Sponſa ſua Eccleſia pateretur, ac paſſa fuiſſet perſecutiones, ortas fuiſſe ex diſſolutis Cleri moribus: *Ecce in pace amaritudo mea amariſſima*, dicit Iſaias *c.* 38. *v.* 17. ac pulchrè ad noſtrum propoſitum explicat S. Bernardus: *ſerm.* 33. *in Cant. Olim prædictum eſt, & nunc tempus impletionis advenit, ecce in pace amaritudo mea amariſſima; amara prius in nece martyrum, amarior poſt in conflictu hæreticorum, amariſſima nunc in moribus domeſticorum.* Quin per hujusmodi domeſticos nulli alii deſignentur, quam

Ec-

Eccleſiaſtici , extra dubium eſt ; illis namque commiſſa eſt adminiſtratio domus Dei , eisdemque ab Apoſtolo *Ephes. 2. 19* attributus eſt honorificus titulus ille: *Cives ſanctorum, & domeſtici Dei.* Verum , absque ſpeciali reflexione non debet pertranſiri ſuperlativus ille terminus, *amariſſima*, ſiquidem per illum denotatur , ac cum emphaſi exprimitur, quanti æſtimet amaritudinem illam Deus , quam ex perverſitate morum cleri ſui percipit ; cujus cauſam jam olim deſignaſſe videtur vates Regius, dum ita ſcripſit. *Pſ. 54. 13.* *Si inimicus meus malè dixiſſet mihi , ſuſtinuiſſem utique , & ſi is qui oderat me , ſuper me magna locutus fuiſſet , abſcondiſſem me forſitan ab eo ; Tu verò homo unanimis , dux meus, & notus meus, qui ſimul mecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulavimus cum conſenſu.* Damna ac injuriæ , quæ ab ignotis , aut inimicis proveniunt, ſunt tolerabiliora illis, quæ à domeſticis, amicis, aut iis, quibus aliquando benefecimus , quis patitur. Adjungo hiſce, quæ ſcripta reliquit S. Gregorius Papa. *3. P. cap. 2.* *Nemo quippe amplius in Eccleſia nocet , quam qui perverſè agens , nomen vel ordinem ſanctitatis habet, delinquentem namque hunc nemo redarguere præſumit.* Si lupus, aut fera alia irruat in gregem , rapit , ac la-

laniat quidcunque poteſt, verum, qualem ſtragem, quale damnum intuliſſet, ſi veniſſet in habitu paſtoris? *Attendite à falſis Prophetis* (monet cautè ſalvator *Matth. 7. v. 15.* *qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.* Paganos, Hæreticos &c. per connaturalem aliquam averſionem fugimus, ac evitamus, timentes ſemper, ne aliqua veneni ipſorum labe inficiamur: verum paſtores Eccleſiaſticos, etiam vitioſos, non ſolum non declinamus, ſed facillimè (fermè dixiſſem neceſſario) imitamur ac ſequimur, occultâ quaſi aliquâ trahente violentiâ, præterquam quod natura noſtra de ſe proclivis maximè ſit in malùm. Refert Salvianus, magnus ille Maſſilienſium Antiſtes. *L. 4. de Provid.* inſultaſſe nonnunquam infideles Chriſtianis, hoc modo: *Vitam improbam agunt, & probam legem habere ſe dicunt: æſtimari ex Dei cultoribus poteſt ille, qui colitur; quomodo enim bonus magiſter eſt, cujus tam malos videmus eſſe diſcipulos?* Certè, motivum amplius ad permanendum in ſuis erroribus ac cæcitate habuiſſent Hæretici ac infideles, ſpectantes ac præ oculis habentes perverſam Eccleſiaſticorum vitam, à fortiori argumentum hoc, *Æſtimari* &c. in illos ſtringentes, nec ſe reflectentes, quod

magna

magna, ac neceſſaria ſit diſtinctio inter legem ſeu fidem & mores: *Lex ſancta & immaculata convertens animas, teſtimonium Domini fidele.*

Pergit in explicatione ſupra citati textus Iſaiæ, S. Bernardus *ibid. Sed inquam, in pace, & pax eſt, & non eſt pax: Pax à Paganis, & pax ab Hæreticis, & non profectò pax à filiis. Vox plangentis in tempore iſto: Filios enutrivi & exaltavi, ipſi autem ſpreverunt me. Spreverunt & maculaverunt à turpi vita, à turpi quæſtu, à turpi commercio, à negotio deambulante in tenebris.* B. Petrus Damiani, ſanctæ Eccleſiæ Cardinalis ſcribit de Clericis *opus. 2. Com. cler. aulic. Nemo deterius Eccleſiam lædit, quam iidem ipſi infidi fideles, qui ejus diripere facultates anhelant.* Ulterius deplorat, in ſermone in ſynodo habito ad Paſtores, ſanctus Bernardus perſecutionem, quam Eccleſia patitur à clericis ambitioſis, ita pergens: *Pacem habet Eccleſia apud extraneos, ſed filii nequam, filii ſcelerati ſæviunt in eam* (alludit hîc, ut credo, ad feritatem partûs viperarum) *qui propriam matrem eviſcerant, ut ſepariant in honore.* Merito ergo planctum illum ſibi aſſumit ſancta Eccleſia, quem in Ruth regiſtratum reperimus, cum additione gloſſæ interlinearis; *cap. 1. Ne voce-*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*tis me Noëmi, id eſt, pulchram, ſed vocate me Mara, id eſt, amaram, quia amaritudine valdè replevit me omnipotens.* Oritur autem dolor hic amaritudinis, è diſcolis ac perverſis moribus, apertiſque ſcandalis Eccleſiaſticorum, de quibus Lyranus: *Plus ſecundum veritatem perſequuntur Eccleſiam in iſta pace, quam fuerit amaricata in perſecutionibus tyrannorum*: Etenim deferveſcente feritate illarum perſecutionum, non ſolum non fuit imminutus, aut defecerat numerus fidelium, aſt è contra reperiebatur incomparabiliter auctus, ut obſervavit S. Leo Papa. *Serm. 6. de Epiphan.* Deficientibus autem tyrannis, adinvenit hoſtis infernalis ſtratagema aliud, quo crudeliorem contra Eccleſiam excitaret perſecutionem, *ſed quia tempeſtas priorum turbinũ conquievit* (prout inquit præfatus magnus Pontifex) *& dudum ceſſantibus prælíis, videtur arridere tranquillitas, vigilanter cavenda ſunt illa diſcrimina, quæ de otio ipſius pacis oriuntur; adverſarius enim, qui in apertis inefficax fuit perſecutionibus, tecta nocendi arte deſævit, ut quos non percutit ictu afflictionis, lapſu dejiciat voluptatis*: Et paulo poſt; *Interdictam dolet ſanguinis Chriſtiani effuſionem, & quorum non poteſt obtinere mortem, impetit mores; terrores proſcriptionum in avaritiæ*

*mutat incendium; inflammat concupiſcentiis, quos non poteſt vexare tormentis, ſerit diſcordias, accendit iras, incitat linguas.* Nonne perſecutiones hæ crudelius affligunt Eccleſiam, quam illæ tyrannorum, quorum efferа rabies hujuſcemodi nequivit adinvenire, aut excogitare? Tandem concludit præfatus ſanctus Pontifex: *Illi totius fraudis hic fructus eſt, ut qui immolatione pecudum, & thuris incenſione non colitur, quibuslibet ei criminibus ſerviatur.* Miſera Eccleſia, ita impugnata, exagitata, ac convulſa ab infernali hoſte, ſed multo acrius à propriis ſuis domeſticis. Confirmant dicta mea hiſtoriæ ſacræ, ſiquidem quando Innocentius tertius per cœleſtem revelationem vidit in ſomnis corruentem Baſilicam Lateranenſem, & cum illa Eccleſiam univerſalem, non erat profecto ædificium illud materiale, quod per fiſſuras ruinam minari videbatur, ſed per viſum illud demonſtrabatur deplorandus cleri ſtatus corrupti illius ſæculi: *Increbuerat tunc tanta clericorum licentia* (ſcribit in ſua hiſtoria Jacobus Bergomenſis *Lib.* 13. *An.* 1217. deplorans temporum illorum enormitates ac exceſſus) *ut nulla religionis facies in Eccleſia Dei agnoſceretur.* Ideo annales Eccleſiaſtici, tractantes de nunquam intermiſſa cura



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ac provida Dei ſollicitudine pro ſua Eccleſia, cui in ſuppetias miſit ſanctum Franciſcum Seraphicum, ut per ſe ſuoſque Fratres labaſcentem Eccleſiam ſuſtineret, hac phraſi utuntur. *Baron. An.* 1188. *Deus Eccleſiam ſuam in deterius declinantem ac collabentem, jam depravata morum diſciplina, ad erigendam eam, in conflatorio Divini Spiritus, Apoſtolicum hunc formavit hominem*; atque ideo antecedenter jam eidem dixerat Deus, dum de ordinis ſui inſtitutione deliberaret; *Vade, repara domum meam, quæ tota deſtruitur.* Reparavit Eccleſiæ ruinam Franciſcus, non ſoliditate marmoris, aut columnis metallinis, aſt reformatione, cleri, inculcata ſemper ſuis Religioſis extirpatione profani luxus, ſuperbiæ, abuſuum, ſcandalorum, ac reliquorum vitiorum omnium: Unde rectiſſimè in hiſtoria ſua occidentali poſteritati ſcriptum reliquit Cardinalis de Vitriaco, ad laudem & gloriam ſancti Franciſci *cap.* 27. *Relevavit jacentem, & penè mortuam ſuſcitavit Religionem.* Et, ſi mirabilem hanc reſuſcitationem, profecto valde difficilem, ſuſpiciamus, quod nimirum unus homo pauper, & nudus, extenuatus jejuniis, diſciplinis ac ciliciis maceratus, infirmus ac debilis, ſufficiens fuerit, cum ſtu-

ſtupore ac horrore inferni, applauſu autem ac gratulatione cœli, ad tantam molem ſuſtinendam ac reparandam, fateri debebimus, quod abſtinentia, pœnitentia, humilitas, paupertas, & reliquæ virtutes baſes ſint, quibus ſuſtentatur, ac in ſuo conſervatur vigore Eccleſia; ubi divitiæ, luxus, delciiæ, ſuperbiæ, maximè in clero, illam dejiciunt, enervant, ac in terram proſternunt. Sanctus Petrus Alexandrinus delineat Chriſti Eccleſiam ſub nomine, ſeu figura veſtis, unde de illa abſque temeritate dicere poſſemus, malis Eccleſiaſticis id, quod de veſte ſancti Pauli primi Eremitæ ſcripſit S. Hieronymus: *Ille veſtem Chriſti licet nudus ſervavit, vos veſtiti ſericis indumentum Chriſti perdidiſtis.*

## Caput Quartum.

*Dignitatis Eccleſiaſticæ, maximè ſacerdotalis, excellentiæ quædam ac prærogativæ adferuntur.*

TRactavimus hactenus de graviſſimo præjudicio, quod Eccleſia Dei patitur ex libertina ac perverſa Eccleſiaſticorum vita, pro cujus reformatione judico neceſſarium, breviter in capite hoc proponere ac examinare excellentiam ac ſublimitatem illius ſta-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tus, credo namque, argumentum hoc ſeriò, ac cum attentione ſolida conſideratū, plurimū in illum finem conducturum, ac profuturum. S. *Leo Papa. Ser.* 1. *de Nat. D. N. Agnoſce ergo ô Chriſtiane* (dico ſacerdos) *dignitatem tuam, & divinæ conſors factus naturæ, noli in veterem vilitatem degeneri converſatione redire.* Videntur ſancti Patres obſtupeſcere ſublimitatem ac excellentiam dignitatis ſacerdotalis, nec adæquatis conceptibus eam poſſe explicare, unde generalibus tantum periodis, meliori quo poſſunt modo eam adumbrant. Proclamat S. Iſiodorus Peluſiota ſacerdotii majeſtatem, metam ultimam eſſe humani deſiderii: 2. *Ep.* 71. *Omnium, quæ inter homines expetuntur extremam metam:* adjungitque ſe gaudere ac gloriari, quod non reperiat aliquid ultra, encomio huic addendum. S. Ephrem, attonito ſimilis hærens, in hæc verba prorupit: *De ſacerd. Miraculum ſtupendum, magna & multa, immenſa & infinita ſacerdotii dignitas.* Magnus ille Eccleſiæ Prælatus Ambroſius, licet plurimos de dignitate ſacerdotali conſcripſerit libros, in fine tandem concludit, non reperiri, nec eſſe, honorem tam ſublimem, aut gradum excellentiæ tam præcelſum, qui dignitati ſacerdotali ullo modo queat comparari: *Honor*

*ſacer-*

*ſacerdotalis nullis poteſt comparationibus adæquari* L. 11. *de Dign. ſacerd.* c. 2. Et, ne quis fors authumet, liberalius hoc ſcriptum aut prolatum à Sancto Archi-Epiſcopo, brevi inductione, veriſſimum eſſe, ac omnium ſanctorum Patrum menti & opinioni conforme, demonſtrabimus.

Incipiamus à capitibus Coronatis, Imperiali licet diademate cinctis, qui toti ſeſe ſub manibus ac brachio ſacerdotali humiliaverunt, & ab eorum nutibus ac directione dependerunt. Theodoſius (ut plures alios prætercam) obedientiſſimè juſto ſupranominati S. Ambroſii mandato paruit, dum generoſâ Chriſtianâ conſtantiâ ingreſſum templi Imperatori interdixit: *Rex caput ſubmittit manui ſacerdotis*, ſcribit S. Chryſoſtomus: *Hom.* 4. *de verb. Iſai.* De primis Eccleſiæ naſcentis ſæculis, in quibus miniſtri Evangelici primi erant, qui cervices ſuas ſub Principum perſecutorum acinacibus porrigere, ac inclinare debebant, ſcribit S. Ignatius martyr, Smyrnenſis Eccleſiæ Eccleſiaſticorum conditionem, non inelegante conceptu deducens: *Ad Smyrn.* *Enumera honores, divitias dignitates, denique mundi regna, omnium apex eſt ſacerdotium*, quibus paucis verbis totum, quod dici poteſt, dicit. Con-

cludit S. Ambroſius, *ibid.* aitque potiori tione plumbum, inter metalla omnia vili ſimum, comparari auro pretioſiſſimo, qua terrenæ ulli dignitati Sacerdotium: *Si R gum fulgori compares*, inquit, de ſacerdot agens, *& Principum Diademati, longè e inferius, quam ſi plumbi metallum ad auri fu gorem compares.* Hinc S. Bernardus, *Serm. Paſt.* terrenam omnem, tanquam nimis hu milem, depreſſam, ac incongruam dedign tus comparationem, cœleſtibusque ſeſe in gerens, hæc in favorem cleri in ſynod Paſtorali protulit, ac ſcripto conſignavit *Prætulit vos Deus Regibus, & Imperatoribu* Sed hoc eſt parum: *Prætulit Angelis & A changelis, prætulit Dominationibus.* Quod au tem verum ſit, ſacerdotes in multis præcel lere, majoribusque donatos eſſe prærogati vis, præ ſpiritibus illis cœleſtibus, non pau ca ſunt, quæ id probant: *Tremunt videnti Angeli*, canit in quodam hymno Eccleſia: ſi militer de poteſtatibus in miſſæ præfation cantat: *Tremunt poteſtates.* De Cherubini ſcribit Pſalmiſta, quod ſedilis loco ſerviant Divinæ Majeſtati: *Pſ. 79. v. 2.* *Qui ſede ſuper Cherubim.* Oculatus teſtis S. Iſaias de Seraphinis refert, quod pedibus conſiſtentes appareant coram DEO: *Seraphim ſtabant.*

*Iſ. 6.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Iſ. 62.* Verum, non ita ſacerdotes, ſiquidem ſeniores illi, quos ſua in Apocalypſi vidit S. Joannes, ſedebant ſuper thronos honorati: *Super thronos viginti quatuor ſeniores ſedentes.* Idem autem eſt *Senior* ac *Presbyter.* Non appellantur ſacerdotes aut Eccleſiaſtici ſervi, ſed domeſtici, ſed familiares intimi DEI altiſſimi: *Domeſtici Dei. Aſcendit ad familiaritatis dignitatem,* inquit Petrus Bleſenſis. *Serm. 47.* Et Divus Seraphicus Franciſcus *in opuſcul. Serm. 2. ad Sacerd.* Confratres ſuos Religioſos ſacerdotes alloquens dicit: *Dei familiares, & Domeſtici eſtis, & illius pane veſcimini, veſtram agnoſcite dignitatem.* Quid amplius? ubi Angeli ſervorum inſtar Divinæ obediunt Majeſtati: *Omnes ſunt adminiſtratorii ſpiritus*: arbitratui ſacerdotum committit diviniſſimum Chriſti corpus, *in quo habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter*, ac in illorum manibus ſe dedit, & quaſi iis ſubjicit, *quem adorant Dominationes, tremunt Poteſtates.* Si omnes Hierarchiæ beatæ ſeſe ſimul unirent, ſi omnes Angelici chori convenirent, facere non poſſent, inquit S. Bernardinus Senenſis, *Cap. 1. Serm. 20. art. 2.* quod nos Sacerdotes indies præſtamus, ut in hoſtiam deſcendat unigenitus Altiſſimi filius: *Omnes cœleſtes Spiri-*

*tus ſimul, non poſſunt conficere corpus Chriſt. quod conficere habet Sacerdos*; Bene hoc, ſed & aliud ſubjungit idem Sanctus; una ex intelligentiis illis movens, cum tanta velocitate è cœlo non faciet deſcendere ipſum creatorem cœli, prout id efficiet ſacer miniſter in incruento miſſæ ſacrificio: unde credo, in conſecratione cujusque ſacræ hoſtiæ, juxta doctrinam ſancti Gregorii, non ſolum aperiri cœlum ut debitam ei exhibeant reverentiam puriſſimi illi ſpiritus, verum etiã ſanctam quandam in ipſis oriri æmulationem ac invidiam, dum vident, in creatura multò illis inferiore, tam ſublimem poteſtatem, cui ſeſe ſubmittit ipſe Creator, ac Monarcha univerſi.

Inſiſtamus hactenus dictis, dum multo plura dicenda ſuperſunt: uti ſervi non admittuntur ad ſecretiora ſuorum Dominorum conſilia, nec iis familiarem rerum ſuarum demonſtrant confidentiam; ita nec Deus Spiritibus Angelicis ordinariè ſeſe exhibet, quibus quaſi ſervis utitur: At vero quam primum aliquis ſacerdotali inſignitus fuerit charactere, ſtatim à Chriſto præclaro hoc eximioque titulo nuncupatur, ac decoratur, inſtarque amici confidentiſſimi aſſumitur: *Ioan. 15. v. 15.* *Jam non dicam vos ſervos, dixi amicos, quia ſervus neſcit, quid faciat*

*ciat*

*ciat Dominus ejus: vos autem dixi amicos, quia omnia, quæcumque audivi à Patre meo, nota feci vobis.* Prompti ſemper adſtant Angeli ad exequenda juſſa Domini ſui, unde de illis ſcriptum eſt *Pſ. 102. Qui facitis voluntatem ejus, ad audiendam vocem ſermonum ejus.* De ſacerdotibus autem veritas & ineluctabilis, quod ad eorum nutum & paucorum verborum prolationem, toties, quoties dignetur obedire, ac ſe præſentem ſiſtere, ipſa ſumma, ſupremaque majeſtas, *Obediente Deo voci hominis*: *Ioſue. 10. 14.* Hinc Angelus ille, cui ſua curvare volebat genua, ac adorare parabat S. Joannes Apoſtolus, ſtatim proteſtando illi obſtitit, nullatenusq; permiſit: *Apoc. 19. 10. Vide, ne feceris, conſervus enim tuus ſum, & fratrum tuorum,* exceptione hac confitens, ſe illo eſſe minorem. Verum, non inelegans quædam noſtri temporis hiſtoria, in vita ſancti Franciſci Saleſii regiſtrata, *Lib. 5. 239.* planè deciſam nobis reliquit quæſtionem hujus præcedentiæ. Conſecraverat ſanctus hic probum quendam dignumque ſacerdotem, cui cœlum ſingularem quandam conceſſerat prærogativam familiaris, ac viſibilis præſentiæ ac aſſiſtentiæ ſui Angeli cuſtodis: Poſtquam autem ad ſacrum Presbyteratus fuerat pro-

motus, ordinem portamque domus à nullo comitatus vellet exire, viſus eſt à ſancto Prælato quaſi cum aliquo altero contenderet de præcedentia egreſſus; dumque vellet retrocedere, revocatur à S. Franciſco, ac de re actæ & à ſe viſæ ſerie percontatur; non auſus negare ſuo Paſtori id, quod contigerat, et narrat, nimirum, quod, quamdiu in ordine fuiſſet clericali, Angelus ſuus cuſtos honoratioris loci præcedentiam habuiſſet, at vero, quam primum ſacerdotali inſignitus fuiſſet charactere, nullis precibus exorabilem fuiſſe Angelum, ut conſuetam præcedentiam acceptaret, hancque moræ illius, ac quaſi contentionis, ad limen oſtii, fuiſſe cauſam. Quis jam non videt, quis non confitebitur dignitatem ſacerdotalem, in multis præcellere prærogativis, ac præcedere conditionem Angelicam? Profecto, inquiebat S. Franciſcus Seraphicus, ſi mihi ſimul obviam venirent, & Sacerdos, & Angelus, primo genua curvarem coram ſacerdote, & deinde debitum humanitatis ac reverentiæ obſequium præſtarem Angelo: *Si obviaret Angelo* (ita de ſuo ſancto Patriarcha ſcriptum reliquit S. Bernardinus Senenſis Cap. 5.) *ſimul & ſacerdoti, prius reverentiam debitam faceret ſacerdoti, quam Angelo Dei.*

Por-

Porrò ex præmiſſis iſtis maxima quædam, graviſſimaque deducitur conſequentia, nimirum, quod quo major eſt gradus dignitatis ac excellentiæ, eo amplior ſit obligatio altioris perfectionis: *Magnus ſane gradus eſt ſacerdotium, ſi immaculatum agatur*, inquit S. Ephrem: *De Tim. Dei. T. 3.* & S. Hieronymus *in c. 3. Sophon.* paucis, ſed efficacibus verbis idem inculcat: *Non dignitas, ſed dignitatis opus ſalvare conſuevit.* Quo ſublimior locus eſt, unde quis cadit, eo lapſus periculoſior: *Cœleſte tenet officium ſacerdos, Angelus Domini exercituum eſt, aut eligit, aut eligitur:* Præcelſus ille locus eſt, dicit S. Bernardus, *Serm. Ecce nos reliquimus omnia*: ſed attendite, quod, *inventa in Angelo pravitas, diſtrictius judicetur neceſſe eſt, & inexorabilius, quam humana.* Sanctus quoque Ambroſius, *De dign. Sacer. cap. 7.* poſtquam pluribus diſſeruiſſet de prærogativâ dignitatis ſacerdotalis, opportunè tandem concludens hæc advertit: *Excellentiam ſimul & caſum demonſtravimus, ne fidentes in ſublimitate honorum, minime requirerent perfectionem morum, & in ſolo ſe crederent ſacerdotis nomine, plus quam opere gloriari.* Atque hoc idem eſt, quod inquit S. Paulus, agens de ſtatus Epiſcopalis honorificentia, congruis,

imo abundantioribus providenda, acſu-
ſtenda: 1. *Tim.* 5. 17. *Qui bene præſunt Presby-
teri, duplici honore digni ſunt, id eſt, cumu-
lato & abundanti*, ut explicat Hugo Cardi-
nalis: Sed primo dicit: *qui bene præſunt*, ut
intelligas, quod ubi magnus eſt honor
magnum quoque ſit obligationis vinculum
quod honoratum ſtringit: hinc S. Auguſti-
nus ſcribens Valerio Epiſcopo, *Ep.* 128. hoc
ipſum innuit, dicens: *Hoc honore nihil in
hac vita præſtantius, & acceptabilius apud ho-
mines eſſe poteſt, nihilque etiam apud Deum
beatius, ſi eo modo in eo militetur, quo cœleſtis
ipſe Imperator jubet.*

## Caput Quintum.

### *Variæ Sacerdotalis dignitatis conſidera-tiones proponuntur.*

PONderavimus in præcedente capite ſummas prærogativas, ac excellentias gradûs ſacerdotalis; quia verò ſancti Patres ſuis in operibus, ſcriptisque poſteritati conſecratis, ſparſim non exigui ponderis de ipſius eminentia reflexiones ac motiva reliquerunt, ut eò altiorem, ac præſtantiorem, ſtatus noſtri ac vocationis ſacerdotalis formemus conceptum, ſeligam ea, ac producam,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cam, quæ magis è re noſtra, ac in majus commodum noſtrum cedere videbuntur. Comparavimus jam ſtatum Sacerdotalem conditioni Angelicæ, aſcendamus modo, ut multò ampliora percipiamus. Conſideremus, quomodo, absque ullo tamen præjudicio excellentiæ ac præeminentiæ Glorioſæ Genitricis Dei, an altitudo ipſius ac ſublimitas, ſacerdotalem dign tatem præcedat. Proteſtor, O Maria (prout inquit S. Bernardinus Senenſis) me prorſus dicturum nihil, quod magnitudini tuæ poſſit obſicere: *Virgo glorioſa & benedicta, excuſa me apud te, quia non obloquor contra te.* Veritas autem me urget, ut dicam, *Sacerdotium in templo ipſe prætulit ſupra te.* Utque ſanctus ſuam hanc comprobet aſſertionem, plures in illius confirmationem adducit rationes. Summa fuit virginis ſacratiſſimæ prærogativa, quod non ſolum portaverit, verum etiam conceperit ſuo in utero filium Dei, aſt hoc ſolum una vice, & non amplius; Sacerdotes autem toties, quoties volunt, quatuor tantummodo prolatione verborum, ipſum ad manus ſuas faciunt deſcendere, atque ideo à ſancto illo Euchariſtia appellãtur extenſio Incarnationis: *Beata Virgo ſolum ſemel aperuit cœlum* (hisque ſimilia in favorem, ac ad in-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tentum noſtrum ſcripſit S. Vincentius Ferrerius *Fer. 1. in feſt. C. ap. Chr. Sacerdos quolibet die, & in qualibet miſſa.* Addit ſupra hæc ſanctus Bernardinus, Mariam, dum in uterum ſuum deſcendere fecit verbum divinum, octo protuliſſe verba, ſcilicet: *Ecce, ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum;* Sacerdos autem dum quatuor ſolum eloquitur verba, de novo quaſi in hoſtia incarnari facit unigenitum Dei. Tandem, *Excedit virginis poteſtatem* (ita concludit ſanctus ille) *in immortalitate, nam in ventre virginali mortalis fuit, in altari verò eſt impaſſibilis, ac immortalitate donatus.* Vult dicere; quod licet verbum æternũ recluſum fuerit in utero virginali ſacratiſſimæ Virginis Mariæ, erat tamen ibidem ſubjectum paſſionibus, aliiſque miſeriis, quæ ſpoliũ carnis, quod aſſumpſerat, neceſſaria comitantur ac conſequuntur; at verò in altari, in manibus ſacerdotum, dotatum eſt immortalitate, exemptum plane omni incommodo, nulli ſubjectum alterationi: *Verè veneranda ſacerdotis dignitas* (ſtupefactus exclamat S. Auguſtinus *Conc. 2. in Pſ. 37.*) *in quorum manibus Dei filius, velut in utero virginis incarnatur:* proindeque per legitimam conſequentiam deducere debebat,

quod

quod ſi Beata Virgo honoretur titulo Deiparæ, ſacerdotes debeant appellari: *Parentes Chriſti*. *S. Bern. Serm. ad paſt. in Synodo.* Si ergo hoc verum ſit, & ut puto veriſſimum: *Audite fratres mei* (inquit S. Franciſcus ſuis Religioſis) *S. Bernard. Tom. 1. Ser. 23. art. 2. cap. 7.* *ſi Beata Virgo honoratur, ut dignum eſt, quia filium Dei portavit in ſanctiſſimo utero ſuo; ſi Joannes Baptiſta contremuit, nec audet contingere ſanctum Dei verticem; ſi ſepulchrum, in quo per aliquod tempus latuit, tantâ veneratur reverentia, quantum debet eſſe ſanctus eſt dignus, qui non jam mortuum, ſed glorificatum, & in æternum victurum, in quem deſiderant Angeli proſpicere, contrectat manibus, corde, & ore ſumit, & aliis ad ſumendum præbet?* Argumentum hoc adeo clarum eſt, ut explicatione non egeat: aliquid nihilominus proferre debemus de proportione illa, quam Sanctus innuere videtur: Deus, licet non indigeat creaturis, cum in ſeipſo comprehendat, ac concludat omne bonum: *Bonorum noſtrorum non eget*, inquit David, teſtatur nihilominus pro gloria noſtra, per os Sancti Pauli, Spiritus ſanctus, *2. Cor. 3. verſ. 9.* quod *Dei adjutores ſumus:* & ſanctus Hilarius Papa, loquens de ſacerdote, ſcriptum reliquit memorabile dictum hoc: *Aſſumitur*

 *in*

*in Divinæ Trinitatis adjumentum.* Præſtat hoc ipſum per divinam gratiam, dum infidelium animabus plantat virtutes, DEI gloriam annunciat, populum ſanctificat, & tandem, quo alio inſtrumento, ad propriam ſuam divinam hominum mentibus ingerendam cognitionem utitur DEUS, quam ſacerdote? *Ingens hæc, Angelica, imo Divina eſt dignitas, Dei cooperatores fieri in converſione animarum, divinamque in ſe operationem in alios transfundere*, inquit Areopagita: *De Eccl. Hierar. cap.* 3. Hinc S. Gregorius Papa *Lib.* 4. *Ep.* 79. ſcribens Mauritio Imperatori, dicit ei, omnem honorem ſacris exhibitum miniſtris, iisdem eſſe debitum, dum ab ipſomet DEO ſæpiſſimè titulo Angeli, imo & ipſo nomine Dei appellantur: *Quid mirum, ſi illos veſtra pietas dignetur honorare, quibus in ſuo eloquio honorem tribuens, eos aut Angelos, aut Deos ipſe etiam appellat DEUS?* Et Nazianzenus, poſtquam in noſtram effuſus fuiſſet laudem, cum eadem ferme omnia ſua concludit phraſi: *in Apolog. Et ut quod majus eſt dicam, Deus erit, aliosque Deos efficiet.* Haud inobſervata præteriri debet phraſis illa, qua utitur Spiritus ſanctus, dum in ſacra pagina Sacerdotis facit mentionem in perſona Melchiſedechi: *Hebr.* 7. *Rex*

Sa-

*Salem, Sacerdos Dei ſummi, ſine patre, ſine*
*matre, ſine genealogia, neque initium dierum,*
*neque finem vitæ habens* ( notentur hæc ulti-
ma verba ) *aſſimilatus autem filio Dei.* Cre-
do ego, vix ſanctum ullum ſcripſiſſe de glo-
ria ac præcellentia ſacerdotum, quin ipſos
titulo Dei in terra cohoneſtaverit. Recuſa-
vit Magnus Conſtantinus ſuſcipere cauſæ
cognitionem aliquorum Epiſcoporum, cu-
jus recuſationis rationem reddit S. Grego-
rius, *Lib 4. Ep. 31.* qui refert ipſum dixiſſe:
*Vos Dii eſtis, à vero Deo conſtituti: dignum*
*non eſt, ut nos judicemus Deos.* De ſacerdo-
te regiſtratum eſt in Conſtitutionibus Apo-
ſtolicis, quæ extant ſub nomine Sancti Cle-
mentis Papæ: *conſtitut. apoſt. lib. 2. cap. 26. Poſt*
*Deum, terrenus Deus.* Sanctus Ambroſius
*de dignit. ſacerd. cap. 2.* poſtquam ſacerdotes
hoc honorifico ornaſſet titulo: *Propago ſancti-*
*ficata*, ſtatim ulterius ſubjungit; *Divina &*
*Deifica profeſſio.* Sanctus Carolus, *Act. Eccl.*
*Mediol. fol. 547.* qui adeo providè, adeo cir-
cumſpecte egit, ac ſcripſit in cunctis negotiis
ſuis, liberè præfata omnia, in gradus ſacer-
dotalis honorem, ac dignitatis ejusdem aſ-
ſertionem, confirmat: *Dei perſonam in ter-*
*ris gerunt, non Angeli ſolum, ſed Dei appel-*
*lantur, quod Dei immortalis vim, & numen*
*apud*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*apud nos teneant.* Tandem Dionyſius Carthuſianus *ibid. c.3.* poſtquam retuliſſet ea, quæ fundata ſunt in relato Areopagita, ſacerdoteſque nomine ac vocabulo Dei honorificaſſet, ſalutare prorsus ſubdit conſilium: *In omni divino officio non eſt audiendum alium ducem fieri, niſi quis ſecundum virtutem Dei formoſiſſimus, id eſt, ſimillimus Deo exiſtat.* Adjungo hiſce unam nobis valde utilem obſervationem, ex Epiſtola ſancti Pauli ad Epheſios: Eph. 4. v. 8. *Aſcendens Chriſtus in altum, captivam duxit captivitatem.* Volebat forte dicere, quod ſecum contuliſſet in cœlum liberas animas illas, quæ tanto tempore in limbo detentæ fuerant captivæ: verùm, tunc dicere debuiſſet: *Liberam duxit captivitatem*: oportet ergo aliud aliquid per verba iſta intendiſſe Apoſtolum: Quoad me, puto ipſum intendiſſe hoc, quod filius Dei, licet aſſideat dexteræ Dei Patris, cum ibi habeat humanitatem ſuam, ſervetque ſacratiſſimum ſuum corpus, *formam ſervi accipiens*, ut ſeſe exhibeat ſervum obedientiſſimum, dum à nobis ſacerdotibus quatuor ſolum verba proferuntur, promptiſſimè deſcendit ex Empyreo, ſuamque immenſitatem, *quam cœli capere non poſſunt*, in uno indiviſibili ſacræ hoſtiæ atomo

ſeu

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſeu particula reſtringit. Nonne hoc reverà prodigium eſt, quale non fuit auditum à ſæculis? Portentum magnum fuit, dum ſolem ſuo in curſu detinuit, ſtititque Joſue; *Ioſ. 10. v. 14.* verum fide certum eſt, omni die ad imperium noſtrum ſiſti ac detineri verum æternumque juſtitiæ ſolem Chriſtum Deum noſtrum: *Obediente Domino voci hominis*; dumque in veteri lege ex potentia obedientiali ſeſe ſtitit, ac obedivit creatura, in nova obſequitur ac obedit ipſe Creator. Concludit ergo ſanctus Carolus, *Act. Eccl. Mediol. ibid.* ac puram, nudamque edicit veritatem: *Poteſtas corpus & ſanguinem Domini noſtri conficiendi, & offerendi, tum peccata dimittendi, quæ illis collata eſt, humanam rationem ac intelligentiam ſuperat, ne dum ei par, & ſimilis in terris inveniri queat.*

Ex prærogativis hiſce incomparabilibus conſequentia una deducenda eſt, quam nobis dictat ſanctus Bernardinus: *ibid. l. c. Quapropter ſicut ſupra omne hominum genus, propter hoc myſterium Deus vos honoravit ita eſt vos eum ſuper omnes diligere, revereri, ac honorare curate.* Quantò locus noſter, in quo conſiſtimus, altior, quantò perfectior eſt, tantò majus dedecus eſt, eò major infamia, ſi illi non correſpondeamus in vita ac moribus:

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bus: hocque illud eſt, quod plorans ad Ecclesiam Catholicam relaxato, ac depravato ſuo ſæculo ſcribebat Magnus Salvianus Maſſilienſis Epiſcopus: *l. 2. ad eccl. cath. Nihil turpius eſt, quam excellentem eſſe quemlibet culmine, & deſpicabilem vilitate. Quid eſt dignitas in indigno, niſi ornamentum in luto? Et ideo cunctos, qui ſacri altaris ſuggeſtu eminent, tantum oportet excellere merito, quantum gradu.*

## Caput Sextum.

### *De infinita ſacrificii incruenti excellentia, cujus ſacerdotes ſunt miniſtri, ac de Reverentia, quacum oportet illud ipſum peragere.*

MAgnus ille aſceticus Magiſter Avila, dum cuidam recenter initiato ſcribit ſacerdoti, hæc ei perpendenda, ſimul ac ſtupenda transmiſit: *Quomodo fœtidus vermis aliquis elevatus eſt ad tractandum ac agendum domeſtici inſtar, cum Deo infinitæ majeſtatis, & ideo eidem quaſi imperandi? Domine mi, quis quæſo te tradidit manibus hujus tam indigni, tam miſeri peccatoris? Quis te iterum deduxit in hoc exilium, in ſtabulum hoc, in hoc præ-*

*ſepe?*

*ſepe?* Hæc aliaque ſimilia motiva quæſivit magnus ille myſticæ Theologiæ Doctor, imprimere ac inſtillare menti ac cordi novelli iſtius ſacerdotis; Idem vellem & ego, ut apprehenderent ſacerdotes reliqui omnes, ideſt, ut conferrent vilitatem ſuam, opponerentque infinitæ illi ac incomprehenſibili Majeſtati, indeque cognoſcerent, ad quam ſublimem gradum à divina benevolentia, tanti, tamque admirabilis ac præcelſi ſacrificii miniſterio, licet miſeri ac expulſi vermes, fuerint exaltati. Nobis tantum ſacerdotibus, & non alteri, concredidit, ac commiſit Pater æternus ſuum illum filium unigenitum, de quo iteratò edixit, ac proteſtatus eſt: *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Matth. 17. v. 5.* Nos ſoli digni inventi ſumus, qui corpus ipſius manibus noſtris tractaremus, eodemque et nos, & alios fideles paſceremus, ut illud, tanquam in loco præſidii, in tabernaculo cuſtodiremus, in proceſſionibus ſolemniter ac cum pompa, triumphi inſtar, circumferremus, ac in altari pro communi publicaque utilitate populo adorandum exponeremus, aſt, ſuper omnia hæc, ut illud ipſum ſacratiſſimum corpus in incruento ſacrificio omni die pro univerſali totius mundi ſalute

of-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

offerremus. Optimè ergo dicit S. Laurentius Juſtinianus, *Serm. de Corp. Chriſti*, loquens de ſacra illa Hoſtia: *Qua nulla major, nulla utilior, nulla amabilior, nullaq; oculis divinæ Majeſtatis eſt gratior; dum honorem Deo, Angelis contubernium, exulibus cœlum, religioni cultum, juſtitiæ debitum, normam ſanctitati, obedientiam legi, gentibus fidem, lætitiam mundis, credentibus gaudium, unitatem populis, initium gratiæ, virtuti robur, hominibus pacem, lucem mentibus, peregrinantibus viam.* &c Deſcendente in terram, poſt quinquaginta ſæcula, verbo Divino, quænam putetur fuiſſe prima ejus operatio, prima actio? Demolire idololatriam, plantare Eccleſiam, promulgare Evangelium? Minimè gentium, aliud enim inſinuat Apoſtolus, dum ſcribit: *Ingrediens mundum dicit, Hoſtiam & oblationem noluiſti.* Hebr. 10. *v.* 5. Sciebat, quod Pater ſuus æternus in poſterum amplius non affectaret offerri ſibi in ſacrificium oves aut boves, ſimiliave animalia, ſed quod attenderet ac exſpectaret illud incarnati ſui filii, ideoque hic ad patrem æternum converſus ſubjungit, *corpus aptaſti mihi.* Sciebat, oblatione ſacrificii ſacratiſſimi corporis ſui, conſervandum ad finem uſque ſæculi mundum; unde in oblatione calicis

licis

licis hæc adjungitur oratio: *Pro noſtra ac totius mundi ſalute, cum odore ſuavitatis aſcendat.* Et S. Epiphanius Ep. *ad Ioan* Epiſc. loquens de illo holocauſto, appellat ipſum, *Chriſtianorum præcipuam ſalutem*: Seraphicus autem S. Bonaventura *l. 7. de præpar. ad miſſam*, dum tractat de præparatione ad miſſam phraſi aliqua utitur, quæ, quò clarior, eò intento noſtro eſt convenientior, ſolidèque propoſitum confirmat: *Per hoc*, inquit, *ſtat Eccleſia, viret, & viget Chriſtiana Religio, & divinus cultus.* Et certè veriſſimum hoc eſt; quam enim machinam putatis ſubminiſtraſſe Dæmonem Luthero ad ſubvertendam Religionem Catholicam? *Raynal. an.* 1521 *nu.* 49. Quadam nocte apparuit illi viſibiliter (ſi fides adhibenda ſit, ac credamus hiſtoriis ſacris) ac per plures horas cum ipſo diſputans, tandem perſuaſit illi, ad concutiendam fidem Catholicam, machinam nec fortiorem, nec aptiorem eſſe, ullamve ſecuriorem reperiri poſſe, quam ſi omni conatu incumberet abolitioni incruenti miſſæ ſacrificii, docuitque experientia, quod poſtquam Hæreſiarcha ille diabolicum illud conſilium executioni mandavit, facilius ſuper fidei Catholicæ ruinas impiam ſectam ſuam promoverit, ac tranſplantaverit. Ideo ſimi-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

militer Antichriſtus, juxta Prophetiam Danielis, *Dan.* 1. omnem movebit lapidem, vires ſuas exeret omnes, ad ſubvertendam baſim illam, ſolidam illam columnam, tutiſſimumque fundamentum, ſacrificii incruenti, ut eo melius tyrannidem ſuam fundet ac firmet, è contra autem fideles tanto præſidio deſtitutos, eò crudelius, ac confidentius pro illorum lapſu, exerceat, torqueatve. Væ, væ ſæculo iſti (exclamat voce magna, major Tuitienſis Abbas Rupertus *Lib. 2. de divin. offic. c. 1.*) in quo, aut per negligentiam, oſcitantiam, aut ſocordiam ſacerdotum, aut perſecutorum crudelitatem, aut doctrinæ diverſitatem, tanti uſus ſacrificii, tam ſalutaris Hoſtia auferetur, ſiquidem: *Refrigeſcente ea, quæ ubique calet ejus memoria, refrigeſcet univerſa Charitas, muta erit fides, claudicabit ſpes.* Quouſque autem ſacrificium illud ſupereſt in Eccleſia: perſtat ſuper fundamentum ſuum ædificium fidei. Jam verò, ſi hoc verum ſit, prout puto eſſe veriſſimum, quis eſt, dum hæc conſiderat, nobiſque commiſſum eſſe tanti curam ſacrificii, ſtatim non videat ſimul etiam nobis commiſſum eſſe totius mundi ſalutem, ipſiuſque ſanctæ Eccleſiæ ſuſtentationem, ac conſervationem; Ut autem conceptum ali-

quem

quem digniorem pro tanto ſacrificio formem, alteram ſubjicio conſiderationem.

Dum alia Salvatoris noſtri celebrantur myſteria, v. g. Incarnationis, Aſcenſionis, & ſimilium, ſolum recolitur memoria illorum, quæ præterierunt; aſt in hoc incruento Miſſæ ſacrificio intervenit idem ſacerdos æternus, qui ſe ipſum in pœnali ſacræ Crucis altari ſacrificaverat, factus ſimul Hoſtia & Sacerdos: hinc conſulit S. Laurentius Juſtinianus: *ibid.* *Accedat ſacerdos ad Altaris tribunal, ut Chriſtus:* hancque ob cauſam in conſecratione non dicimus: *Hoc eſt corpus Chriſti*; ſed expreſſiſſime: *Hoc eſt corpus meum*, cujus rationem reddit S. Cyprianus, *Ep. 63.* quia *ſacerdos in altari vice fungitur Chriſti*: hocque idem populo ſuo concionabatur S. Chryſoſtomus: *Cum videris ſacerdotem offerentem, ne ipſum conſideres hoc facientem, ſed Chriſti manum inviſibiliter extenſam.* Si hoc ita ſit, quis non ſubſcribet ſupracitato S. Patriarchæ Laurentio Juſtiniano, *ibid.* cumque ipſo liberè edicat, quod *nullo ſacrificio alio honorificentius laudetur Deus, nullum ſit acceptabilius*, quando in illo, prout definit Sacroſanctum concilium Tridentinum, *ſeſſ. 22. c. 2.* continetur, atque in eodem, ſed abſque ſanguinis effuſio-

ne,

ne, ſacrificatur unigenitus Altiſſimi, qui ipſum ſuper altare ſanctæ Crucis Hoſtiam obtulit, ſed cruentam. Ex hoc deducenda eſt conſequentia aliqua infallibilis, una nimirum Miſſæ celebrationem tanti eſſe valoris, quanti fuit mors ipſa Salvatoris in monte Golgotha, ab ipſo perpeſſa; certum namque eſt, in quovis Miſſæ ſacrificio eundem reperiri fructum ac utilitatem, quem Salvator ipſe in ſua crudeliſſima ac afflictiſſima promeruit paſſione. Quis jam non intelligat ea, quæ diximus, dum nonnihil comparat illa, cum infinita miniſterii excellentia, ad quod ſumus exaltati, eo ipſo, quo tanti ſacrificii deſtinati, ac conſtituti ſumus miniſtri?

Breviter modò videamus, quantâ reverentiâ tractare debeamus myſterium tam ineffabile. Sacroſanctum Tridentinum concilium, *de oblat. miſſæ.* dum tractat de ſacrificio miſſæ, hoc notabili monito illius commendat celebrationem: *Quanta cura adhibenda ſit, ut ſacroſanctum miſſæ ſacrificium omni religionis cultu, ac veneratione celebretur, quivis exiſtimare poterit, qui cogitarit, maledictum in ſacris litteris eum vocari, qui facit opus Dei negligenter. Quod ſi neceſſario fatemur, nullum aliud opus adeo ſanctum ac*

*divi-*

*divinum à Chriſti fidelibus tractari poſſe, quam hoc ipſum tremendum myſterium, quo vivifica illa Hoſtia, qua Deo Patri reconciliati ſumus, in altari, per ſacerdotes, quotidie immolatur, ſatis etiam apparet omnem operam ac diligentiam in eo etiam ponendam eſſe, ut quantâ maximè fieri poterit cordis munditiâ, & puritate, atque exteriori devotione, & pietatis ſpecie peragatur.* Ideo ipſemet Chriſtus, non obſtante, quod tanto cum deſiderio in ultima cœna ſuis cum diſcipulis, ſacrificium iſtud inſtituiſſet; nihilominus diu ipſos voluit exſpectare, ac per decem dierum ſeceſſum ac ſequeſtrationem, in ſancta meditatione animas ſuas diſponere, ad recipiendum ſpiritum ſanctum, ac in cordibus ſuis ſentiendum ardorem puriſſimi illius incendii, ad tantum ſacrificium dignè offerendum requiſiti: *ex quo renovati ſunt S. Apoſtoli* (inquit S. Paſchaſius *de corp. & ſang. Chriſti c. 21.*) *per adventum Spiritus Sancti de cœlis, ex eo ſane credimus hunc calicem in Eccleſia conſecratum.* Et primus quidem, cui de communi Apoſtolici collegii conſenſu, commiſſum fuit primam celebrare miſſam, cum non exiguo fundamento, refertur fuiſſe S. Jacobus minor, redditque illius rationem S. Vincentius Ferrerius, *Serm. de SS. Phil. & Iacob.* hiſce

verbis: *Primus inter Apoſtolos miſſam cele-*
*bravit, nam propter excellentiam ſanctitatis*
*ſibi hunc honorem Apoſtoli fecerunt*: videbat
enim in Apoſtolo illo elucere inſignem ſan-
ctitatem, ac innocentiam puriſſimam. Quid
mirum ergo, ſi tanta fuerit devotio ali-
quorum noſtrorum ſacerdotum, ut integros
collegerint lachrymarum manipulos, ex mi-
ra ſpiritus ac mentis teneritudine effuſos.
Dicamus & nos etiam, & utinam cum ſimi-
li animæ ſenſu: *Merear Domine portare ma-*
*nipulum fletus & doloris &c.* Quid mirum
dico, fuit iſtud, cum tam vicini fuerint A-
poſtolorum temporibus, ac fumante adhuc
quodammodo ſanguine Chriſti, adæquatum
formabant tanti ſacrificii conceptum? Idem
ipſum hodiedum eſt ſacrificium, ſed non
eadem ſacerdotum pietas ac devotio, hæc
ſiquidem cum annorum ac temporis revolu-
tione ita apparet remiſſa, ac tepefacta, ut
vix appareat amplius ſcintilla aliqua magni
illius veteriſque incendii; & tamen, quam
*radios ſolares non deberet excedere ma-*
*nus illa, quæ hanc carnem tractat*, inquit
S. Chryſoſtomus? *hom. 83. in Matth.* Sed quid
dicemus, aut quid ille diceret de iis ſacerdo-
tibus, qui carnem Chriſti manibus tractant
mille inquinatis ſordibus, omni ſpurcitiarum

gene-

genere pollutis? *A nullo plane omnipotens majoris præjudicium injuriæ tolerat, immo deterius nemo quam Sacerdos, prohibentibus canonibus, indignè ſacrificans;* (ita plangit ac lamentatur B. Petrus Damianus *op. 6. con. inſtit. cler.*) *aliter in quocumque modo peccantes, quaſi Dominum in rebus ejus offendimus, indignè verò ſacrificantes, velut in perſonam ejus manus injicere non timemus.* Quam non foret execrabile in ſacratiſſimam ipſammet Salvatoris noſtri faciem expuere, ipſiusque adorandum ac venerandum corpus in putidam aliquam peſſimèque olentem cloacam projicere? Et tamen, inquit Bleſenſis in quadam ſynodo: *Serm. 38. Quid ſacra illius verba ſacramenti ore immundo profert, in faciem Salvatoris ſpuit, & cum in os immundum ſanctiſſimam carnem ponit, quaſi in lutum platearum projicit.* Præſtaret omnino, magiſque placeret æterno Patri, ne unquam tam temerario auſu, ſacrilegi hujusmodi, ac tantæ veritatis conſcii ſacerdotes, incruentam litarent hoſtiam; Quomodo enim ad Patrem levabunt manus illas, quas unigeniti ſui cruore intinctas, tam nefariè polluerunt, quomodo gratum eſſe poterit illorum ſacrificium? Dicite mihi, inquit S. Baſilius: *orat. de prec. ſi quis interfecto filio ali-*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*cujus, quem ille in oculis ferebat, adhuc cru re conſperſas manus habens, oſtendat ipſas p tri, etiam tum ſtomachanti, nonne ſanguis lii, qui in manu ejus apparet, qui filio cem intulit, ad iram magis incitabit eum, injuria data eſt?* Certum eſt, quod ſic: J verò idem omnino eſt noſter caſus, qu calidis deplorat lachrymis Salvianus, *Lib. de Provid.* ita ſcribens: *Ita Dei Eccleſia, q in omnibus debet eſſe placatrix Dei, quid alind quam exacerbatrix Dei?*

## Caput Septimum.

### *De poteſtate clavium, ſeu abſolvend peccatis, aliæque conſiderationes circa idem Sacramentum.*

SI magna ſit poteſtas, quæ ſuper veru Chriſti corpus ſacerdotibus collata e non minus excellens eminensque illa eſt, q iisdem in corpus Chriſti myſticum, qu eſt Eccleſia, competit, Sacramentali abſ lutione peccatores juſtificando; tanta h eſt prærogativa, ut illam conſiderans R chardus à S. Victore *1. P. Benjam. cap. 4.* att nito ſimilis hæc ſcripto reliquerit: *Neſci ſi poteſt homo aliquid adeo in hac vita majus a cipere; ignoro, an poſſit hac gratia, intern*

*ma*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*majorem aliquam, homini conferre, quam ut ejus miniſterio perverſi homines in melius mutentur, ut de filiis Diaboli, filii Dei efficiantur.* Veriſſima ſunt, quæ præfatus eſt Richardus, nec ego aſſerere vereor, ſacerdotibus per collatam illis ab Altiſſimo hujuscemodi poteſtatem, ſimul cum illa iis conceſſiſſe omnipotentiam aliquam participatam: *Si habes brachium ſicut Deus*, reperimus regiſtratum in Job; *Cap. 40. v. 4.* Exeritautem ſeſe, palamque demonſtrat omnipotentia divina in condonandis delictis: *Deus qui omnipotentiam tuam parcendo maximè manifeſtas*, canit Eccleſia; Dum nos autem brachium noſtrum elevamus ad impertiendam Sacramentalem abſolutionem, nonne conveniret dicere nos ipſo facto exercere actum aliquem omnipotentiæ, actum talem qui ſoli Deo conveniat? *Lucæ 5. v. 21. Quis poteſt dimittere peccata, niſi ſolus Deus?* Ideo ſanctus Joannes Chryſoſtomus in libro 3. de Sacerdotio *cap. 4.* petit: *Quænam obſecro poteſtas hac una major eſſe queat? Pater omnimodam poteſtatem filio dedit? Cæterum video ipſam omnifariam à Deo Filio Sacerdotibus traditam.* Idem ille Dei Filius, ſecundum carnem natus de Virgine Matre, quam & tenerrimè, ac ſuper omnes dilexit creatu-

 ras,

ras, nihilominus talem illi non contulit p
teſtatem, qualem Apoſtolis ſuis dedit, p
ut obſervat Innocentius tertius ſummus Po
tifex, *de pœn: & remiſſ. cap. nova quadam*. hoc
fuit myſterium illud, cur illa ultimæ co
non interfuerit, quando conſecrati ſu
Apoſtoli ſacerdotes: *Cujus officium c*
*mitti voluit ſolis preſbyteris*, dicit de mini
rio noſtro Doctor Angelicus. Et, ſi Be
Virgini ab Eccleſia tribuatur titulus ille h
norificus, multumque nobis favorabil
*Janua cœli*, ſacerdotibus tamen conſigna
ſunt claves felicis illius beatique Regni. G
tia ſingularis, poteſtas admirabilis, du
Deus ſe obligat ad ratum, fixumque ten
dum, ad implendum totum id, quod n
hic interea circa remiſſionem peccator
peregerimus, de quo pulchrè S. Chryſoſt
mus: *Hom. 5. de ver. Iſa. Judex ſedet in te*
*ra, Dominus ſequitur ſervum, & quicqu*
*in inferioribus judicaverit, hoc ille in ſuper*
*comprobat*: quod idem eſt, ac ſi diceret, ſa
cerdotes conſtitutos eſſe arbitros; a
plenipotentiarios in judicio animarum
quod ipſum clariſſimè quoque confirmat S
Maximus: *Hom. 3. de natal. Apoſt. Pet. & Paul*
*Tanta ei attributa eſt poteſtas judicandi, ut i*
*arbitrio ejus poneretur cœleſte judicium.* Si-
mili-

militer S. Bernardus, *in feſt. Apoſt. Petri & Pauli, cap. 5.* dum in laudes excurrit ſancti Petri Apoſtoli, qui nomine totius Cleri, à Chriſto poteſtatem accepit clavium, dicit: *Claves Regni tam ſingulariter accepit, ut præcedat ſententia Petri ſententiam cœli.*

Aſcendamus modo, ab excellentia miniſterii, ad ipſius exercitium, pro quo penſanda eſt, ac pondere ſanctuarii libranda quædam Sancti Ambroſii ſententia: *cp. 3. de dign. Sacerd.* *Ne habeatur in Eccleſia cathedra ſublimior, & conſcientia ſacerdotis reperiatur humilior.* Qui ante altare confert gratiam, quid convenientius, quid magis neceſſarium eſt, quam ut ille ſit in gratia, Deique amicitia? Nonne dum alios paramus ſolvere, curare ante omnia debemus, ut nos ipſi ſimus liberi? Oculus, pulveribus oppletus, quomodo poterit videre, aut attendere, ut maculas depellat, eluatve ex oculis aliorum? Manus omnino pollutæ, quomodo alios ſuis à ſordibus mundare, ac lavare poterunt? Ergo, *Rectus ordo requirit, ut prius propriam, deinde alienas ſtudeas curare conſcientias*, inquit S. Bernardus *Ep. 1. ad Brun.* Hinc conſuetudo ſemper fuit in Eccleſia Catholica, ſolum ad confeſſiones excipiendas admittere perſonas probatæ ac exemplaris

vitæ, ſimul & experientiæ; quomodo eni
juxta ipſius rectæ rationis ductum, med
cus aliquis mille infectus morbis, aptus
rit ad ſanandos alios? Immo vero, citi
plerosque, ſi non omnes inficiet. Eode
quoque modo confeſſarius malæ vitæ, adi
expertus, loco quod ſanet animas curæ ſi
commiſſas, easdem perdit, inficit, co
rumpit, ſuoque contagio plane dejicit, i
que eo periculoſius, ſimul ac pernicioſi
quod medicus infirmus ſolum deſtruat ſal
tem corporalem, Confeſſarius autem diſſo
lus, malæ vitæ, ac inexpertus, ruinam i
ducat æternam, & corporis, & anim
*Corpus & animam perdunt in gehennam.*

Ante omnia in Confeſſario neceſſaria e
ſcientia: *Oportet*, dicit Petrus Damian
*Serm. 2. de S. Andr. litteratum eſſe, ut ſci
quod injungat, cui parcat, quam conſolatio
nem proferat, de Scripturis.* Etenim regere
ac ducere animas, res eſt difficillima, etiam
peritis, magnâque doctrinâ, ac ſcientia pol-
lentibus, & quicumque ignorans ſeſe immiſe-
rit, operamve ſuam addicit functioni tam
arduæ, quam periculoſæ, evidentiſſimo ſe
exponit diſcrimini committendi errores gra-
viſſimos, cum irreparabili animarum da-
mno, quæ curæ, ac fidei ipſius commiſe-
runt.

runt. Sanctus Bernardinus *Tom. ſer. 15. Art 22. cap. 1.* poſtquam demonſtraſſet, animarum ductu ac regimine, non minus noſtros, quam antiquos ſacerdotes debere poſſe diſtinguere ac diſcernere, *inter lepram, & lepram*, ſubjungit: *Sacerdos ſine ſcientia, eſt ſicut ductor cæcus in via, quia ſacerdos habet officium præeundi, & viam ſalutis aliis oſtendendi.* Sed quia hæc materia, quæ maximi momenti eſt, alibi ex profeſſo tractabitur, pergo ad perluſtrandam, ac deducendam conditionem alteram.

Fidelitas & prudentia, non minus etiam neceſſariæ ſunt confeſſario, quam ſcientia ipſa. *1. Cor. 4. v. 20.* *Fidelis ſervus & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam*, cui Redemptor noſter credidit, ac fidit theſauros inexhauſtos ſanguinis ſui, ac infinita merita ſuæ Paſſionis, ut illa pœnitentibus communicaremus, nec in illorum diſtributione eſſemus nimis prodigi, aut in retentione, ac reſervatione nimis tenaces, aut avari. *Hic jam quæritur* (dicebat Apoſtolus) *inter diſpenſatores, ut fidelis quis inveniatur*: conſtituti ſumus ac ordinati ad diſtribuendam gratiam divinam, quæ eſt pupilla divinitatis, hancque proinde populis provida cum cura, ac bene regulata œcono-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

miadiſpenſare debemus: 1. *Pet.* 4. *v.* 10. *Si ut boni diſpenſatores multiformis grat Dei.* Electi ſumus, ac deſtinati theſaurar immenſi cœleſtis ærarii, inquit S. Chryſoſt mus, *Lib.* 3. *de ſacer.* ſtatque penes nos fid lis ejusdem diſtributio, ac erogatio; *H commiſſum eſt, ut ea, quæ in cœlis ſunt, diſp ſent*; proindeque tantæ commiſſæ curæ p eſt, ut miniſtri correſpondeant pari fideli te. Ut autem aliquis bonus ſit miniſte non debet fidelitas deſtitui prudentiâ, ambæ hæ virtutes debent eſſe in illo comb natæ: Hæcque conjunctio tam neceſſa eſt, ut in defectu illius, non raro præcipit tur confeſſarius in labyrinthos inextricabil *Hujusmodi Magiſtros, in quibus tantorum p riclitatur ſalus, maximâ decet pollere prude tiâ*, inquit citatus Chryſoſtomus. *Hom.* 1, *Matth.* Hoc ipſum erat myſterium illud, ob quod ſummus Sacerdos portabat in pe ctore ſuo *Rationale judicii, quia debet ſubti li examine* (dicit S. Gregorius in ſuo Paſtora li *Par.* 2. *cap.* 2.) *bona malaque diſcernere, & quæ, vel quibus, quando, vel qualiter con gruant, ſtudioſe cogitare.* Cuicumque ergo, ſeſe ad functionem tam arduam ſubeundam accingenti, ingeminarem verba illa Regis Joſaphat: *Videte, quid facitis, non enim ho-*

*minis*

*minis exercetis judicium, ſed Dei.* 2 *Paralip.* 19. Advertite, dicerem illis, vos inchoare unum miniſterium tam laborioſum quam periculoſum, ſiquidem ad ſuſtinendum cum decore ac utilitate, loco Dei ſupremi judicis, grande illud Sacramentale tribunal, opus ſane eſt ſummâ prudentiâ. Eruderemus nonnihil veritatem illam, ac perpendamus, qua debeat pollere virtute is, qui animas ducere ac regere intendit: debet enim in primis eſſe capax, illiusque judicii, ut in perſonis diſcernat ætatem, ſexum, conditionem, ac profeſſionem, ut cognoſcat delicti gravitatem, cauſam bene ponderet, ut applicet remedia; penſare debet circumſtantias loci ac temporis, quamdiu in delicto pœnitens manſerit, an recidivus ſit, an conſuetudinarius: conſiderare debet compunctionem pœnitentis, illius propoſitum, diſpoſitionem, ac vitæ ſtatum; num mulier ſit ſuſpecta marito, filia Patri, & huic filii &c. aſt ſumma ſemper cum circumſpectione hujusmodi debet inſtituere interrogationes, tantâque dexteritate latentia audire, quærere ac ſanare debet peccata, ut abſque ulla confuſione, absque rubore, is qui illa aperuit, à confeſſario diſcedat; atque ideo dum graviſſimorum audit ſcelerum ſeriem, enor-

mium peccatorum longum catalogum cautiſſimè cavere debet, ne ſigno aliquo exteriori, indignationem vel minimam, zeli aut alterius cujusvis commotionis, aut perturbationis ſenſum monſtret, quem pœnitens percipere valeat, in quo plures ſæpè per inadvertentiam peccant, non rarò cum ſummo unius aut alterius partis detrimento. Excellente nos præit exemplo S. Ludovicus Bertrandus, quomodo nos in ſimili caſu gerere debeamus: *in vita ejusd m. l. 2. c. 4.* Audiverat is confeſſionem enormis cujusdam peccatoris, poſt quam à pœnitente dici percipiebat, ſe libenter velle videre vultum quo tanta, tamq; atrocia omnia ſua ſcelera excepiſſet, ut credat ipſum ſimilia non commiſiſſe; ad quem placido vultu converſus ſanctus dixit, quod per Dei miſericordiam in nullum illorum exceſſuum prolapſus fuiſſet unquam, nihilominus omnes pacata mente, tranquilloque animo percepiſſet, ac auſcultaſſet, ſibi autem perſuaſiſſet, quod eo ipſo, quo ſe ad pedes ſuos proſtraviſſet, ipſum ſcelera illa omnia deteſtatũ eſſe, conſtantiſſimèque, illa amplius non comittere, propoſuiſſe. *Obſtetricante manu ejus, eductus eſt coluber tortuoſus*, legimus in Job, *c. 26, v. 13.* quod S. Antonius de Padua *Ser. in Dom. 3. poſt*

*Paſcha,*

*Paſcha*, de cautela interpretatur prudentis Confeſſarii, qua is ex animæ latebris abſconditum extrahit peccati venenum, ac exitialem ſerpentem, idque tanta cum dexteritate, ac experimentali induſtria, ut ne minimum indeſentiat dolorem creatura. Veteres illæ civitates refugii, figuræ noſtrarum ſedium confeſſionalium, ad quas convolabant delicto aliquo obnoxii, debebant, juxta Dei ordinationem, ut facilis ad illas foret acceſſus, commodiſſimis ſterni viis, planis omnino, ac æqualibus: *Num.* 15. *ſternent diligenter viam*, idque commiſit levitis, ut & nos diſcamus commodiſſimam ſternere viam, immo pontem aureum extruere, per quem peccatores pœnitentes ad Deum pervenire poſſint: Hinc non immeritò turbæ illæ *glorificaverunt Deum dicentes, quia dedit poteſtatem talem hominibus, ideo non Angelis hæc eſt commiſſa poteſtas, qui nunquam peccaverunt, ſed homo paſſibilis ſupra homines ordinatur, ut dum in aliis ſuas recolit paſſiones, mitem apud eos ſe præbeat, & benignum*: Quæ eſt ponderatio ſancti Joannis Chryſoſtomi, *Hom.* 80. *in Matth.* quam meritò cordi ſibi ſumant peccatores, ac pro regula ac doctrina habeant Confeſſarii. Sanctus Rupertus Abbas, *Lib.* 1. explicans textum

tum illum: *Non trades ſervum Domino ſu[o] qui ad te confugerit, ne contriſtes eum*, a[d]vertit, dici hoc præfectis ac ducibus anim[a]rum: Deut. 23. v. 15. *Ne contriſtes peccata[s] confitentem, ac relinquere volentem, ut in d[e]ſperationem abigas, qualecumque crim[en] vel quantumcunque admiſerit, ne contriſ[tes] eum.*

Jam verò, quis credat, niſi experien[tia] ipſa docuiſſet, reperiri ſacerdotes tam pr[o]ſtitutæ, tam perditæ, tam profligatæ co[n]ſcientiæ, ut Sacroſancto illo Sacramento ab[]utantur ad fines peſſimos, propriumq; ſuu[m] commodum ac intereſſe, cum ſummo etia[m] ſcandalo, ac animarum ſibi commiſſaru[m] detrimento: *Conſiderate, quid de gregibus [a]gatur* (verba ſunt divi Gregorii Papæ *homil.* 1[7] *in Evang.* calidiſſimis lachrymis excipienda,) *quando Paſtores lupi ſiunt; hi enim cuſtodiam gregis ſuſcipiunt, qui inſidiari gregi Dominic[o] non metuunt, contra quos Dei gregem cuſtodi[]re debuerunt.* Quoties non notitia in confeſ[]ſione hauſta, illis ſervit ac ſuffragatur pro im[]puris ſuis ſatiandis deſideriis ac appetitibus, peccandique occaſionibus quærendis, & pro eo, quod ſanare deberent animas peccato in[]fectas, ipſimet & alienas, & proprias ſuas inquinant, inficiunt, perdunt? Miſeræ, ac de-

deplorandæ animæ, quæ dum ſeſe commiſſas putant manibus benigni patris, ac diſcreti Confeſſarii, ut in illis ſecuræ poſſent degere ac latere, fauces reperiunt lupi rapaciſſimi! Unum aliud inconveniens tangit S. Bernardinus; *t. 4. ſerm. 3.*, Confeſſariis valde familiare ut more mercatorum ſit, qui ſolent merces ſuas meliori, ac leviori dare pretio, ut plures accipiant emptores: *Ita hodie accidit in confeſſione, qui dant pœnitentias minores, habent majorem concurſum, & ſic ſit mercantia de pœnitentibus, ſic peccatores decipiunt, & mittunt in infernum.*

## Caput Octavum.

### *De obligatione Eccleſiaſticorum, quam habent ad orandum ac interpellandum Deum pro mundi ſuſtentatione, in quem finem ordinati ſunt, & conſtituti præſtitores.*

S. Propheta Jeremias cauſam ruinæ univerſalis adſcribit defectui orationis: *cap. 12. Deſolatione deſolata eſt omnis terra, quia nullus eſt, qui recogitet corde.* Servi Dei, dum orationi inſiſtunt, cardines ſunt, immo Atlantes, qui mundum ſuſtinent, prout illos ap-

appellat S. Hieronymus *Iob. 9. v. 13.* dum ce-
tum illum Job interpretatur: *Sub quo cu-
vantur, qui portant orbem: Portant orbem
dum eum, ne pereat, orationum fortitudine ſu-
ſtinent.* Et magnus ille vitæ monaſticæ Ma-
giſter Joannes Climachus, *Gradu* 28. loquens
de efficacia orationis, inter alios, quos
eidem adſcribit, effectus, unus eſt conſer-
vatio univerſi: *Oratio, ſi vim & efficaciam
ejus ſpectes, mundi conſervatio eſt*: Irrita
peccatis noſtris cœleſtis juſtitia fulmine ſu
omni momento nos invaderet, ſi ſuæ Eccleſiæ
Chriſtus de tali remedio non providiſſet,
de quo jam olim prædixerat Zacharias *cap.* 12.
*v. 10. Effundam ſuper domum David, & ſu-
per habitatores Jeruſalem Spiritum precum.*
Si oratio, dicet fortaſſis aliquis, ſuſtentat
mundum contineatque ac avertat cœleſte
fulmen, cur donum tam præcellens, tam
ſalutare ſpecialiter adpromittitur domui
David, & habitatoribus urbis Jeroſolymitanæ? Reſpondeo, per illam domum David
intelligi Eccleſiam, conformiter inſtructioni datæ cœleſti legato, ac paranympho Gabrieli: *Luc. 1 v. 32. Dabit illi dominus ſedem David Patris ejus*; per habitatores autem Jeroſolymæ civitatis ſacerdotalis, denotantur Eccleſiaſtici, ut intelligamus, providentiam di-

divinam ſupra nos ſpecialiter effudiſſe gratiam iſtam, donumque orationis, ita ſpectans ad nos, tanquam proprium vocationi noſtræ, ut in illa ſimus aſſidui, ferventes, noſtroque exemplo, exhortatione, ac inſtructione, ejusdem tam præſtantis doni guſtum, ac appetitum etiam aliis inſtillemus. Hinc in concilio quodam Colonienſi, dum tractatur de Sacramento ordinis, habetur non in alium finem ſtatum illum eſſe inſtitutum, quam ut illo pro Eccleſia Deus jugiter deprecaretur: *Presbyterorum officium in orando Deum pro totius Eccleſiæ, & populi Chriſtiani proſperitate ſitum eſt.* Ideo S. Cyprianus *Epiſtol.* 8. efficaciſſimè inculcat Epiſcopis, *plenâ diligentiâ, exploratione ſincera oportet deligi, quos à Deo conſtet audiri.* Deindein alio loco, loquens de ſacerdotibus, illorum declarat officium, & quibus rebus ſeſe debeant impendere demonſtrat: *Divino Sacerdotio honoratos, & in clericali miniſterio conſtitutos, non niſi Altari, & ſacrificiis deſervire, & precibus atque orationibus vacare debere. Ep.* 66. Optimè intellexit Sanctus Carolus, *Act. Ecc. Mediol. pag.* 262. quanti intereſſet, ut Eccleſiaſtici homines eſſent orationi dediti, illique jugiter vacarent, ideoque in decreto aliquo Concilii

Pro-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Provincialis, exquiſitum præſcribit examen Epiſcopis Diœceſanis, iis qui ad ſacros Ordines promoveri affectarent, proponendum in hunc modum: *An in orationis ſtudio uſque verſatus, quibus meditationibus inſtructus Deum tacitus oret: quis orationis modus, qui illius fructus, quæve utilitates, quot, quibusve, partibus illa conſtet, quæ regulæ præparationis ad orationem.* Hæc ſunt quæ ab Ordinando inquirenda duxit S. Præſul, ex quibus conſtat primarium officium, ac principale exercitium noſtrum debere eſſe, vacare orationi. *Veri ſacerdotes pondus populi ſibi commiſſi viriliter ſuſtinentes, pro peccatis omnium, velut pro ſuis, infatigabiliter ſupplicant Deo,* inquit S. Proſper, *Lib. 2. de Vit. Contemp. c.* 2. proindeque ad ſacros ordines admitti non debent perſonæ tam ſalubris, quam neceſſarii exercitii inexpertes. Hinc, non ſane myſterio Chriſtus Salvator noſter, dum carnis noſtræ veſtitus exuviis apud nos degebat in terris, noctes integras ſæpius impendit, ac tranſegit in oratione: *Erat pernoctans in oratione Dei:* Luc. 6. v. 12. idque ſpecialiſſimè, ac valde notanter fecit, dum ſuos elegit Apoſtolos, *Qui plantaverunt Eccleſiam, ut qualis Advocatus eſſe debeat, demonſtraret, qualis ſacerdos, ut non ſolum diebus, ſed*

etiam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*etiam noctibus, pro grege Christi debeat precator aſſiſtere*, innuit S. Ambroſius *in Pſal.* 118. *oct.* 20. in quo textu absque reflexione prætereiri non debet verbum illud, *debeat*; vult namque S. Archi-Epiſcopus orationem Ecclesiaſticorum non eſſe opus ſupererogatorium, ſed juſtitiæ, ſed debiti, non ſolum quia cum onere illo ſumus ordinati, verum etiam, quia ob finem illum & ſtipendia, & reditus, quibus fruimur, percipimus: *Dictum eſt idcirco clericis temporales redditus à laicis aſſignatos, quatenus non ſolum pro ſua ſalute, ſed & vice, ac loco laicorum Omnipotenti miniſtrent, juſtumque judicem, non ſibi duntaxat, ſed eis, quorum vivunt ſtipendiis, placare, & reconciliare ſemper teneantur.* *Sententia hæc eſt Dionyſii Carthuſiani, de vit. ſacerd. art.* 3. in qua obſervanda ſummopere eſt obligatio ſtrictiſſimá, quæ nobis Eccleſiaſticis incumbit, ad jugiter vacandum orationi, quam verba illa rigoroſa innuunt, *ſemper teneantur*, quæ ſane fundantur in illo, *ex pacto convenisti mecum*; primamque Carthuſiani ſententiæ partem, quoad redditus Eccleſiaſticorum, nervoſe confirmat inſignis digniſſimusque ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Petrus Damianus; *Lib. 4. Ep.* 14. dum de materia illa beneficialium reddituum

ita

ita ſcribit: *Hæc præſertim idcirco ſacerdotibu conferuntur, ut ipſi pro populo precibus, ac vo tis inſiſtere, ejuſque debeant peccata portan* Proventus, redditusque Eccleſiaſtici, no ideo conferuntur Clericis, ut illos luſibu jocis, aut crapulâ conſumant, ſed ut pro viſi de mediis ad vitæ ſuſtentationem nece ſariis, omnes ſuas cogitationes ad Deu convertant, illi jugiter ſint intenti, oratio nibus ſemper inſiſtant ad Divini Numin placandam ac avertendam iram & in dignationem, juſtè à populi delictis ſuſci tatam: Nunquid, *Inter veſtibulum & altu re plorabunt ſacerdotes, & miniſtri Dei dicen tes, parce Domine, parce populo tuo.* Ezech. *v.* 16. univerſa cantat Eccleſia in diebus pœ nitentiæ? Ideo inſignis illa Hebræorum He roina Judith, dum ad extremas anguſtia ob arctiſſimam Holophernis obſidionem redacta eſſet civitas Bethulia, ut illam tam formidando, quam potente liberaret recurſum non habuit ad Oniam ſupremum pópuli Principem, aut ad Generalem exer citus Ducem, cui civitatis ipſius commiſſ erat defenſio; ſed ad Sacerdotes; *Iudith.* *Miſit ad presbyteros Chambri, & Carmi,* ut ſuis precibus ac orationibus extremam illam ne ceſſitatem, ac evidentiſſimum periculum

præ-

præverterent, prout felici eventu, omnibus ſimul precibus inſiſtentibus, factum eſt, liberata, cum ipſius Tyranni aggreſſoris morte ac internecione, ab obſidione civitate.

Adeo verum eſt ſacerdotum precibus ac interceſſione & Eccleſiam & imperia ſuſtentari, ac manuteneri, ut tam ſacræ, quam prophanæ hiſtoriæ abundè id teſtentur. Legimus in Annalibus Eccleſiaſticis, *Baron. A. Ch.* 407. *n.* 28. de Honorio Imperatore, quod, poſtquam acerrimè Fratrem ſuum Arcadium, de injuriis illatis, tum perſonæ ſancti Joannis Chryſoſtomi, tum etiam Sanctæ Eccleſiæ Romanæ delegatis, reprehendiſſet, verba hæc memorabilia addiderit: *Certus ſis, & ipſum Imperium noſtrum & ruere & ſtare precibus ſacerdotum*; videturque hujus figura præceſſiſſe in Moyſe, *Exod.* 17. qui dum orans vel levaret ad cœlum manus ac brachia, Populus Iſrael vincebat, vel dum demitteret, ac ad terram manus reclinaret, vincebatur. Regiſtratum ſimiliter reperimus de Imperatore Baſilio, ipſum ferventiſſimè commendaſſe filio ſuo Leoni curam, ac reverentiam ſacerdotum: *Honora Eccleſiam Dei, ut tu in honorem viciſſim à Deo habearis, & ſacerdotes ejus verearis, tanquam ſpirituales patres, & deprecatores pro nobis apud Deum.* *Bibl. Vet. PP. Tom.* 5. *cap.* 3. Multo evi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

evidentius, ac certius ſuam agnoſcit ſubſi-
ſtentiam à precibus ac orationibus ſacerdo-
tum, ſancta Eccleſia, dum hujus rei plenam
fidem facit ipſa ſacra Scriptura. Quis ne-
ſcit, omnem moviſſe lapidem, viresque ſuas
exeruiſſe omnes, tyrannum infernalem, ad
turbandum, concutiendum, ſubvertendum
collegium Apoſtolicum? *Luca* 22. *v.* 31. *Ecce
Sathanas expetivit, ut cribraret vos ſicut
triticum*; Verum ſacerdos ille æternus impe-
tum illum, ac violentum aſſultum efficaci-
ter retudit, fortiſſimaque prece ſua repreſſit:
*Rogavi pro te Petre.* Curavit, per Hero-
dem miniſtrum ſuum, capi ac incarcerari
ipſum caput, ſummumque Eccleſiæ Paſto-
rem S. Petrum, ut eo commodius faciliuſ-
que ovile Chriſti poſſet diſpergere, illudque
verificaretur: *Percutiam paſtorem, & di-
ſpergentur oves*: *Matth.* 26. *v.* 31. Verum ef-
ficax, conſtansque fidelium deprecatio, mi-
raculoſam illius obtinuit liberationem: *Ora-
tio fiebat ſine intermiſſione, ab Eccleſia ad
Deum pro eo. Act.* 12. *v.* 5. Ut paucis multa
complectar, quamdiu in Clero vigebit verus
ac fervens orationis ſpiritus, ſecuriſſima
manebit Eccleſia, ac ſi muro aliquo inacceſ-
ſibili, ac inexpugnabili foret circumcincta;
eſt enim oratio *murus Eccleſiæ, qui per-
rum-*

*rumpi*, *non poteſt*, prout dicit S. Joannes Chryſoſtomus: *Lib.* 1. *de orando Deo cap.* 2. Facit hic ad rem, quædam ex libris Machabæorum opportuna obſervatio: 1. *Machab. Cap.* 17. Quænam putatur fuiſſe prima præda, quam in deploranda templi Jeroſolymitani expilatione abſtulerit impius, ſacrilegusque Antiochus? An forte ſupellex ditiſſima vaſorum ſacrorum? An Rationale pretioſiſſimis ornatum, ac onuſtum gemmis? An Arcæ Cherubini? An denique menſa panum propoſitionis, quæ erat ex auro puriſſimo? *Accepit altare aureum, candelabra luminis*, refert textus, quæ elegantiſſimè, more ſuo, propoſito noſtro applicat Hugo Cardinalis: *Altare aureum, fervorem ſpiritûs, unde aſcendit fumus aromatum orationis, deinde candelabrum luminis, id eſt gratiam contemplationis*; Optime hoc novit Antiochus infernalis, ſemper intentus deprædationi ac ruinæ Eccleſiæ, ac Chriſtianitatis, hinc ad aliam prædam non aſpirat, nullum aliud cupit ſpolium, quam ut in nobis extinguat ſpiritum orationis, quo obtento, ſcit debilitari Eccleſiam, ac tandem cogendam, ut ſuis cedat aſſultibus; quapropter ſumma cum ratione exhortatur S. Ephrem ſæculares, *de ſacer.* ut cordiali cum affe-

affectu diligant Eccleſiaſticos, quandoquidem per illorum orationes ſtabiliri, ac conſervari debeat bonum commune: *Amemus Sacerdotes Dei, ſiquidem pro nobis, & pro mundo deprecantur.*

Ideo merito nobis, qui precibus noſtris Deum placare debemus, ac cooperari ſaluti publicæ, ſingularis probitas, virtus ac ſpiritus devotionis neceſſarius eſt, ne nobis intimetur, ac in nos torqueatur *Veh* illud ſancti Pernardi: *de conver. ad cler. c. 19. Veh qui ambulantes in carne, placere Deo non poſſunt, & placere velle præſumunt.* Hormiſda Pontifex, dignus S. Petri ſucceſſor, apertè, clariſſimèque monet, *Emendatiorem eſſe populo convenit, quem neceſſe eſt orare pro populo. Diſt. 62. Cap. non negamus.* Atque hinc Magnus ille Eccleſiæ Doctor, ac ſummus ejusdem præſes, S. Gregorius, *Lib. 1. Ep. 24.* quamvis tam ſingulari præluceret pietate, vitæque innocentia, ut merito inter præcipuos ſanctitate conſpicuos Petri ſedis hæredes, ac ſequaces numeretur, ſemper tamen ſibi ipſi, ex ſingulari humillimi cordis affectu, nobis pro exemplo relicto, improperabat: *Qua fiducia apud Deum, pro peccatis alienis interceſſor venio, apud quem de propriis ſecurus non ſum.*

Ca-

## Caput Nonum.

### *Quod Sacerdotium pro ſalute animarum inſtitutum ſit; de illius valore, noſtraque in ordine ad illud obliga- tione.*

ARticulus fidei eſt, authentizatus in ſymbolo Apoſtolico, non aliam ob cauſam, unigenitum Altiſſimi filium deſcendiſſe in terram, noſtramque humanam aſſumpſiſſe naturam, niſi ob ſalutem quærendam animarum. Docet hoc, probatque clariſſimè, totius vitæ ipſius hîc tranſactæ decurſus, dum hîc pergit in Samariam, ut ad puteum à libidine revocet, tot virorum adulteram ac proſtitutam mulierem, illic ex infamibus telonii uſuris ſuam ad ſequelam trahat Matthæum, alibi ſimilis farinæ hominem, Zachæum ad quadruplicem malèpartorum excitet reſtitutionem, uno verbo, dum tot efficaciſſimis ſuis concionibus tot in cœlum transmiſit animal, quot ampliſſimus non capiat campus. Fundatâ itaque in terris illum in finem ſuâ Eccleſiâ, nos Eccleſiaſticos tanquam inſtrumenta elegit, ad proſequendum id, quod ab ipſo feliciter inchoatum eſt; *Dei ſumus adjutores*, dicit Apoſtolus;

 1. *Cor.* 3.

*1. Cor. 3. v. 9.* eandemque veritatem olim p
dixerat generoſa Heroina illa Judith, i
gnis Eccleſiæ typus, dum nervoſis form
bus hiſce presbyteros ex ſpiritûs ſancti
ſtinctu affatur: *Vos eſtis presbyteri in po
Dei, & ex vobis pendet anima illorum.* Jud
*8. v. 21.* Principibus ſæcularibus incum
invigilare temporali populorum ſaluti,
conſervationi, Sacerdotibus autem comm
ſum eſt, ut intendant æternæ animarum p
ſperitati, ut illas ſanctificent, ac deduc
ad finem illum, in quem ſunt creatæ.
quod putatis eſſe lucrum illud, quod e
lumentum, ad quod aſpirare debeant Ec
ſiaſtici, ut intentum tanti ponderis tanti
méti aſſequantur? An fortè divites præb
pinguia beneficia? Erratis, ſi hoc credi
longè aliam ſubministrat informationem
Ambroſius: *in Cap. 1. Iſai. Clericatûs offici*
inquit, *eſt quæſtus plane non modicus, ubi
crum non pecuniarum acquiritur, ſed anim
rum*, & hunc quæſtum, & non alium
petiverunt omnes Sancti. Sane S. Phil
pus Nerius (cujus indignus filius ego ſu
*in animarum ſalute totus fuit*, prout de i
legitur in lectionibus officii Canonici, a
que ejusdem plane mentis S. Carolus, *Vit.
Caroli. l. 8. c. 13.* quod in eo principaliter n
ſ

ſtra conſiſtat vocatio, dum de iſto tanto Præſule veraciter affirmari potuerit, id quod in ſancto Joanne regiſtratum legimus: *Ioan. 10. v. 3.* *Proprias oves vocat nominatim*, cum & diſtinctam notitiam, paremque curam ac ſollicitudinem habuerit omnium ac ſingularum animarum vaſtiſſimæ ſuæ illius Diœceſis, ſolitus dicere ſeſe ultroneè, ac libenter renuntiaſſe ſuæ Purpuræ, ne hæc impedimento ſibi forte fuiſſet in lucrandis ac juvandis animabus ſibi concreditis, quas tanti æſtimabat, ut diceret, vel minimam ex illis digniſſimam eſſe aſſiſtentiâ cujusvis maximi Paſtoris; & hoc ipſum ipſe practicabat, ſequens informationem ſancti Hieronymi: *Ep. 13.* *Si officium vis exercere Presbyteri, aliorum ſalutem fac lucrum animæ tuæ*, debentque ſcire (ſcribit alio in loco idem ſanctus) quod quidquid mali accidat pecori, totum redundet in dedecus Paſtoris: *Ep. 10. ad Furiam.* *Detrimentum pecoris, Paſtoris ignominia eſt.*

Si intelligerent Eccleſiaſtici valorem unius animæ, ampliorem magisque ſollicitam pro illius converſatione curam demonſtrarent: Si leo, non eſſe actionem ullam tam eximiam, tam præſtantem, tam ſanctam, Deoque placentem, quam lucrum anima-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rum, quod manifeſte confirmat S. Chry
ſoſtomus: *Hom. 3. in Gen. Nihil tam ſtudi*
*sè affectat Deus, nec tam illi gratum eſt, qua*
*ſalus animarum*; Conſentitque in idem Au
thor operis imperfecti, *Hom. 51.* hæc ſcri
bens: *Super omnia opera, pretioſiores DEU*
*æſtimat animas; quantò magis credibile e*
*ut ſuper omnia bona ſua conſtituat eum, q*
*confert Deo lucrum animarum?* Quidqui
Altiſſimus operatus eſt, aut fecit in cœlo v
in terra, totum tendit, totum collimat i
illum finem, totum directum eſt in ſalute
animarum, dictiſque meis adſtipulatur, i
robur addit Clemens Alexandrinus, *Admo*
*ad Gen.* dum ait: *Nihil aliud eſt Domino cur*
*præterquam hoc ſolum opus, ut homo ſalv*
*fiat*: Et nos Sacerdotes nulla alia de cauſa
aliumve ullum in finem ſacro Chriſmate in
uncti ſumus, quam ut guſtui illi, illi Dei deſi
derio, quo laborat pro animarum ſalute pro
movendo, occurramus, & ut illi ſatisfia
collaboremus: *Unctionis fructus, eſt cul*
*tus divinæ hæreditatis: ille ergo officium hære*
*ditatis exequitur, qui ſola quærit lucra anima*
*rum*, ſcribebat S. Gregorius. *Cap. 5. in lib. 1*
*Reg.* Aſt, ſi conceptum dignum aliquem
formare velimus de infinito illo pretio, ac
ſumma æſtimatione, quam de unica ſolum

ani-

anima habet Salvator, legamus parabolam illam, eum in finem ab ipſo propoſitam, in qua evidenter quaſi æquiparat toti gregi unam ſolam oviculam balabundam, errantem, ac deperditam, de qua re, non absque ſtupore, dicit Tertullianus: *de pœnit. c. 8.* *Errat una paſtoris ovicula, ſed grex unâ charior non eſt, una illa requiritur, præ omnibus deſideratur, grex unâ illâ charior non erat,* nec prius quievit, quam illam inveniſſet, ſublatam in humeros ad ovile apud reliquas reduxiſſet. Optimè hæc intellexit, meliusque in opere demonſtravit magnus ille Sanctus Prælatus Franciſcus de Sales, dum continuo per multos annos obeundo Genevæ pagos (non absque manifeſto vitæ periculo) ſingulis diebus concionabatur, pro auditorio ſæpius non habens, niſi quinque aut ſex è vilioribus ruſticis, optimèque impenſam ſuam judicabat operam, ſi vel paucas lucrari poſſet animas, ad quas quærendas agros, campos, ſilvas obibat & villas, Redemptoris noſtri exemplum imitando, de quo ſcripſit Apoſtolus: *Dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me:* *ad Galat. 2. v. 20.* in quem locum dicit Chryſoſtomus: *Neque enim recuſaturus eſſet, vel ob unum duntaxat, tantam exhibere diſpenſationem:* ex quo deduco,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

duco, vel pro una ſola anima, etiamſi nul-
la alia adfuiſſet, tantum fuiſſe operatum,
tanta præſtita fuiſſe à Dei filio, quanta fe-
cit pro omnibus ſimul.

Verum, antequam tranſeamus parabolam
illam ovis deperditæ, obſervare debemus
non absque myſterio verbum Incarnatum
uſum fuiſſe hujuſcemodi ſimilitudine, ſe
per illam voluiſſe inſinuare Paſtoribus Eccle-
ſiaſticis, quomodo ſpecialiter debeant inqui-
rere veſtigia, inſtar Paſtoris Evangelici, il-
larum ovium, quæ magis ſunt deſolatæ
magis deſtitutæ auxilio, ac proinde præ-
ſentiori expoſitæ periculo, quales ſunt quæ
magis diſſitæ habitant, Locaque difficilis
acceſſa inſident, unde & ad illas perveniendi
illas viſitandi, major labor eſt; ſiquidem
animæ divitum, ac nobilium in civitatibus
absque eo quod ſolatio, ac inſtructione
ſpirituali abundent, communis gregis veſti-
giis inſiſtunt, &, ſi alicubi ceſpitent aut de-
vient, citius notatur error, ſeque ipſas, ſi
velint, ad orbitam reducere, ac juvare poſ-
ſunt. *Veni de Libano, ſponſa mea: veni,
coronaberis*, legimus in canticis, *Cant. 4.
v. 8.* intelliguntque per ſponſam hanc ſacri
Interpretes Eccleſiæ, animam aliquam
electam; ſed qualibus è gemmis compoſita
eſt

eſt corona illa, quæ ei dicitur præparata? *De capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus leonum & montibus Pardorum.* Inſolita ſane, ne dixerim exotica corona! Quæ proportio poteſt eſſe inter prærupta, inter montium cacumina, inter Leonum ac pardorum ſpelæa, & coronam innocenti alicui animæ imponendam? Reſpondeo, applicando textum illum meo propoſito: montes illi, loca illa acclivia ac inacceſſa, ferarum potius quam hominum habitacula, Eccleſiaſticis cum vero zelo Apoſtolico, ad quærendas, ad reducendas, ad ſalvandas animas derelictas ſcandentibus, in gemmas, in monilia in coronas pretioſiſſimas illis convertuntur: Hinc S. Carolus, celebris erit toti poſteritati, cunctis ſæculis, non ob proſapiæ ſuæ nobilitatem, aut natalium ſplendorem, non ob Cardinalitiam ſuam Purpuram, non ob honorem ac venerationem illi à Magnatibus, ſummiſque Principibus impenſam, ſed ob ſubjectos pedibus, calceisque ſuis uncos ferreos, ut pro ſalute animarum, zelo armatus Apoſtolico, altiſſimos, præruptos, ac fermè inacceſſibiles Alpes poſſet ſcandere: *Requirit à vobis animas Deus* (ſcribit Miniſtris ſacris Alcuinus, Ep. 28. digniſſimus Caroli Magni præceptor)



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ceptor) *quas ad regendum accepiſtis; ex ſu-
jectorum ſalute, veſtra multiplicatur remun-
ratio.* Inter varia myſteria, ob quæ Salva-
tor noſter illos decoravit titulo lucis: *V-
eſtis lux mundi*, videtur mihi etiam eſſe il-
lud, quia illa ſe indifferenter communic-
omnibus: absque ulla exceptione ſex-
ætatis, conditionis, aut loci, ut eadem qu-
que proportione ſeſe genterer, in anima-
rum ſalute procuranda, Eccleſiaſtici; *In v-
ritate didici, quia non eſt perſonarum acc-
ptatio apud Deum*, inquit Hierarchiæ Eccl-
ſiaſticæ caput, æquali ſiquidem pretio co-
ſtat Redemptori noſtro anima minimi,
abjectiſſimi ruſtici, quam Monarchæ pote-
tiſſimi.

Ut debitè apprehendamus, quanti ani-
mas æſtimare debeamus, auſcultemus, ſin-
gularem aliquam Sancti Bernardi doctri-
nam: *Serm. 13. de Adv.* *Si ſtillantem de Cru-
ce Domini ſanguinem collegiſſem, eſſetque repo-
ſitus apud me in vaſe vitreo, quod portare
ſæpius oporteret, quid animi habiturus eſſem
in diſcrimine tanto? At certè pretioſiſſimum
animarum theſaurum ſervandum accepi, pro
quo Chriſtus, mercator non inſipiens, id eſt,
ipſa ſapientia Patris, totum ſuum ſanguinem
dedit. Quid ergo infelix, quo me vertam?*

Si

*Si tantum depoſitum, quod ſibi Chriſtus proprio ſanguine pretioſius judicavit, contigerit me negligentius cuſtodire?* Cnm ergo nobis Eccleſiaſticis tot commiſſæ ſint animæ, confidit Redemptor manibus noſtris inexhauſtum ac inæſtimabilem ſacratiſſimi ſui ſanguinis theſaurum, qua ergo cautelâ, qua curâ, qua diligentiâ oportet nos illum cuſtodire? Quis negare, aut ambigere poterit, quin Deus ſingularem in hoc erga nos amorem, ac favorem exhibuerit? *Ioan. 15. v. 15.* *Jam non dicam vos ſervos, ſed amicos,* inquit Salvator noſter benedictus ſuis Apoſtolis, & per illos nobis, dum eos in ultima cœna ſacerdotes ordinaverat; quo autem ſigno, quo judicio aut experimento, poterimus nos reciprocè demonſtrare Deo fidelem aliquam amicitiæ teſſeram? S. Chryſoſtomus id nos docet: *Nihil adeo declarat, quis ſit fidelis, & amans Chriſti, quam ſi fratrum curam agat; hoc maximum amicitiæ erga Chriſtum argumentum.* *Hom. 31. ad pop.* Quin & ipſemet Deus, per Prophetam ſuum Jeremiam *c. 15. v. 19.* apertè edicit, quanti faciat iſtam operam, quove honoris ſigno dignos judicet eos, qui in ſalute animarum procuranda laborant: *Si ſeparaveris pretioſum à vili, quaſi os meum eris.* S. Gregorius *l. 18. Mor. c. 23.* tex-

tum hunc applicat illis, qui deviantes aberrantes animas, ad ſalutis viam reducu dum verba illa Job exponit: *Omne pre ſum vidit oculus meus.* Cap. 28. Si Cæſari T lius dixerit; *Homines apud Deum nulla re pius accedunt, quam ſalutem hominibus dan* Or. pro Q. Lig. loquens utique de ſola lute corporali, quid dicemus de merito lucro, quod reportatis, qui animarum g riæ, æternæque ſaluti cooperatur? Atq in hoc tam præſtanti opere (& conſequen etiam illius digni præmio) deſudat Eccleſ ſticorum labor & induſtria, ut animas cœlum deducant: quam excellens ergo opus iſtud, labor ille quam glorioſus? *M jus opus eſt, ex impio juſtum facere, qua creare cœlum & terram*, ex ſententia ſan Auguſtini, *Tract. 32. in Ioan.* cujus ration aſſignat Doctor Angelicus, quia, *Bonu gratiæ unius hominis, majus eſt quam bonu naturæ totius univerſi*: 2. P. Q. 113. *art.* 9. eo demque modo meditatur S. Bernardus: *Medit. Totus iſte mundus, ad unius anim pretium, æſtimari non poteſt; non enim pro to mundo animam ſuam Deus dare voluit, qua pro anima humana dedit.* Si ergo tanti va loris ſit anima, ſi ſibi ita in illis complace Deus, tamque luculenter, tam largiter re-

com-

compenſet operam, in illarum cura, ſublevamine, ac conſervatione in via ſalutis impenſam, non video, quomodo ab illarum adjutorio ſeſe aliquis poſſit ſubtrahere, ſed, ad exemplum Chriſti pro illarum ſalute, non potius debeat exponere media ſua temporalia, ſed etiam ſanguinem proprium.

## Caput Decimum.

### *Dum Eccleſiaſtici ſunt inſtrumenta, per quæ multa bona obveniunt proximo, hinc conveniens eſt, ut in ipſis reſplendeat vera Probitas.*

SAnctus Clemens Papa, Conſtitutionum Apoſtolicarum *Lib. 7. Cap.* 32 ut perſuaderet, ac inculcaret populo honorem ſacerdotibus exh bendum, tribus uſus eſt motivis, quæ calcarium inſt ır, utramque urgerent ac propellerent partem; illum, ad omnem reſpectum debitum, nos, ad vocationi noſtræ correſpondendum: *Honorate ſacerdotes, ut Dominos, ut beneficos, ut bene vivendi auctores.*

Vult ergo Pontifex, ut reſpiciamur, ac honoremur tanquam Domini, *ut Dominos*; de facto enim dedit nobis Salvator dominium animarum, dum illas noſtræ directioni, obedientiæ, ac authoritati ſubjecit; Ex hac

 ra-

ratione ſemper manſit Eccleſia, à primis u que ſæculis, in uſu ac conſuetudine, hon randi titulo *Patris* illos, quibus incumbi nimarum cura, quales ſunt Religioſi ac ſac dotes, titulusque ille, non ſolum amorem primit, ſed & denotat authoritatem: *Sacer ti thronus in cœlis collocatus eſt, & de cœleſti negotiis pronunciandi habet authoritatem.* me putetis hæc dicere, inquit ſanctus Chr ſoſtomus, *Hom. 5. de verb. Iſaiæ.* quaſi meæ eſſent conſiderationes, aut conceptus, *Q hæc dicit?* Deus enim ipſe ſua authoritate in fragabili id confirmat: *Quæcunq; ligaveri per terram, erunt ligata & in cœlis, quæcunq ſolveris ſuper terram, erunt ſoluta & in cœ Matth. 16. v. 19.* Tam verũ eſt, ſortitos nos illud dominium, ut in alio loco phraſi mul ampliore idem Sanctus id confirmat: *l. 3. de ſ cerd. omniũ rerum cœleſtium poteſtas, illis à D conceſſa:* volebat dicere: Omniũ theſauror quos cœlũ continet, Domini ac Patroni co ſtituti, ac denominati ſunt Sacerdotes, quo ſecundum prudens ſuũ beneplacitum effun dere, ac ex iis animas Fideliũ poſſent ditare. E hoc certè à fortiori verum eſt, ſi enim in po teſtate noſtra poſitus ſit Altiſſimi Filius, ita u ad prolationem paucorum verborum no ſtrorum promptiſſimè de cœlis deſcendat in terram: *Quomodo non etiam cum illo omnia*

*nobis donavit?* Petit Apoſtolus ſcribens ad Romanos *Cap.* 10. *v.* 6. *Quis aſcendet in cœlum, aut quis deſcendet in abyſſum?* Cui tanta eſt conceſſa poteſtas, cui tam extraordinaria facultas indulta eſt, ut ad ipſum aſcendat Empyreum cœlum, eademq; authoritate deſcendat ad ipſum Baratri profundiſſimum, latens in terræ centro? Hanc habent juriſdictionem, hanc authoritatem brachia, ac manus Sacerdotum, quæ dum ſuper pœnitentem extendunt, ſolumq; ab illis duo proferuntur verba: *Abſolvo te*: vi eidem aperiunt Paradiſum, infernum occludunt: *Sed quid dicit ſcriptura? propè eſt verbum in ore tuo. ad Rom.* 10. *v.* 8.

*Ut beneficos.* Hoc eſt ſecundum ſancti Clementis motivum, quo adhortatur laicos, ut ſacerdotes ſuſpiciant ac venerentur tanquã ſuos benefactores. Conſecrati ſumus oleo ſacroſancti Chriſmatis: *Oleum effuſum nomentuum: Cant.* 1. *v.* 2. ut denotetur, noſtram illam inunctionem factam eſſe in beneficium univerſalis populi, & ſicut oleum alibi aſperſum, largè latèq; ſe ſolet diffundere, ita liberalitas, ita beneficentia Eccleſiaſticorum ſe quaqua verſum inter homines, maximè inter miſeros ſeſe debeat extendere, ac dilatare. Et hanc puto eſſe cauſam, quod reſpectu obligationis hujusmodi beneficentiæ, redditus,

 ac

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ac proventus clericorum, illorumque Præbendæ, vocentur beneficia. Debent nos reſpicere homines, tanquam patres, ac genitores animarum ſuarum, illas enim in undis Baptismalibus regeneravimus, easdem pane Eucharistico nutrimus, ut Medici & à vulneribus, aliisque infirmitatibus ſpiritualibus curamus, adhortamur illos tanquam magiſtri, defendimus orationibus, ac ſacrificiis tanquam patroni; *Quid ultra debuimus facere, & non fecimus?* & qua via alia qua methodo, quo amplius monſtrare poſſunt medio ſuam erga populum beneficentiam Eccleſiaſtici? An fortè, ut modo ordinario illi benefaciant? Error præpoſterus eſt. An non centies millies incomparabilius eſt, per ſacramentalem abſolutionem à vinculis infernalibus expediri, aſſeri in libertatem filiorum Dei, aut gaudere hæreditate eorumdem, quam frui exiguo arenæ grano terrenæ beneficentiæ? Prius autem à nobis ſemper recipit Populus, vi Divinæ aſſecurationis, ſcripto confirmatæ: *Verba, quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt, Ioan. 6. v. 64.* hæcque ita à nobis in univerſa Eccleſia diſperſa ſunt, indiesque in omni loco diſpenſantur, ut nemo ſit, qui illorum fructu, per miniſterium noſtrum,

ne-

nequeat frui, ac gaudere. Et verò, ad quos alios habet recurſum populus, pro ſuo conſilio, pro adjutorio, pro ſopiendis diſcordiis, reconciliandis animi, firmanda pace, pro ſua in magnis tribulationibus conſolatione, pro reſeratione portarum cœli moribundis, agonizantibus, eorumque ad ultimam luctam diſpoſitione, pro opportuno adjutorio, neceſſariaque ſubventione animarum in purgatorio, niſi ad Sacerdotes? Quinam alii, præter Sacerdotes, vigilant de nocte, ac contra aſtuti infernalis ſerpentis technas ac inſidias pugnant, eludunt, ac expugnant? S. Bernardus ſuper illa Canticorum; *Serm. 76. in Cant.* *Invenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt civitatem,* optime ad propoſitum meum ſcribit: *Quam boni vigiles, qui nobis dormientibus ipſi pervigilant, quaſi rationem reddituri pro animabus noſtris. Quam boni cuſtodes, qui vigilantes animo, atque in orationibus pernoctantes, hoſtium inſidias ſagaciter explorant, anticipant conſilia malignantium, deprehendunt laqueos, retiacula diſſipant, machinamenta fruſtrantur.*

Hanc ob cauſam S. Carolus, *act. eccl. Med. fol. 547.* ſummè zeloſus pro conſervanda ac augenda Sacerdotum reverentia, ac reſpectu in populo, ordinavit, ut non deſi-

nant hominibus proponere faſtidia, lab-
res, ac vigilias, quas pro illis pati, ac
bire deberent: *Proponent illis moleſti*
*curas, vigilias, quas populi causâ ſuſtin*
Sed quid de beneficentia iſta volum
ultra id, quod in quadam ſynodo aſſer
Bleſenſis? *Sacerdos dicitur, quaſi ſacr*
*dans; dat enim ſacrum de Deo, id eſt, prædi*
*tionem, ſacram Deo orationem, ſacrum D*
*id eſt, & carnem, & ſanguinem, dat ſacr*
*pro Deo, id eſt, exemplum.* De Sacerd
ſcripſit S. Polycarpus ſancto Ignatio, qu
ille in domo Dei ſit quaſi primogenitus,
totum incumbat onus familiæ Chriſti,
mnemque œconomiæ habeat curam
*In domo Dei velut filios familias majore*
*divinorum bonorum œconomos, ſocioſq*
*DEI.*

*Bene vivendi auctores.* Hoc eſt tertium
ultimumque ſancti Clementis motivum, no
Eccleſiaſticos plurimum, imo unicè conce
nens. Honorius, digniſſimus Auguſtodu
nenſis Eccleſiaſticus, *Lib. 1. gemmæ animæ. c*
182. dum tractat de nomine Presbyteri, p
noſtra inſtructione ſcripto hæc reliqui
*Presbyter dicitur, præbens iter, ſcilicet popu*
*lo de exilio hujus mundi, ad patriam cœleſti*
*Regni.* Cœlum, prout omnes ſciunt, pa-
tri

tria noſtra eſt, ob illudque creati ſumus, ac recreati, id eſt, redempti. Verum quia in vita iſta, tanquam in exilio, partim ex naturæ noſtræ contaminatæ fragilitate, partim ex inimici noſtri infenſiſſimi pariter ac aſtutiſſimi inſidiis, ſæpius erramus, ac multoties à recta ad cœlum ſemita deflectimus, hinc divina Providentia, ſemper excubans pro noſtro bono, intenta ſemper noſtris commodis, tot ordinavit ſacerdotes, tantum Religioſorum conſtituit numerum, tot elegit ſacros miniſtros, qui pro ducibus populo ſervirent. Clariſſimam hujus rei habemus figuram in libro Joſuæ, *c.* 3. *v.* 6. ubi dum populus Hebræus Jordanem tranſire debebat, mandatum fuit ſacerdotibus, ut illum præcederent, atque iter per aquarum vortices panderent: *Ait ad Sacerdotes, tollite arcam fœderis, & præcedite populum.* Sanctus Auguſtinus *Serm.* 36. *ad Fratres.* condecorat ipſos inſigni hoc elogio: *Negotiatores e rum, quæ Dei ſunt.* Quaſi diceret: Debent Eccleſiaſtici eſſe mercatores providi, debent eſſe intenti, non ut emant grana, procurent jumenta, equos permutent, aut divendant, cellas vino, dum bono pretio eſt, repleant, ut carius deinde divendant, harum, ſimiliumve rerum mercatores eſſe non debent,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bent, ſed animarum, quarum lucrum, quarum commodum, ac emolumentum, omni poſſibili modo procurare ſtudere debent. *Eorum, quæ DEI ſunt mercatores.* S. Carolus, *Act. Eccl. Med. fol. 345.* vocat illos interpretes, ac nuntios Dei: *Sacerdotes Dei interpretes & internuncii quidam ſunt*: Ut ſciamus, quod inſtar interpretum, per preces & orationes, à Deo ejus debeamus inveſtigare ac inquirere voluntatem, illamque deinde in pulpitis, & privatis colloquiis populo annunciare; *Divinæ voluntatis judices* vocat nos pariformiter S. Proſper, *Lib. 2. de Vit. contempl. cap. 1.* tanquam internuntii per obſecrationes noſtras, negotia terræ cum cœlo pertractamus.

Verum enim verò, ut in aliis vitam virtuoſam ac bene regulatam inſtillemus, & alios ad virtutem, ad probitatem provocemus, ſummè neceſſarium eſt, ut illos bono exemplo præcedamus. S. Bernardus in quadam ſua epiſtola ad vivum delineavit, & expreſſit verum Eccleſiaſticum: *Nihil ſuum quærat, ſed tantum Dei honorem, aut ſalutem proximorum, aut utrumque; hoc enim agens non ſolum implebit Pontificis officium, ſed & etymologiam nominis, pontem utique ſe ipſum*

ſ

*faciens inter Deum & proximum. Pertingit pons iſte uſque ad Deum ea fiducia, qua non ſuam, ſed illius gloriam quærit; pertingit uſque ad proximum ea pietate, qua & ipſi, non ſibi prodeſſe deſiderant.* 1. *cap.* 3. *v.* 2. Ex quibus, quis non videat, juxta mentem ac ſententiam Divi Bernardi, ſacerdotes non ſibi ſolis debere vivere, ſed potius ſaluti proximorum, ut illos exemplo ſuo, ſuaque inculpata vita ad DEUM deducant, ac quaſi indice viam monſtrent: idque tam neceſſarium eſt pro lucro animarum, ut Sanctus Ambroſius, ſcribens ſuper iſta D. Pauli verba ad Timotheum 1. *cap.* 3. *v.* 2. *Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe*, pro noſtra inſtructione dicat: *debet hujusmodi vitam habere immaculatã, atque compoſitam, ut omnes in illum, & in ejus vitam, velut in exemplar aliquod excellens, intueantur*: Si enim vita illorum ſit vitioſâ, quomodo auctores, quomodo duces poſſunt eſſe aliis, ad vitam virtuoſam? *Si ſal infatuatum fuerit, in quo ſalietur? Ad nihilum valet ultrà, niſi ut conculcetur ab hominibus*; placuitque Salvatori deſignare non eſſe cauſam aliam ob quam à Laicis derideamur, ac deſpiciamur, quam dum vident nos ſervire noſtris appetitibus praviſque deſide-

riis, ſe autem à nobis exhortari, ut virtu amplectantur; hocque idem de Eccleſiaſ ad Eugenium Papam ſcripſit S. Bernar *Lib. 4. de conſid. cap. 6.* *Aut cæteris honeſtiore fabula omnibus ſunt.* Verum, non ſolum cerdotes, ac Eccleſiaſticos irrident ſæcula ſi non videant bono ſibi ab illis præluceri præiri exemplo, aſt etiam occaſionem arripiunt, ſeſe ſuis in turpitudinibus, ac leribus magis confirmandi, ac ſtabiliendi primo ſuæ Prophetiæ capite plangit Iſ Propheta univerſalem Hebræiſmi, à cap uſque ad calcem, corruptelam: *A pla pedis, uſque ad verticem capitis, non eſt ine nitas*, rationem hujus reddit, quia, *omn put languidum, & omne cor mœrens.* Per figuratur ſacerdotium, prout explicat S. C rillus Alexandrinus, quia primum eſt, qu vivit ac movetur inter omnia noſtra me bra, ac ſenſus: ſi ergo ſacerdotes ſerviant varitiæ, ſi ſuperbiæ, libidini, hyprocryſi, n rumnè eſt alia membra, quæ ſunt popul langueſcere, infirmari, imo planè deficer Hæc deplorabat in Sacerdotibus veteris gis cum Iſaia S. Cyrillus; ſanctus autem A broſius in lege nova, novum planctum ſc bit de noſtris: *Qui caput videntur eſſe E cleſiæ, morbo ſuo fraternum vitiant corpus,*

ni

*nihil ex totius corporis compage inſauciatum poſſit evadere, quod negligentium ſacerdotum vitioſitas non infecerit.* Idem omnino ſentit S. Leo Papa: *Ep. 87. Totius familiæ Domini ſtatus, & ordo nutabit, ſi quod requiritur in corpore, non inveniatur in capite.* Juxta regulam hanc operemur, actionesque noſtras dirigamus, ne, dum populo cœlum reſerare ac aperire debemus, eidem illud occludamus. Concludo ergo cum ſancto Auguſtino: *Serm. 36. ad Frat. Nolite cœlum claudere; clauditis, dum vos malè vivere oſtenditis.*

## Caput Undecimum.

### *Ut Eccleſiaſtici per reprehenſionem vitia eradicent in aliis, neceſſaria eſt illis vita irreprehenſibilis.*

EO ipſo, quod deputati ſumus ad regimen animarum, debet unusquisque ſibi perſuadere, ſpectare ad ſe id, quod olim Prophetæ Jeremiæ edixerat Deus, *Cap. 1. v. 10. Ecce, conſtitui te, ut evellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes.* Conſtituti itaque ſumus, ac conſecrati, ut inter Fideles tollamus abuſus, evellamus vitiâ, ſcandala auferamus è medio per prædicationem Evangelicam ac per correctionem, ac le-

gi-

gibus charitatis moderatam reprehen-
nem, plantemus virtutes, bonorumque
rum ſpargamus ſemina, ſurculos inſera
juſtitiæ, ac perfectionis Chriſtianæ; hæc
eſt obligatio illa, cujus memorem redd
Clerum ſuum S. Carolus: *Qui anima*
*curam gerunt, quos in vitiorum fæce verſa*
*nimadverterint, cautè, & ſapienter ſtude*
*vitiis deterrere, & ad virtutem cohortari*
*demq; in ſcelerum gurgite laborantibus*
*ferre verbis, conſiliis, exemplis.* Act. Eccl. Me
*pag.* 274. Servi illi magni illius Patrisfamil
cujus mentionem facit S. Matthæus cap.
decimo, innuunt miniſtris Evangelicis,
zelo, quanto animo, ac generoſitate ſeſe
beant accingere, ad morum perverſorum
Eccleſia, cujus ſunt operarii, ſuccreſcentia
tirpandum zizania; noverant illi, in agro
mini ſui de nocte fuiſſe injectum ſemen p
mum ſuper frumentum optimum, hinc
nes ſeſe promptiſſimos, ac paratos offerunt
eant ad evellenda, ac eradicanda mala
iſta: *Vis, imus, & colligimus ea?* *Matth.* 13.
Inter plurima myſteria, cur in unum co
gantur manipuli, hoc unum aptè ad prop
tum noſtrum aſſignatur ab Hugone Cardi
le: *in cap. 2. Apocal.* *Datur manipulus ad ſig*
*ficandum, quod ipſe, & à ſe, & ab aliis de*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*abſtergere ſordes peccatorum* : Idem eſt, ac ſi diceret : Debent miniſtri ſacri omni poſſibili modo abſtergere, ac mundare in ſe omnes maculas illas, quibus, quocumque modo, ex eorum defectibus inquinari aut fœdari poſſit Eccleſia , pro cujus puritate ac munditia tam zeloſum ſeſe exhibuit Chriſtus , ut de ipſo ſcribat S. Paulus Apoſtolus , quod propriis eam laverit manibus, ut tota munda, tota pulchra objiceretur oculis ſuis : *Eph. 5. v. 26. Chriſtus dilexit Eccleſiam, ut illam ſanctificaret, mundans lavacro aquæ in verbo vitæ, ut exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid hujusmodi, ſed ut ſit ſancta & immaculata* : Illudque ſumma cum vigilantia ac induſtria procurare debent Eccleſiaſtici, inquit S. Ambroſius, *in Pſ.* 118. *oct.* 18. cum in illum finem illis commiſſa eorumque fidei, ac cuſtodiæ tradita ſit electa ſponſa iſta, pro qua ſancto quodam zelo debent armari, ac intrepidum ſemper habere animum : *Zelum debet habere ſacerdos, qui incorruptam ſervare ſtudet Eccleſiæ caſtitatem, & ideo Princeps ſacerdotum dicit : Zelus domus tuæ comedit me.*

Omnino neceſſarius eſt in pectore Sacerdotis zelus ille, quo ſancta Eccleſia, vinea illa electa Domini Sabahot à noxiis malorum abu-

abuſuum ſtirpibus, ac vitiorum vepribu purgetur, nosque interim tanquam indu vineæ cultores, ſemper promptum, ac ad num habere debemus cultrũ correctioni reprehenſionis, quo quidquid male pullu quidquid inordinatè erumpit tempeſt præcidamus, ac amputemus: *Abjicien prorſus* (inquit generoſo cum zelo, Ep. 76. Pontificia digno Magnus Leo) *peſtifera à ſacerdotali vigore patientia eſt, quæ ſibi peccatis aliorum parcendo, non parcit.* Ut tem corda noſtra efficacius moneat, ac qu dammodo impetu facto concutiat, ut rei jus neceſſitatem fortius illis imprimat, fu ſtum ac tragicum Heli ſummi Sacerdo Sanctus ille producit exemplum, qui d ſeverè, prout debebat, corrigere neglexit crilegos filios ſuos, tali repentina puni fuit morte, ut & poſteris dubiam reliquer ſuam ſalutem, & in pœnam ſtirpem ſu ſummo ſacerdotio privaverit: *Filiorum ſu rum delicta tollerando, cum ipſis Divinæ juſ tiæ ſententiam meruit experiri, quia ſegni dulgentia diſſimulavit plectere peccatores.* contra Phinees, quia contempti ſupremi N minis fortiter zelavit honorem, ab eode ſummi Sacerdotii gradu meruit in recom penſam decorari, voluitque per hoc univer

ſi

ſo mundo palam facere, ad Sacerdotes, miniſtros ſuos ſpectare removere ac avertere offenſas Dei, omnique poſſibili modo defendere ac promovere ea, quæ gloriam ipſius ac honorem concernunt, in ſimul quoque inſinuare, quod ii qui in hoc deficiunt puniantur, illi autem qui ſtrenuè id exequuntur, præmientur: *Phinees Pater noſter zelando zelum Dei, accepit ſacerdotium Regni æterni.* *1. Machab. c. 54.* Hac in cauſa dignum ſancto quodam exardeſcere odio, ac cum Pſalmiſta dicere, *vidi prævaricantes, & tabeſcebam*, nec poteſt exprimi quam hoc ipſum Deo gratum ſit: *Pia eſt iſta triſtitia* (inquit S. Auguſtinus in ſua Epiſtola 148) *& ſi dici poteſt beata miſeria vitiis alienis tribulari, non implicari, mœrere, non hærere, dolore contrahi, non attrahi; hæc eſt perſecutio quam patiuntur omnes, qui piè volunt in Chriſto vivere*, quales ſunt omnes ii, qui ſuo in ſtatu ac vocatione, nihil aliud curant quam pietatem ac religionem. Charitas (prouti alibi diximus) ſpecialis nota eſt ſtatus ſacerdotalis, ac proinde indicium certum amoris erga Chriſtum; aſt ſi illum verè habeant, neceſsè eſt, ut etiam zelum pro ipſo demonſtrent, ſiquidem, ut bene notat S. Auguſtinus, *idem cap. 6. & cap. 13. Con. Ad im. Qui non zelat, non amat.* Sæculi iſtius homines

(prout ſat ſuperque experientia docet) ſi
deant ſocium, amicum, & à fortiori cog
tos aut parentes offendi, aut aliqua affici
juriâ, nec vitam curant nec facultates pr
lius defenſione, aſt omnia exponunt, nec
ſiſtunt donec illata injuria, aut reſarci
aut vindicetur. Et quis major amicus no
Chriſto? An non menſura amoris eſt
quod quis patitur pro objecto amato? *M*
*jorem charitatem nemo habet, quam ut*
*mam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.* Ioan
*v.* 13. Tantus fuit erga nos amor Chriſti, u
vitam, & ſeipſum pro nobis tradiderit, *tra*
*dit ſemetipſum pro nobis*: Atque ultra h
dum in cœnaculo Sion dignatus fuit Apo
lis conferre ſacros ordines, hæc illis, &
mnibus nobis, eorum ſucceſſoribus, edi
*vos autem dixi amicos*, prout legimus in
vangelio ſancti Joannis *cap.* 15. *v.* 15. Conju
cti ergo ſumus cum Chriſto, non ſolum a
citiæ, ſed etiam conſanguinitatis vinculo
ipſo, quo nos corporis ac ſanguinis ſui eff
participes: *Qui manducat meam carnem*
*bibit meum ſanguinem, in me manet, & eg*
*eo. Ioan.* 6. *v.* 55. Jam verò, ſi nos videamus
foro, in domibus, in Eccleſia, per vitia, ab
ſus, malos mores, peccata ac ſcelera, con
nuo lædi, peſſimè tractari, ac conculcari h

nore

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

norem ac reſpectum ipſius , nonne merito
ſto zelo accendi ac armari debemus pro il-
lius manutenentia ac defenſione, dum in il-
um finem ſumus ordinati, ac bene proviſi ?
i injuriæ illatæ Deo in ruborem egerint, ac
erecundia perfuderint, Regem ſœcularem,
ilitem, ac conjugatum, quid nos, qui ſa-
ram gerimus characterem præſtabimus ?
*abeſcere me fecit zelus meus* (dicebat David
*al.*118. *v.*159.) *quia obliti ſunt verba tua inimi-
mei.*
Væ nobis, ſi improperio illi ſubjaceamus,
giſtrato apud Iſaiam Prophetam: *cap.* 56.
10. *Speculatores cæci, canes muti, non valen-
s latrare.* Hoc modo apud Ezechielem
*p.* 3. *v.* 27 prôteſtatur Deus: *Speculatorem de-
te domui Iſrael; ſi dicente me ad impium,
orte morieris, non annunciaveris ei, neque lo-
tus fueris, ut avertatur à vita ſua impia, &
vat, ipſe impius in impietate ſua morietur,
nguinem autem ejus de manu tua requiram:*
rba profectò, quæ merito terrorem incu-
nt cuivis Eccleſiaſtico; dum Deus ipſe
oteſtatur, ac edicit, nos reos futuros æter-
e damnationis omnium illarum animarum,
træ noſtræ commiſſarum, quas dum malè
verent, ſalubriter nō admonuimus, diſcre-
non correximus, & à præcipitio non re-

 traxi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

traximus. Hinc Albinus in ſua epiſtol
providè movet : *Nolite tacere, ne populi p*
*cata vobis imputentur; inquirit enim à vob*
*nimas Deus, quas regendas accepiſtis.* Et in
no Canone legimus : *Ioan. Papa* 8. *diſt.* 86.
*facientis. Patientia culpam procul dubio h*
*quæ quod poteſt corrigere , negligit emen*
Negligentia , vel ut melius ac ſuavius dic
patientia affectata, diſſimulatio, connive
quando nimis diu durat, nimis diu differ
reprehenſioné , fit fomentum ac nutrim
impietatis, nõ abſq; fundato periculo ac
tu occultioris alicujus infectionis: *Innoc*
83. *c. error. Negligere , cum poſſis deturba*
*verſos nihil aliud eſt quã fovere, nec caret*
*pulo ſocietatis occultæ , qui manifeſto fa*
*deſinit obviare*, quod eſt oraculum infal
Vaticani. Qui non aliter amat pacem, u
turbet pacem ac quietem , tranquillum
ſtatum ſuæ familiæ , diſſimulando defe
ac abuſus, differendo reprehenſiones, e
(ſi opus ſit) acres objurgationes , dum
ſervare pacem cum hominibus, rumpit
cum Deo; hoc ſuo in Paſtorali dicit ape
mè S. Gregorius : 3. *Par. Admon.* 23. *Ne*
*nimis humanam pacem deſiderant, prava*
*modum mores nequaquam redarguentes*
*ſentiendo perverſis , ab authoris ſe ſui pac*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*jungant.* Furtum Achan non erat tam enorme peccatum, quod impedivit Hebræis victoriam, tantamque in populo Iſraëlitico cauſavit ſtragem ac ruinam, quam nimia Sacerdotum indulgentia, prout obſervavit Origenes: *Hom. 5. in Ioſue. Uno peccante, ira Dei ſuper omnem populum venit; hoc quando accidit? Quando Sacerdotes qui populo præſunt, erga delinquentes benignì videri volunt, & verentur peccantium linguas, ne forte de iis mala loquantur. Sacerdotalis ſeveritatis immemores nolunt implere quod ſcriptum eſt, peccantem coram omnibus argue, ut cæteri timorem habeant.*

Ut autem noſter ille zelus fructuoſus ſit, ut grata ſit noſtra reprehenſio, neceſſaria in nobis eſt vita irreprehenſibilis. Si rerum ordo immutetur, & laici jubeantur vivere piè, modeſtè, ac religiosè more ſacerdotum, è contra hi corruptam, ac licentioſam, liberamque ducant ſæcularium vitam, totum negotium in ſtatum longè deteriorem reducitur, dum illis malis ſacerdotum exemplis, ſuis in vitiis foventur, confirmantur. *Factus eſt ſacerdos ſicut populus* (ita lamentatur Gilbertus Abbas *in append. ad ſerm. S. Bernardi.*) *Ut licentior populus, ſicut ſacerdos fiat; qui in mundo ſunt, errorem ſuum, no-*

*ſtrorum ſatis verſutè & nimis vere, tuentu emplo, mutuis ad vitia ſeſe aut informant, fovent exemplis.* Quem quæſo effect qualé vim aut energiam in corde delinqu tis habere poteſt reprehenſio hujuscem Sacerdotis? *Quomodo aliena corrigat, qu necdum deflevit?* Dicit S. Gregorius, *Li Ep. 51.* idemque innuit Hormisda Papa, infructuoſas eſſe reprehenſiones, ſi nostra non ſit absque culpa, ac irrepreh ſibilis: *Irreprehenſibiles eſſe convenit, præeſſe neceſſe eſt corrigendis, nec quicquam li deeſſe perſonæ, penes quam eſt religi ſumma & ſubſtantia diſciplinæ.* Addu rant ad Salvatorem noſtrum Hebræi ſa dotes, tam malignantes quam zelan mulierem adulteram, ut ab illo recipe decisam ſuper eam ſententiam lapidatio Quid autem in caſu hoc inopinato ac ſub decidit increata ſapientia? *Qui ſine pecc eſt, primus in eam lapidem mittat: Ioan. 8. v* Juſta ſententia, dicit S. Ambroſius: *Lib. 9.* 76. ac increatâ veritate digniſſima: *Quid divinum, quam iſta ſententia eſt, ut peccata puniat, qui exors peccati ſit?* Idem alio loco cum ſimilitudine valde appo ta repetit, quamque facile percipient ii, quo rum intereſt: Quis in cœno fontem requ

rat

rat? *An idoneum putabo, qui mihi det conſilium, qui non dat ſibi?* Lib. 2. offic. cap. 1. Et Divus Bernardus *ad Gill. L. Abb. cap. 20. Apolog.* demonſtat, quod ſi ſuſpectus de aliquo vitio, illud ipſum reprehendat, admonitionis aut reprehenſionis non debeat exſpectare fructum aut emolumentum. *Nemo fidenter reprehendat, in quo ſe eſſe irreprehenſibilem non confidit; ſiquidem humanitatis eſt* (nunquid hæc urgens ratio?) *omnium, in quo ſibi quisque indulget, aliis non vehementer iraſci.*

## Caput Duodecimum.

*Sacri Miniſtri, Sancti denominationem ſortiuntur, ac Eccleſiæ oculi nuncupantur, ſub qua metaphora variæ adducuntur virtutes vocationem noſtram concernentes.*

UT ad vivum exprimatur ſpiritus, ac perfectio debita Clero, ſolent illum aſſimilare Sancti Oculo, quæ & purior, & delicatior pars eſt corporis humani, fundantes ſe fortaſſis ſuper illa Salvatoris noſtri verba: Luca. 11 v. 34. *Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit; ſi autem nequam*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*quam fuerit, etiam corpus tuum tenebr[o]* *erit:* Si Clerus ſit absque diſciplina, ſi li[cen]tioſe, ac extra debitum ac honeſtum v[ivat] liberius, conſequentia infallibilis eſt, [ta]lem quoque futurum populum: plena v[oce] id intonat os aureum *Chryſoſt. 38. in Matth.* [*Cum*] *videris populum indiſciplinatum, & in[reli]gioſum, ſine dubio cognoſce, quia in ſace[rdo]tibus culpa eſt.* Si vero è contrario in C[le]ro ſit vera virtus, experta probitas, merito ſperandum eſt, eandem apparitu[ram] in populo, ideoque ſupra citatus S. Chr[yſo]ſtomus omnem ſibi adpromittit religio[ſita]tem in populo, dummodo ea viſa fu[erit] præceſſeritque in Clero: *Si ſacerdotium [in]tegrum fuerit, tota Eccleſia floret.* Idem [cum] S. Hilarius *in Pſ. 138.* honorat Eccleſiaſti[cos] titulo oculi corporis myſtici Eccleſiæ: [*Sa*]*cerdotes Eccleſiæ oculi ſunt:* Conſentiunt [de] noſtra gloria ac decore in eodem titulo, c[um] S. Hilario, S. Iſidorus Peluſiota, *Lib. 2. Ep.* & D. Dionyſius Carthuſianus: *opuſ. de vit. [ſa]cerd. art. 13. n. 7.* At verò S. Carolus *Conc.* [*ad*] *Cler.* haud contentus præclaro adeo, tam[que] illuſtri elogio, ut adæquatum formaret ſac[er]dotii conceptum, in quadã ad Clerum ſu[um] habita concione, plus ultra progreſſus e[ſt in] laudem noſtram, dum ſacros miniſtros n[...]

ſolum appellat oculos Eccleſiæ, ſed etiam pupillam oculi ipſiusmet Dei: *Hi ſunt pupilla ipſa Dei oculorum.* Contenti tamen erimus cum titulo iſto, quo nos cohoneſtat S. Hilarius, *Act. Eccl. Mediol. pag.* 1167. ex quo ut fructum aliquem eliciamus, conſiderationes, ac reflexiones aliquas ſuper illum inſtituamus.

*Sacerdotes Eccleſiæ oculi ſunt.* Si oculorum inſtar collocati ſimus in loco ſublimiori Chriſtianiſmi, ut eidem luminis ac ducis inſtar ſerviamus, ſummè profectò, ſubtiliterque advertere debemus, quod ſicut oculus materialis, leviſſima punctura læditur, minimo pulvere, atomo fermè obfuſcatur, ac obtenebratur; eodem modo levis etiam culpa, defectus exiguus, ſæpius ſufficiens eſt, ut noſtram apud homines ſæculares minuat, ſi non plane perdat ac elevet exiſtimationem. Mirabilem propoſitionem, ſed veriſſimam, ſcribens de Eccleſiaſticis, poſteritati conſignavit, Author operis imperfecti: *Hom.* 10. *Si vel levia peccaverit, nihil illi proderit ſacerdotalis dignitas ejus.* Alba camiſia, qua induimur, candore ſuo indicat, miniſtros ſacros, ut dignè accedant ad altare, debere eſſe candidos moribus, integros vitâ: *Et veſtis uſque ad pedes deſcendens, quæ ſignificat candorem vitæ innocentis*, prout docet



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hugo Cardinalis; *in cap. 2. Apoc.* cumque c
dore illo & caput ipſum operiatur, & ad
des uſque protendatur, toti totaliter ab
debemus dealbari, ac candeſcere, *de pla*
*pedis, uſque ad verticem*, quod idem e
ſi diceret; ne minimam malæ ſuſpicioni
tomum, debere turbare, aut obfuſcare
ritatem, boni nominis alicujus Eccleſi
ci: *Ne in ullo fama noſtra vulnere ſerpa*
*ta ab occaſione ſuſpicio; unde non tantum*
*fides facti, ſed poſſibilitas eſt relegandamen*
*cii.* (Concluditque S. Athanaſius mag
ille Theologus, *Exhor. ad Mon.* in cujus
ſto hæc interpretando ſcribo) *Vita eſt*
*clara, de qua nihil licet falſitati.* Sanc
Hieronymus *Lib. 1. adverſ. Petil.* loquens
præſenti hac materia, innuit, vitam Sac
dotis debere eſſe tam puram, tam imma
latam, tam illibatam, ut ipſamet ocul
reproborum malignitas nihil cernere po
quod culparet, multo minus, calumnia
tur: *Ut etiam maledictis adverſariorum*
*reat, ut quibus doctrina diſplicet, plac*
*actio.* Atque hoc idem eſt quod Apoſtol
commendat Tito, dum illi hunc in mod
ſcribit: *In omnibus præbe teipſum exemplum b*
*norum operum, in doctrina, in integritate,*
*gravitate, verbum ſanum, irreprehenſibile; ut*

q

*qui ex adverſo eſt, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis*, ad Tit. 3. v. 7.

*Eccleſiæ oculi*: Quantumvis oculi noſtri obtutus ſuos ſupra ſterquilinia, aliasque fœtidas dimittant cloacas, ne minimas tamen inde contrahunt ſordes, nullum eis exinde adhæret inquinamentum. Tales omnino debent eſſe veri ſacerdotes, iisque proinde merito tribuitur titulus lucis: *Vos eſtis lux mundi*, lux etenim, uti & oculus, hac gaudet immunitate, illo pollet privilegio, ut non maculetur, nec quidquam de ſuo perdat candore, licet radiis ſuis latrinas penetret, locaque immundiſſima illuminet, ac perluſtret; volo dicere, quod licet in excipiendis confeſſionibus audiamus, quæcunque tandem inhoneſta, ex hujusmodi ſcientia nullatenus, nec per delectationem, multo minus conſenſum, maculare debeamus conſcientiæ noſtræ puritatem. In caſu ſimili imitari debemus qualitatem aquæ, materiam Sacroſancti lavacri Baptiſmatis, quæ licet & originalis, & actualis peccati abluat ſordes, ſemper tamen in ſua manet puritate, ſemper limpida eſt, ſemper munda; tritiſſima regula eſt: *Non nocet ſenſus, ubi non adeſt conſenſus.* Si in antiqua lege inficiebatur quis leprâ, morbi hujus judicium



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ac cenſura ad ſacerdotes deferebatur, n
ad alios; ad hos namque pertinebat inte
lam diſcernere, ac pro eadem infectis offe
ſacrificium: Credo, Deum noſtrum, p
poſteros per hoc docere, ac inſtruere vol
ſe, quod absque infectione noſtra, ad
vante ſpeciali ipſius gratia, lepram myſti
curare debeamus, atque illa infectos, ad
accedentes, ita ab illa mundare, ut noſ
inquinemur.

*Eccleſiæ oculi.* Oculus, ex materia
biliori eſt compoſitus, adſpicit reliqua
mnes corporis partes, coloris eſt cœle
ac ſcintillantis, ſitus etiam in e
nentiore vultûs parte, ex quibus omni
dignitas noſtræ vocationis, ſuper reliq
omnes, clarè deducitur: *Tales eſſe conve*
(inquit excellentiſſimè S. Auguſtinus, *de*
*Chriſt.) Dei cultores, graves, pruden*
*pios, irreprehenſibiles, immaculatos; ut q*
*quis viderit eos, ſtupeat, & admiretur, &*
*cat, hi homines ſunt Dei.* Ex quibus dedu
ac elicio, quod qui ſunt deſtinati ad ſacru
miniſterium, licet vivent cum hominibus
terra, cum ipſis tamen nihil debere habe
commune, ſed Angelorum inſtar debe
vivere in carne, quod evidenter affirmat S
Chryſoſtomus: *Lib. 3. de Sacer.* *Sic ſacerdo*

*omn*

*omnes judices eſſe volunt, ut nequaquam carne compoſito, ut humanam naturam non ſortito, verum Angelo, ut humanæ infirmitatis minime participi,* Quod idem eſt, ac ſi diceret, opus eſſe, ut ſacerdotes, ſpiritu, oratione, converſatione, loquela, habitu, modeſtia, & in reliquis cunctis ſuis actionibus, ſe totaliter diverſos, alios ac differentes oſtendant à ſœcularibus, & quamvis ex eadem concreti, ac formati ſint materiæ maſſa nihilominus exhibere ſe debent totos ſpirituales, & quaſi Angelos in mortali carne.

*Eccleſiæ oculi.* Totum corpus lumine ſuo illuſtrat oculus, illaque mediante luce, majorem acquirunt agilitatem membra reliqua in operando: *Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit.* Lucæ 11. v. 34. Ingenioſa eſt obſervatio Philippi Abbatis: *de Contin. Cler. c. 18.* *Nonnulli dici exiſtimant Clericum, quaſi clarum, à claritate, eo quod ſicut rutilat clarus præfulgidæ radio dignitatis, ſic etiam clarere debet, re, & nomine ſanctitatis.* Vult dicere, claritatem debere eſſe inſeparabilem, immo quodammodo connaturalem Sacerdotibus, ut illam diffundant in populum: atque hinc eſt, quod de veris Eccleſiaſticis dicat Apoſtolus; *Ad Philip. 2.* *Luceatis ut luminaria in mundo;* Ubi econtra-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rio de malis : *Per vos blaſphematur no*
*meum.*

*Eccleſiæ oculi.* Hominum artifex, i
rum oculos in ſublimi collocavit, ut c
lum intuerentur, non inſtar aliorum a
malium ad terram reclinatos, illoque
gnificare voluit, quod, *converſatio no*
*ſit in cœlis.* In celebri illa concione, quam
ultima cœna ad ſuos habuit Apoſtolos C
ſtus, poſtquam jam eſſent conſecrati, i
alia dixit: *De mundo non eſtis, ſed ego elegi*
*de mundo.* Ioan. 15. v. 19. Attendite, ac b
percipite, Apoſtoli mei, volebat dicere, qu
eo ipſo, quo eſtis modo conſecrati ſacerd
tes, nihil amplius habeatis agere cum m
do; ſed omnes veſtræ cogitationes, int
tiones, omniaque deſideria, ad cœlum f
ri, ac ſupra ſe tendere debent; hocque un
quisque ſcire, ac bene perpendere debet, ſ
mundi impedimentis fuiſſe expeditum in
ſtanti ſuæ ordinationis: *Exiſti ex Ægypto*
*vir, quid tibi, & operi lateritio reliquum ſup*
*eſt?* dicebat ſuis monachis S. Nilus, *Pag.*
*c. 35. opuſc.* digniſſimus Sancti Joannis Chry
ſtomi diſcipulus, nobisque optimè pot
applicari; etenim ſi ex ſingulari cœli favo
ac gratia, ſemel pedem noſtrum poſuerim
extra ſæculum, quid hoc aliud eſt, quam va

dix

dixiſſe Ægypto? Si ſemel ruperimus vincula, quibus ligati eramus in ſtricta ac miſera illa captivitate, quis error, quæ dementia eſt, ex bono loco redire velle ad antiquas ærumnas, ex loco libertatis repetere jugum, ac pedorem carceris? quod certe fit, dum poſtquam ſacris ſumus initiati, nos iterum immiſcemus, ac immergimus negotiis ſœcularibus: *Nemo militans Deo, implicat ſe negotiis ſœcularibus. 2. ad Timot. 2. v. 4.*

*Eccleſiæ oculi.* Si in ulla re, certe in oculi ſtructura admirabilem ſeſe exhibuit natura, utpote quam tali effinxit ſymmetria, ut neceſſariò quo ſe vertit unus, ſeſe etiam alter debeat convertere, ita ut dum unus cœlum reſpicit, ſurſumque ſeſe erigit, alter deprimi nequeat, terramque conſpicere. Eodem modo Eccleſiaſtici, tanquam toti, ac totaliter Deo conſecrati, illiusque cultui, non debent vertere unum oculum ad terrena, ſed ambos extollere ad cœlum, incompatibilis namque eſt in eodem loco Arca teſtamenti, cum idolo Dagon. Si forent Eccleſiaſtici omnes tales, qualis fuit Nepotianus, digniſſimus ſancti Hieronymi alumnus, *3. ad Heliod.* quis ſplendor luceret in Eccleſia, quanta munditiẽs, quantus ordo in altari, quanta modeſtia in ſacris miniſteriis?

Ju-

Juvenis ille ( prout de ipſo ſcribit S. Hi-
nymus ) equeſtribus deditus exercitiis,
longam reſiſtentiam factam Epiſco
Avunculo ſuo, tandem ſeſe reſolvit ad
tum clericalem. Adſcriptus militiæ
Eccleſiaſticæ, omnes ſuas mutavit cog
tiones, omnibusque aliis depoſitis cu
ſepultis quaſi præteritis affectibus ac deli
riis, tanquam mundo mortuus, totum
tradidit Deo. *Qui gemitus, qui ejula*
*quæ interdictio cibi, quæ fuga oculorum om*
*um?* Porro exercitia quibus ſe, jam fact
Eccleſiaſticus, occupavit, hæc ſunt: *E*
*ſollicitus, ſi niteret altare, ſi parietes abs*
*fuligine, ſi pavimenta terſa, ſi vela ſemper*
*oſtiis, non minus, non majus negligebat*
*cium: ubicumque eum quæreres, in Eccl*
*invenires; lectione aſſidua, & meditatn*
*diuturna, pectus ſuum fecerat Bibliotheca*
*Chriſti.* Qui hæc vidiſſet in Nepotian
poſtquam factus eſt Eccleſiaſticus, licet lync
us fuiſſet, ac *odorus ſupra canum vim*, an
vertere potuiſſet ipſum mundo addict
fuiſſe, aut amaſſe equeſtria, venationes,
quidquid eſt hujuscemodi? Hæc exemp
ſunt, quibus nos conformare debemus,
cum proportione perſonarum, eadem ip
imitari, ſucceſſores Eccleſiaſtici.

*Eccl*

*Eccleſiæ oculi*: Pro coronide tandem hujus capitis, digniſſimum obſervatione eſt, quod ſi in aliis corporis humani membris levis aliquis oriatur defectus, non ſtatim deformet hominem; aſt in oculo, vel punctum unicum, unica arenæ particula, minima macula ſufficit, ut illum deformet, turbet, plane deſtruat. Eadem ratio eſt in myſtico oculo corporis Eccleſiæ, in quo membrorum aliorum defectus ac errores, licet interdum graves ac pernicioſi, reſpectu, Eccleſiaſticorum, licet levium, ac venialium, tolerabiliores tamen ſunt, nec tantam inducunt devenuſtatem. Theodoretus ſuper illum Pſalmi 44. verſum: *Vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis*, ſcribit: *Sacerdotum ordo, veluti facies quadam eſt Eccleſiæ, tanquam majori Spiritus dignitate exornatus.* Quod ſi ergo per defectum aliquem naturalem deformetur facies, quanto magis, citiusque oculus, membrum & nobilius, & delicatius? *Si nequam fuerit oculus, totum corpus tenebroſum erit*: *Lucæ* 11. *v*. 34. Hancque excellentiam dum conſiderat S. Leo ſummus Pontifex, ſeriò admonet omnes Eccleſiaſticos, atque hac tam ſalubri inſtruit lectione *Ep*. 74. *cap*. 3. *Sacerdotum tam excellens electio eſt, ut hæc, quæ in aliis mem-*

*membris non vocantur ad culpam, in illi[...] men habeantur illicita.*

## Caput Decimum Tertium.

### *De Spiritu, ac perfectione, neceſ-ſaria Clerico.*

SAncta Mater Eccleſia, à Spiritu ſa[...] directa, in offertorio Miſſæ de ſacratiſſi[...] Euchariſtiæ Sacramento, vitæ puritatem[...] innocentiam commendat Sacerdotibus, [...] bis ex capite 21. *v.* 6. Levitici deſumptis: [...] *cerdotes Domini incenſum & panes offer[...] Deo, & ideo ſancti erunt Deo ſuo, & non [...] luent nomen ejus.* Erant veteris legis ſac[...] dotes deſtinati, ad decorianda pecora, o[...] ac boves &c. vel ad offerendum incenſu[...] & nihilominus prætendit ab illis DEUS [...] traordinariam vitæ ſanctimoniam; non[...] ergo multo amplior requireturin iis, qui [...] dinati ſunt, ac conſtituti, non ad tract[...] das viles taurorum, aut vitulorum carn[...] ſed ad palpandum, ac offerendum ipſum [...] unigenitum, Altiſſimi Filium? Ego pro[...] (confitetur de ſeipſo Nazianzenus *Orat.*[...] non auſus ſum me intromittere ac ingere[...] ſacris illis miniſteriis, manibusque meis co[...] tingere, ac attrectare incruentum illud [...]

cri[...]

crificium, niſi prius per opera ſancta me conſecraſſem, ac ad illud diſpoſuiſſem; quod idem eſt, ac ſi diceret, niſi prius in me advertiſſem aliquem vitæ irreprehenſibilis tenorem: *Quomodo mihi ſacerdotis ſpeciem & nomen vindicaſſem, priusquam operibus ſanctis manus meas conſecraſſem?*

Non credunt Clerici, quod eo ipſo, quo tanquam intimi miniſtri aſcendunt ad altare, ſe ſtrictiſſimè obligari ad vitæ ſingularem probitatem, ac innocentiam; meminit enim hujus S. Auguſtinus, *Serm. 43. de diver. cap. 4.* dicitque, quod eo ipſo momento, quo ab Epiſcopo ordinantur, duo eidem adpromittant: *Clericus duas res profeſſus eſt, ſanctitatem & clericatum, interius ſanctitatem:* Ut ſciat, inquit Hugo à S. Victore *in cap. 2. Apoc.* quicunque adſcribi cupit militiæ Eccleſiaſticæ, ſe totaliter debere reſignare cunctis mundi impedimentis, ſeque totum convertere ad Deum, ac illi jugiter inhærere: *ſummitatem capitis in modum coronæ radimus, ut mentem, quæ noſtrum ſuperius eſt, ad ſuperna contemplanda & deſideranda liberam habere doceamur.* Ipſum ſuperpelliceum, familiare Clericis, per albedinem ſuam ac candorem, inquit S. Carolus, *Conc. Med. 6. p. 7. tit. quæ ad Divin.* admonet ipſos qua mo-

morum puritate debeant veſtiri, quâver innocentia debeat pollere is qui inter C ricos cupit annumerari: *Cum ſuperpellicea qui amictus ex tela linea candida conſtat, duit Clericus, cogitet, quam perſonam ſuſt at, nempe à ſordibus labeque puram, q veſtitus ille indicat:* ita ut quoties conſc tiam ſuam crimine aliquo, aut macula r rit inquinatam, toties illi veſtis hæc obji ac improperet idipſum. Servit ad hæc ſi litudo quædam pulchra ac appoſita, q adfert Auctor operis imperfecti. *Hom.* Ut exſtruatur Eccleſiæ alicujus frontiſp um, certum eſt, quod lapides anterio qui omnes ſub aſpectum cadunt, prius beant poliri, ac aptari pro locis ſibi d tatis, alioquin non eſſent pro ornam aſt ſua inepta ac inordinata groſſitie int tium offenderent oculos, cujus contra eſt in iis ſaxis, quæ ſub obtutum non v unt; eodem plane modo diſcurrendum e Clericis: *Forani lapides nullum haber bent nodum, aut angulum, qui ſi ſic fu totum ædificium deturpant: Sic & Cleric lam debent habere maculam, quia ipſi ſunt chritudo Eccleſiæ.* Hinc S. Carolus *Act.* *Mediol. pag.* 548. qui omni poſſibili modo maque induſtria nitebatur non ſolum

cire decorem domus Dei, quam unice dilige-bat, verum etiam promovere ac augere pul-chritudinem, ac ſplendorem Eccleſiæ, magno cum ſpiritu mandavit, ac inculcavit filiorum genitoribus, ut quas proles ſeu filios inten-derent applicare, ac impendere militiæ, Clericali, ut illos optima, ac ſolertiſſima cura ſtuderent enutrire, illoſque ſolùm de-ſtinarent ad ordines ſacros ſuſcipiendos, in quibus eluceret melior indoles futuræ pro-bitatis, quosque aptiores judicarent ad cultum Divinum promovendum: nec imi-tarentur parentes illos malè feriatos, pejus autem & ſibi, ſuisque prolibus conſulentes, qui ut familias ſuas deonerent, illos Deo of-ferunt filios, conſecrantque, quos inha-biliores, ineptiores, ac defectuoſiores ju-dicant, in hoc ſanè puncto ipſo Caino pejo-res: *Parentes filios ſacræ militiæ oblatos, reli-gioſe erudiant, meliores, & aptiores miniſte-rio Dei èligant, & quorum indoles præ ſe ferat ſpem virtutum, & diſciplinæ ſanctiſſimæ cle-ricalis.* Et ſi in hoc tam notabili puncto non advigiletur, ſed admittantur ad ordines ſa-cros, quicunque advenientes ſive bonis præ-diti ſint moribus, ſive malis, ſive docti ſint, ſive indocti, habiles aut inhabiles, non ædi-ficabitur certè, aſt deſtruetur Eccleſia, prout

opti-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

optimè, & acutè advertit S. Hieronym *in cap. 2. ad. Tit. Vehementer Eccleſiam deſtruit, meliores laicos eſſe, quam ricos.*

Jam verò, ſi tanta pietas, tantus ſpiritus quiratur in Clericis, qui, ut ita dicam, ſunt lum lapides exteriores, minusque reſpiciu turà S. Eccleſia, quales ergo debent miniſtri ſacri, qui ſunt lapides ſanctuar S. Ignatius Martyr, *Ep. ad frat. Pont. Dom.* d mentionem fecit Diaconorum, ſcribit quadam epiſtola: *Diaconi imitatores Ang licarum virtutum, quæ purum, & incul tum exhibent miniſterium*: hocque ipſum i ſinuatur illis ab Epiſcopo in eorum ordin tione: *Gratiâ ſanctificationis eluceant, abu det in eis totius forma virtutis, auctorit modeſta, pudor conſtans, innocentiæ purita & ſpiritualis obſervantia diſciplinæ.* Amplio ra autem, ac excellentiora requiruntur Sacerdote, prout innuit S. Iſidorus Peluſio ta *L. 2. Ep. 205. Tantum inter ſacerdotem, quemlibet probum intereſſe debet, quantum inter cœlum & terram diſcriminis eſt.* Iden eſt, ac ſi diceret, ne quidem ſæcularium pro ba vita æqua menſura eſt, debitave regul morum ſacerdotalium: hi namque (ſacer dotes) absque ulla comparatione perſona-

rum, gradus ac conditionis inæqualis eos debent tranſcendere: foretque dedecori in alta ac eminente dignitate conſtituto, ſimilem tantum eſſe inferiori, nec tantum excellere virtute, quantum gradu: obſervavit jam olim hoc Auctor operis imperfecti, dum ita ſcribit, atque *à minori ad majus* argumentatur: *Hom.* 40. *Quomodo non ſit confuſio eſſe illos inferiores laicis, quos etiam æquales eſſe, confuſio eſt?* Et ut verum dicam, optime dixit S. Carolus, *Act. Eccl. Mediol. pag.* 1062. hicque valde opportunè venit; parum referre quod clerici in habitu, ac veſtitu differant à laicis, niſi etiam diſtincti ſint vita & moribus, eſtque nobis confuſioni omnis noſtra exterior dignitatis oſtentatio, ac ſupra laicos eminentia, ſi virtute ac probitate multis illorum ſimus inferiores; ita ſentit, & veriſſimè, S. Carolus. Correſpondet, quaſi per Echo, huic S. Archiepiſcopo Petrus Bleſenſis, *Serm.* 12. idemque plane clero improperat, dum ſuper illa Iſaiæ verba commentatur: *Erubeſce Sidon, ait mare. Erubeſcant ſacerdotes, ſi ſacratioris vitæ inveniantur laici, qui hujus mundi fluctibus ſunt immerſi.* Certum eſt, quod ſi ea commoda, ea media, tales ſtimulos, ac motiva urgentia ad manum haberent

laici,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

laici, iisque ſuppeditarentur ac liceret, multo nobis ſanctiores evaderent plure illis: Patent nobis ſacræ ſcripturæ, Sanctorum Patrum, tot ſpirituales ac aſc ci, & ad pietatem excitantes codices, quos giter pervolvere deberemus; habemus nones, concilia, Bullas Pontificum; Th logiam moralem ac Scholaſticam, con natores Evangelicos, ipſimet prædicam oramus, celebramus, quotidie ſacram ta adminiſtramus, tot horis in choro, oratorio, in Eccleſia degimus ad divina ſolvenda officia, & nonne hæc omnia m efficaciſſima ſunt ad inſignem in virtut ac vitæ probitate faciendum progreſſ ad urgendum nos, ut de bono in melius de meliori in optimum proficiamus? I Rex ille idololatra, ac gentilis Atalari Gothorum Dominus, prout refert Caſſ dorus, *Lib. Variar. Ep. 24.* non ſine rati vitam Eccleſiaſticam, cœleſtem appell *Profeſſio Clericorum vita cœleſtis eſt*, ſemper occupata eſt in vitæ æternæ vir ſis exercitiis. S. Bernardus *Serm. de trib.* accommoda omnino ſimilitudine, no vocationis non ſolum prærogativam, etiam neceſſitatem declarat, qua obſtri

mur & obligamur ad majorem, ſuper reliquos omnes, virtutem ac perfectionem, magisque exemplarem vitam: *Sicut pretio ſam veſtem exigua quævis macula turpius decolorat, ita à nobis multo magis exigitur juſtitia, cum in aliis nevus, in nobis ſit gravis culpa*: ſcribens autem ad Eugenium Papam ſuum quondam alumnum, tritam illam ei inculcat paræmiam, ac præcedentia confirmat: *idem lib. 2. de conſid. c. 13. Inter ſæculares nugæ, nugæ ſunt, in ore Sacerdotum blaſphemiæ.* Quæ Sancti verba, quantam non exigunt circumſpectionem in moribus noſtris, quantam in loquendo cautelam, quam eximiam ac pœnitentem in vita puritatem, dum levia illa, ac jocoſa in oribus noſtris, tam grandia peccata ſunt, dum ſunt blaſphemiæ.

Totus habitus ſacer, quo induimur, exterius exprimit interiorem veſtitũ virtuoſum, quo debemus eſſe adornati: opus non eſt, ut hæc à me in particulari cuncta referantur, cum illa Hugo Cardinalis *in cap. 2. Apoc.* enucleatè, ac punctuatim explicet, ac incipiendo à ligulis amictûs, aliisque, quibus nos in forma Crucis præcinximus in pectore, *ſignificatur, quod ipſe habet* (loquitur de Sacerdote)



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Sanctimoniam cordis, quæ eſt ſincera fide*
*cis Chriſti; per amictum enim ſignificatur*
*quæ videt in velamine, ſicut amictus ve*
*put. Per ligulas deſcendentes, quibus cin*
*deſignatur ſinceritas, & integritas, quæ*
*duobus, ſcilicet de humanitate Chriſti,*
*vinitate; item alio cingulo cingitur ſuper*
*quo colligitur alba, & reſtringitur,*
*cingitur, ne defluat, per hoc ſignificatur*
*tas corporis, quæ debet reſtringi cingulo*
*tentiæ, ne defluat per delicias, & ineptas*
*ptates.* Ulterius pergens, ac loquens de
illius etiam appoſitam refert explicatio
*Sacerdos Evangelicus induitur caſulâ,*
*modicum habet foramen in medio, per*
*caput egreditur cum amictu, ex omni*
*parte eſt rotunda, & ſignificat æternorum*
*templationem.*

Notent ex pulchris hiſce explicatio
Eccleſiaſtici, quantam ſibi imponant
gationem, dum ſacris illis ſeſe induunt
mentis. Adjungit prælibatis ritum
noſtrum toties lavandi manus, per
ctum ſignificatur, nos debere eſſe
mundos, totaliter puros; unde etiam
dem manuum ablutione verba illa Pſalm
proferimus; *Lavabo inter innocentes m*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*meas, & circumdabo altare tuum Domine.* *Pſal. 25. v.* 6. Quin & ipſi quoq; veteris Moſaicæ legis ſacerdotes, dum intrare debebant ad Tabernaculum, & accedere ad altare, lavare non ſolum manus, ſed & pedes jubebantur, prout ſatis rigidè illis præcipitur Exodi cap. [illegible]. & tamen, prout dicebam in principio hujus capitis, nihil aliud habebant agere, quam tractare animalium carnes, incenſum offerre, ac panes diſponere, & obſervare: Verùm, totum illud figura quædam erat, ac prænotatio munditiei ſummæ, qua pollere deberent in nova gratiæ lege manus noſtræ ſacerdotales, qui tractamus ac diſpenſamus ſacratiſſimum Agni immaculati corpus, quod ſæpius, noſtris cum precibus elevamus in altum, verſus cœlum, ad implorandam divinam miſericordiam, ſimul & ejuſdem ſingularem gratiam, pro eo quod ſimus inſtrumenta tantæ benedictionis, quod ſacramenta adminiſtremus, quod nos ita exaltaverit, ut abſolutionem ſacramentalem conferre poſſemus: Ideoque antequam ſacerdos canonem recitare incipiat, antequam ſacram attingat hoſtiam, ordinavit ſacra Eccleſia, ut prius digitorum abluat ſummitates, ut ſciamus, quod ab omni, etiam leviſ-

ſimo, non ſolum defectu, ſed & nævo
ra debeat eſſe anima iſta, quæ ad ſacru
tremendum illud accedit Altare: *E*
*ad ſacramenta cœleſtia conficienda proce*
(inquit Areopagita, Cap. 3. Eccl. Hierar.
*oportet eſſe munditiâ, ut ipſas quoque a*
*extremas imagines purgatas habeant,*
*que ad reverenda myſteria, quantum fa*
*ſimilitudine puritatis accedere.* Et ut
cludam totum duobus verbis Sancti
broſii, *Lib.* 1. *offic. vet.* ita debent viven
cleſiaſtici, ut etiam, inter diſſoluti
laicorum ac ſœcularium mores, in illi
ta debeat apparere modeſtia, ac con
nentia, qua facto demonſtrent
ac opere, quod ſint: *Ca-*
*ſtra Sanctitatis.*

# VERI ECCLESIASTICI LIBRI SECUNDI

## Caput Primum.

*Sacrorum Ordinum ſuſceptioni præmittenda eſt ſeria miniſterii Eccleſiaſtici conſideratio, oportetque Epiſcopos accurate attendere, ut ad munus illud non promoveantur, niſi digni ac capaces.*

MYſteriis plena eſt proteſtatio illa, quam Sacerdos æternus ſuis fecit Apoſtolis eodem puncto temporis, quo illos ordinaverat ſacerdotes: *Ioan. 13. v. 12. Scitis, quid fecerim vobis?* Volens in perſonis illorum nobis inculcare ſpecialiſſimè, ut ſeriam omnino reflexionem faceremus ſublimis illius conditionis ac ſtatus, ad quem ſacrorum Ordinum, ac functionis Eccleſiaſticæ ſuſce-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ptione, ſublimamur. Ex defectu hujus
modi conſiderationis, non ſolum illi qui p
moti ſunt, ſed ii qui indies quodammod
ſacros promoventur Ordines, cont
Clerum pluribus ineptis ſuperimpleri m
ſtris, cum damno irreparabili Chriſtian
tis: hocque ipſum eſt, quod ſuis temp
bus inconſolabiter deflebat S. Gregor
*Hom. 27. in Evang.* noſtro autem ævo de
randum amplius: *Sine gravi mœrore*
*non poſſumus; ecce mundus, ſacerdotibus*
*nus eſt, ſed tamen in meſſe Dei rarus inv*
*tur operator, quia officium quidem ſacerd*
*le ſuſcepimus, ſed opus officii non imple*
De eodem puncto hoc lamentabatur E
bius, dum moreretur S. Hieronymus,
bens S. Damaſo Papæ: *Ecce mundus*
*que fervet Sacerdotibus, & tamen tam ſun*
*riſſimi ſacerdotes, quod vix de centum u*
*reperiatur bonus.* Tanti auté præjudicii ac
mni cauſa, niſi me mea fallat opinio, vide
mihi deſignata ac inſinuata à S. Hierony
in epiſtola *Epiſt. 2. ad Nepot.* ad Nepotian
quod nimirum major habeatur cura in ex
riori templorum ornamento, quam in b
norum, ac in virtuoſorum miniſtrorum
lectu: *Multi ædificant parietes, & colum*
*Eccleſiæ ſubſtruunt, marmora nitent,*

*ſplen*

*ſplendent laquearia, gemmis altare diſtinguitur, & miniſtrorum Chriſti nulla eſt electio.* Turmatim quæſo curritur ad recipiendos ſacros Ordines (conqueritur ſua è Clarevallenſi Solitudine S. Bernardus *de Converſ. ad Cler. c. 29.*) ſummaque cum facilitate in Clerum adoptantur, qui ſe ſiſtunt, ſubduntque ſcapulas ulla abſque conſideratione oneri tanto, quod etiam Angelicis humeris eſt formidabile: *Curritur paſſim ad ſacros Ordines, & reverenda ipſis quoq; Angelicis ſpiritibus miniſteria homines apprehendunt, ſine reverentia, ſine conſideratione.* Hæc petra ſcandali ac offenſionis eſt, hæc cauſa ruinæ plurimorum: *Sine conſideratione*: non librant pondere ſanctuarii, quale onus ſit, quanta obligatio ſacerdotii, nihil aliud penſant aut conſiderant, quam ut pro humano commodo, aut temporali emolumento, ad locum tam ſublimem aſcendant, non ut pro cultu divino, illiusque amplificanda gloria ac majeſtate, ad debitam ſtatui aſpirent perfectionem ac pietatem. Ideo idem ille Sanctus in libris de Conſideratione, Papæ Eugenio, ſuo quondam diſcipulo inſcriptis, *l. 2. c. 16.* accurate monet, ut omnes qui in album Clericorum referri vellent, magna cum reflexione, ac mentis induſtria perpenderent, quali

ſeſe ſubderent miniſterio, an vires ſuffici-
tes; an talenta, competentia, an ſcienti
congruentem tali officio habeant, hæc
mnia dico, juxta Salvatoris monitum, p
denter apud ſe pertractent, ac evolvant,
ſtatim ex proprio motu aut capricio ad
tam arduum ſeſe accingant, ac functi
adeo momentoſæ ingerant: *Ante juxta*
*ſilium Salvatoris ſediſſe debuit, ante æſtim*
*opus, metiri vires, ponderaſſe ſapientiam,*
*rita comparaſſe, ſumptus computaſſe virtu*
Quis ampliorem ſanctitatis theſaurũ, ac
niorem ſpiritus habuit unctionem Franc
illo Seraphico? Et tamen quia conſidera
ac intimè penetrabat ſummam Sacerdo
miniſterii eminentiam, nunquam vo
tam excelſum conſcendere gradum: Et S.
jetanus, per Cleri reformationem, tam
ne de Eccleſia meritus, recurrente anni
ſario ſuæ ordinationis die, ac in quo p
mam ſuam celebraverat miſſam, inge
ſcendo dicere ſolebat: *Hodie tot anni ſu*
*à quibus ego commiſi actum tantæ ſuperb*
*ac præſumptionis.* Mihi ſane videtur, (p
ut etiam ſentit in hac materia S. Ambro
ſcribens de Dignitate Sacerdotali *Cap. 2.*)
ante omnia, quicumque gradum tam ſub
mem cogitat conſcendere, matura præ

co

conſideratione, ac profunda meditatione bene perpendat, quid ſit Sacerdotium, quam ſtrictæ illius obligationes, quantam requirat morum continentiam ac vitæ ſanctitatem, fuſiſque deinde iteratis ad Deum precibus, & ab ipſo ſingulari petito lumine, ſi ſeſe capacem ac idoneum judicet, bono animo demum miniſterium accipiat: *Dignum eſt, ut dignitas ſacerdotalis prius cognoſcatur à nobis, deinde ſervetur à nobis.* Hanc ob cauſam, inter alia, à Felicis memoriæ Alexandro ſeptimo Pontifice Romano, in Eccleſiam collata beneficia, haud poſtremum eſt, quod tam Romæ, quam in ſex aliis Epiſcopatibus ſuffraganeis ſtrictiſſimè mandaverit, ut quicunque ad Sacros Ordines averent promoveri, indiſpenſabiliter, per tempus ordinatum præmittere deberent, ac exactè ſervare exercitia ſpiritualia, *ut dignitas Sacerdotalis prius cognoſcatur.* Idem hoc ſaluberrimum decretum, per litteras circulares, ad omnes Italiæ Epiſcopatus extendit Sanctiſſimus Dominus Innocentius undecimus, ſummus Pontifex; in eumque finem pius, ac devotus Illuſtriſſimi Domini, Matthæi Petrucci, Epiſcopi Jeſi, calamus, non ſpernendo volumine, copioſam meditandi ſubminiſtravit materiam iis, qui ad ſa-

ſacros aſpirarent Ordines , ex qua cong
intelligerent, ac meditando penetraren
quæ tali functioni ſunt annexa, quæque
incumbunt obſervanda. Ad rem faci p
ſentem, id quod S. Theodorus Studita
nuit Nicephorum Imperatorem , ipſum
electione Epiſcoporum informando,
quibus qualitatibus perſona hujuscemo
antequam tam ſublimem conſcenderet g
dum, prædita eſſe, quove modo illum c
tingere deberet, inſtrueret, inquit, m
talis , *Qui gradu, atque ordine ab infer*
*ſenſim ad ſuperiorem aſcendit.* Ut verum
tear, rectiſſime obſervavit Nazianz
*Orat* 21. deformitatem illam, quæ commi
tur in enormi ſaltu aliquo , in quo unius
curſu diei tranſitur, ex vita aliqua malè
dinata, peſſimè traducta, ex negotiis pl
prophanis , absque ulla media , præviaq
diſpoſitione , ad tam ſacroſanctas functi
nes , ad ſubeunda ac tractanda myſte
tam tremenda : *Heri Sacrilegi , hodie S*
*cerdotes, heri prophani, hodie ſacrorum A*
*tiſtites : veteres vitio , pietate rudes, & n*
*centes; qui denique plura pro ſuis , quam, p*
*populi ignorantiis ſacrificia debeant.* Ho
ipſum eſt, invertere bene conſtitutum ta
tæ gratiæ ordinem, jamque relatis haud ab
ſimi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſimilia, alibi legimus. S. Gregorius Papa 3. P. *Paſt. c. 15.* ingenioſa quadam ſimilitudine mirè confirmat prædictam veritatem: Si quis enim in ſylva aliqua pro ædificio extruendo, arborem velit ſuccidere, non antea ad id ſeſe accingit, quin prius conſideret, an apta ſit ſuæ intentioni, an capax molis, ac oneris fabricæ ſuſtinendæ, cujus ſi contrarium advertat, relinquit illam in ſuo ſucciſo loco, ut tractu temporis nimia exſiccetur humiditas, illam durities perficiat, ręddat robuſtiorem, illâque opifex deinde, ſua cum ſatisfactione utatur, ac in ſummitatem ſui ædificii certus de robore elevet: *Idcirco in altum Sylvæ lignum ſuccidimus, ut hoc in ædificii tegmine ſublevemus, quod tamen non repentè in fabricaponitur: ut nimirum prius vitioſa ejus viriditas exſiccetur, cujus quo plus in infimis humor excoquitur, eo ſolidius ad ſumma ſublevatur.* Applicemus quæſo hæc præſenti noſtro intento; nonne reperiemus ex amuſſi illi correſpondere ſimilitudinem hanc, eamque abſque ulla difficultate transferri poſſe ac applicari præſentis ſæculi Clero, ita ut nec unica adſit conſideratio, unicumque punctum, quod non quadret? Deteſtatur illud idem inconveniens non minus appoſita ſimilitudine Nazianzenus: *Orat. 2. Quis eſt, qui*

 *ve-*

*vèritatis propugnator unius dieculæ ſpatio,* *lut è luto ſtatuam fingit? Illum, inquam,* *cum Angelis ſtabit, cum Archangelis glo* *cabit, cum Chriſto Sacerdotio fungetur,* *ut, quod majus eſt, dicam, qui Deus e* *aliosque Deos efficiet?* Verùm, quanta m jor foret illa temeritas, ſi quis ſtatim ſuſ pto Sacerdotio, cœcè ac inconſideratè mul in ſe ſuſciperet onus inſupportabile randarum ac regendarum animarum? In liciſſimi ſane Sacerdotes (prout id deplo Bleſenſis *Epiſt. 154.*) qui inſufficientes u gant ſe ipſos, præſumunt regere alios, at in eorum ſeſe curam ingerunt: *Infeliciſſi* *Sacerdos, ad animæ ſuæ providentiam om* *non ſufficit & multarum animarum curam* *tentare præſumit.*

Optimè ergo atque accuratiſſimè atte dant Epiſcopi, ne ſeſe participes redd temeritatis illorum, qui absq; matura antec dente conſideratione promoveri petunt Sacerdotii gradũ, graviſſimè hoc ipſum mo nente S. Chryſoſtomo: *Hom. 16. in 1. ad Tim.* *Eorum, quæ ille peccaverit, tu quoque pœn* *dabis, qui initium dediſti etiam præcedentium* *delictorum*: Hæcque tam formidanda verb ſcribit, fundatus in ſenſu, ac mente Apo ſtoli, qui ita informat Epiſcopum Epheſinum

Ma-

*Manus citò nemini impoſueris, neque communicaveris peccatis alienis.* 1. *ad Tim.* 5. *v.* 22 Sententia iſta Apoſtoli anſam præbuit S. Leoni Papæ *Epiſt.* 87. reprehendendi Africæ Epiſcopos, hac in parte nimis faciles ac inconſideratos: *Quid eſt cito manus imponere, niſi ante ætatem maturitatis, ante tempus examinis, ante meritum laboris, ante experientiam diſciplinæ, Sacerdotalem honorem tribuere non probatis? Et quid eſt communicare peccatis alienis, niſi effici talem ordinantem, qualis eſt ille, qui non meruit ordinari?* Digniſſima notatu ſunt verba illa: *non probatis*: Hinc in ſacri Concilii Tridentini deciſionibus *Seſſ.* 23. *Cap.* 12. *de reform.* ubi agitur de Ordinandis, ita habetur: *Dignos dumtaxat, & quorum probata vita ſenectus ſit.* Eadem plane ad Eugenium Papam *lib.* 4. *cap.* 4. *de Conſid.* ſcribit S. Bernardus: *Viros probatos oportet eligi, non probandos:* Idque non absque juſtiſſima ratione; Siquidem ſiquis non admittatur ad regendam unam navim, aut tenendum ipſius gubernaculum, niſi prius didicerit bene trahere remos, longaque experientia inſignem maris hauſerit peritiam, ac ſibi præcedente ſudore, duriſque laboribus, ad naucleri officium viam ſternat: *Nauticam legem laudo* (eſt ſimilitudo Nazian-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

zianzeni *lib. 7. Ep. 114. alias 116.) quæ guber-*
*ri futuro primum remos tradidit, dein-*
*proram eum collocat, ſicque prioribus mu-*
*bus ipſi commiſſis, tandem eum poſt diutur-*
*remigationem ac ventorum obſervationem*
*gubernacula conſtituit.* Jam verò,
ſcopi tam facile, in mari hoc iſtius ſæ-
tot tentationibus agitato, tot ſcopulis
mi, tot quotidianis animarum naufragiis
tiſſimo, regimen animarum committe-
cerdoti alicui ignoranti, inexperto, qui
ſeipſum regere nequit? An non deteſta-
foret temeritas, inquit idem Gregori-
quis ſeſe alteri in viæ, plane ſibi ignotæ
cem offerret, qui ſeſe pro tribuno aut C-
taneo alicujus cohortis auderet ſiſtere,
præſentare, qui prima militiæ rudim-
ignoraret? Et tamen reperiuntur, qui
*catum animarum impudenter aſſumunt,*
*bus via omnis ignota ductoris eſt, & quò*
*ipſi gradiuntur ignari ſunt; quod quam p-*
*vum quam ſit temerarium, ſæculari e-*
*ordine, ac diſciplinâ monſtratur. N-*
*dum Dux exercitus non niſi labore & ſollic-*
*dine expertus eligitur, quales animarum*
*ces eſſe debeant, qui ad culmen immatura*
*piunt feſtinatione conſcendere.*

Debent Epiſcopi accuratè examinare

ne

nem, intentionem ac motivum, ob quod ſe quivis cupit ordinari, ſi quidem finem unum detegit idem Nazianzenus, *Orat.* 5. ob quem plurimi in caſtris illis ſolent militare: *Non tanquam virtutis exemplum, ſed victus parandi ſubſidium hunc ordinem eſſe judicantes;* qui autem hujusmodi cum intentione, tale ve ſub motivum Clerum intrat, *Non intrat per oſtium, ſed aſcendit aliunde, unde fur eſt, & latro.* *Ioan.* 10. *v.* 1. Hic illi ſunt, de quibus eſt ſcriptum: *Philip.* 2. *v.* 21. *Quæ ſua ſunt quærunt, non quæ JESU Chriſti.* Solebat dicere digniſſimus quidam Prælatus: *Beneficia fundata ſunt pro presbyteris, ſed non debent ordinari presbyteri propter beneficia.* Quam pauci ſunt, qui cum veritate dicere poſſunt: *Pſal* 21. *v.* 11. *Ego autem in innocentia mea ingreſſus ſum, in Eccleſiis benedicam te Domine.* Quot non movit, quot non extimulavit proprium commodum, pingueque reddituum Eccleſiaſticorum emolumentum? Quot non movit ambitio, ut ad dignitates poſſent pertingere? Quot non ſunt qui clero nomen dant, ut ſeſe ſubtrahant difficultatibus, ac tœdioſis vitæ ſæcularis occupationibus, imaginantes ſibi, vitam Clericalem eſſe vitam otioſam? Quot etiam, ut ſe ſubducant à foro Laicali, gaudeant-

deantque privilegio Eccleſiaſticæ immu
tis? *Non ut meliores, ſed ut ditiores, n*
*ſanctiores, ſed ut honoratiores ſimus*, inqu
Proſper *lib. 1. de vit. contemp. cap.* 12. hanc
ter reliquas ſacrorum Ordinum deord
tiones, ſugillans. Hinc non abſque my
rio Sancta Eccleſia ſacris ordination
præmittit univerſalia quatuor temporũ
nia, aliaſque preces ac devotiones, ut o
Fideles unanimiter concurrant ad depre
dumDeum ter optimum Maximum pro
lici electione, proficuaque promotione
rum, qui debent eſſe baſes ac columnæ
cleſiæ. Tali cum ſpiritu S. Carolus *con*
*diol. Provin. 2. tit. 1. decr.* 21. hoc pro Ordi
te fecit decretum: *Sit frequens in orati*
*purè ſanctèque verſetur, & Dei Sanctorum*
*ope piis Fidelium precationibus implorata,*
*dines iis conferant, quos utiles operarios Ec*
*ſia Dei poſtulat.* Et verò, ſi tanta adhibe
diligentia ad providum aliquem ac bon
reperiendum œconomum temporalem,
cebat S. Ambroſius *in 1. ad Tim. c. 2.* quanta c
ra, quanta ſollicitudo impendenda non er
promptum, ac idoneum deligendum ac co
ſtituendum diſpenſatorem ſpiritualem?
*terreſtrium rerum diſpenſatores idonei* qu
*rendi ſunt, quanto magis cœleſtium?*

## Caput Secundum.

### *Characteri Sacerdotali annexa debet eſſe Charitas tanquam ſummè neceſſaria Eccleſiaſticis.*

VIrtutum omnium Regina eſt Charitas, quæ indiviſibiliter adhærere debet Sacerdotali characteri, atque hinc in conſecratione noſtra, dum caſulam nobis impoſuit Epiſcopus hiſce uſus eſt formalibus: *Accipe veſtem Sacerdotalem, per quam Charitas intelligitur*; Bleſenſis quoque in una Synodo *Seſſ. 41.* loquens de Planeta dicit: *Planeta, quæ & caſula dicitur, quæ totum circumdat & protegit, & cæteris ſupereminet, hæc Charitas, de qua dicit Apoſtolus; adhuc ſupereminentiorem viam vobis demonſtro.* Similiter etiam Superpelliceum, veſtis Clericis adeo familiaris, juxta Durandum in Rationali Divinorum officiorũ *lib. 3 cap. 1.* eandem virtutem exprimit: *Per ſui latitudinem congruè Charitatem deſignat, & ideo aptè ante omnes alias veſtes ſacras ſæpè induitur.* Hinc eſt quod S. Petrus, univerſalis Eccleſiæ caput, ſupra omnem rem aliam, ſingulariter nobis recommendet Charitatem: *Ante omnia autem mutuam in vobiſmet ipſis Charitatem continuam habentes,*

*quia*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*quia Charitas operit multitudinem peccato*
*Cap. 4. v. 8.* Reticeri hîc non debet hiſ
quædam, in vitis Sanctorum Patrum
ſtrata propoſitoque huic ſummè accom
data. 2. *Part. parag. 12.* Monachus qui
nomine Theodorus, perſuaſus tandem
gradum Sacerdotalem aſſumeret, non
ſtante, quod diu fortiterq; reſtitiſſet, reſ
dit ſe per orationem velle explorare divi
voluntatem, in qua dum aliquamdiu perſ
ſet, apparuit illi ignea columna, audivi
vocem dicentem ſibi: *Si inſtar columnæ h*
*igne flagras Charitatis, miniſterio fu*
*Diaconatus.* Tam verum eſt virtutem i
eſſe inſeparabilem à miniſterio ſacerdo
ut Hugo à S. Victore in quadam ſynodo p
orando dixerit: *Qui cum aliis virtut*
*Charitatem habet, ſacerdos eſt; & qui etia*
*lias ſine iſta habet, Sacerdos non eſt* *Serm. 15.*
*veſt.* Pro firmando ac ampliando conce
hoc noſtro, obſervationem quandam a
S. Gregorius Papa *homil. 17. in eu.* deſump
ex quodam veteris legis myſterio, quo D
voluit, ut cortinæ Tabernaculi, per quas
cleſiaſtici deſignantur, eſſent de cocco
tincto: *In ornamento Tabernaculi bis tin*
*coccus offerri præcipitur, ut ante Dei o*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Charitas noſtra Dei, & proximi amore colore-tur.* Eſtque hic ignis ille, quem ut accende-ret, de cœlis in terram deſcendit Filius Dei: *Ignem veni mittere in terram, & quid volo, ni-ſi ut accendatur & ardeat?* Luc.12. v.49. Et ut poſt ſuum in cœlos abitum, beatum illud in-cendium, fauſtus ille ignis in fidelium cordi-bus non extingueretur, nos Presbyteros de-putavit ac conſtituit, ad illum non ſolum conſervandum, ſed etiam augendum; Ideo-que quam primum Apoſtolos ordinaverat Sacerdotes, inculcavit ipſis, & conſequen-ter etiam nobis illorum ſucceſſoribus, ſum-mus ille Sacerdos præceptum aliquod ſingu-lare, tanquam ſuum ac unicè propriũ: *Hoc eſt præceptum meum, ut diligatis invicem &c.* Ioan.15.v.11. *In hoc cognoſcent, quod diſcipuli mei eritis, ſi dilectionem habueritis ad invicem.* Ioan.13. v.35. Nec debet ſe noſter ille amor reſtringere ad perſonarum qualitates, aut temporum ſubjici revolutioni, ſed ſimilis eſ-ſe illi Apoſtoli, qui ſe indifferenter extende-bat ad omnes, & ad cunctas temporum dif-ferentias: *Factus ſum omnibus omnia, ut Chriſtum lucrifacerem.* Petrus Bleſenſis, De inſt. Epiſc. c.4. non ſolum Sacerdotes, ſed etiam Epiſcopos inſtruit quomodo ſeſe erga populum gerere debeant: *Tute omnibus ex-hibe,*

*hibe , cogitans te omnium ſervum ; nec ſed cunctis genitum te vivere credas , datum doctis Doctorem , Conſolatorem pauperum, latium oppreſſorum, Patrem orphanorum, fenſorem viduarum, & omnibus debitorem,* cta Apoſtolorum repræſentant nobis in ſona ſancti Stephani Proto-Martyris exemplum vivum, ac excellentiſſimum, quant pra cunctos pollere debeant Charitate Ministri. Fungebatur ille in Eccleſia ad naſcente, ſpectabili Archidiaconatus mu re, ſemper operabatur indefeſſus , contin miracula faciebat ac prodigia: *Faciebat prodigia, & ſigna magna in populo, Act. 6. v. 8.* Doctus erat ſapientiâ, ac facundia admirabili, ut, *Non poterant reſiſtere ſpiritui , & ſapientiæ qui loquebatur. ibid. v. 10.* Nihilominus, conformiter toti Apoſtolico Collegio, ſeſe continuo exercebat, ac indeſinenter occupabat operibus Charitatis, viduis ſuccurrendo, moeſtos conſolando , pauperes ſublevando volens per hoc, cum Apoſtolis reliquis, tanquam à Spiritu Sancto ſpecialiſſimè illuminatis , ſubſequentia cuncta ſœcula inſtruere docere, quod Hierarchiæ Eccleſiaſticæ, ſuper *omnia Charitas debetur, quod eſt vinculum perfectionis.* S. Gregorius Papa , *Hom. 14. in Ev* tanquam viſceribus Charitatis præditus,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cet nos, quomodo virtutem illam exercere debeamus: *Appoſita eſt nobis forma, cui imprimamur; primum eſt exteriora bona ovibus Chriſti miſericorditer impendere; poſtremo ſi neceſſe fuerit, mortem pro iisdem fortiter miniſtrare:* Ergo, ut quis veram habeat Charitatē, oportet ut inter pauperes diſtribuat redditus ſuos, maximè quos ex Eccleſiaſticis percipit beneficiis, quique ipſi ad propriam ſuperſunt ſuſtentationem, in eumq; tantum finem, juxta S. Ambroſii doctrinam *l. 2. offic. c. 28.* gaudent redditibus Clerici: *Aurum Eccleſia habet, non ut ſervet, ſed ut eroget in neceſſitatibus.* Nec defuerunt ullo unquam tempore in Eccleſia Prælati ſumā, ac prælucente Charitate prædi-ti, qui absq; ullo ſui, ſuorumq; cōmodorum reſpectu, inter miſeram ac deſolatam plebem diſtribuerunt, quidquid habebant. S. Hieronymus ſcribit ad Ruſticum de quodā ſancto Epiſcopo ſequentia: *S. Exuperius Tholoſæ Epiſcopus, viduæ Sareptenſis imitator, eſuriens paſcit alios, & ore pallente jejuniis, fame torquetur aliena, omnemque ſubſtantiam Chriſti pauperibus erogavit.* Elapſo ſæculo, S. Carolus, cujus natales, ac divitiæ paſſim omnibus notæ ſunt, ſolo ſæpè contentus fuit pane, etiam proprio lecto inter paupere diſtributo, dum ille deinceps ſolo aſſere eſſet contentus.

Alia

Alia inter myſteria, ob quæ nos DE
titulo lucis inſignivit, *vos eſtis lux m*
& hoc unum eſſe perſuaſum mihi ha
quod ſicut in montium aſperorum ac
lium viſceribus lux ſolis aurum, argen
aliaque metalla generat, prout Plinius
*c. 4.* atteſtatur, eadem nos proporti
amore, ac charitate erga proximum p
trare debeamus loca inacceſſa, ad e
victui neceſſaria portanda, & pauper
deſolatos ſuſtentandos. Illud unum
potioribus ac primariis ſignis Chari
in ſimilibus Miſericordiæ operibus ſubſ
tiam ſuam ſuosque redditus impenderet
que ipſum perſuadere intendebat, ſuo
Clero inſinuare S. Auguſtinus, *Serm. 15. de*
dum eidem hunc in modum concionare
*Stercus non loco ſuo poſitum, immundam*
*cit domum, loco ſuo poſitum, fertilem f*
*agrum.* Sicuti ſimus, & hujusmodi pu
dæ ſordes, ſi in domo aliqua relinquant
eandem pedore ſuo inficiunt, omnem
meliorem ac pretioſiorem ſuppellecti
corrumpunt; ſi autem foras efferantu
agros, aut ad hortos, copioſis replent g
naria frumentis, ac delicatis ornant me
fructibus; eodem modo bona tempora
ſtercora reputantur reſpectu bonorum

rum, quæ nos manent, in Paradiſo, ſunque æterna; *omnia arbitratus ſum ut ſtercora:* Si ergo Eccleſiaſtici terrena bona hæc ſolum conſumant in jocis, luſibus, crapulis, diverſionibus, ad nihil aliud ipſis ſerviunt, niſi ad inficiendum ac perdendum ſuos poſſeſſores: ubi autem in opera charitatis impenduntur, in ſolatium pauperum, in beneficium afflictæ plebis, ditant animas bonis incomprehenſibilibus, longiusque à nobis avertunt tetrum illum odorem, qui tanto cum miniſterii noſtri detrimento, ſæpius offendit ſæcularium nares.

Idem S. Gregorius ulterius progreditur, *ibid.* ac hujuscemodi format argumentum, quod fortiter ſtringit: *Qui non dat pro ovibus ſuis ſubſtantiam ſuam, quomodo daturus eſt, pro iis animam ſuam?* In Plutarcho *Lib. in princ. frequ.* legimus ſimilitudinem quandam apprimè hic convenientem: Loquitur is de canibus ad gregis cuſtodiam deputatis, utque ab eodem feras abigant, aut cujuscumque malæ beſtiæ invaſionem avertant, qui ſibi ipſis nullatenus timent, ſed ſolum agnellis tutelæ ipſorum commiſſis: *Canes nocturnam ac laborioſam agentes ovium in ſeptis cuſtodiam, ſimul atque trucem aliquam audierint feram, timent non ſibi, ſed his, quos cuſtodiunt.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*diunt.* Non ita plures ex Eccleſiaſ… qui licet ab æterno Patre deſtinati ſin… curam animarum, aut negligentes aci… dormiunt ſuper molles plumas, aut ad… mum leviſſimumque feræ rugitum turp… trepidèque ſuos movent humeros, … magis ſolliciti de vita ſua propria, quam… commiſſarum ſibi ovium ſalute, ac in… mitate. *Bonus Paſtor animam ſuam da… ovibus ſuis, mercenarius autem, & qui n… Paſtor, videt lupum venientem, & f…* prout de bonis ac malis Paſtoribus teſt… reliquit æterna veritas. Ignavus vitæ… dendæ timor pro ſalute animarum, indig… eſt pectore Sacerdotali, cum illam ine… bili mortis neceſſitate, fors pauca infra… menta terminare debeamus, quanto … melius eſt generoſa reſolutione, viol… illam claudere, ac offerre in victimam, … amore proximi? *Quid ergo vereris* (ita … date loquitur Bleſenſis *ibid.*) *pro eo ponere … tam brevem, fragilem, & incertam, q… lex mortis in proximo exactura eſt, & … etiam ſalubriter poſſet offerre devotio?* A… in corde Eccleſiaſtici debet eſſe tam … ſtans, tam generoſus, tam impavidus, … liaque de ſe edere ſigna, ut omnem pe… expellat timorem, nihilique faciat pre…

vitæ, ut vult S P. Auguſtinus Tract. 123. *in Io-*
*an. c. 1. Amor in eo, qui paſcit oves in tam*
*magnum ſpiritualem debet creſcere ardorem,*
*ut vincat etiam mortis naturalem timorem:*
deo vera charitas, ex doctrina ſancti Joannis,
incompatibilis eſt cum timore: *Perfecta cha-*
*ritas foras mittit timorem, Ioan. 4.* facitque
dulceſcere mortis amaritudinem, ſiquidem,
*Amor non ſentit amaritudines*, prout alibi
docet S. Auguſtinus *lib. 13. Confeſſ.* Illud ipſum
optimè pro noſtro exemplo ac inſtructione
practicavitis, cui primo omnium dictum
ait: *Paſce oves meas*; hoc enim modo ipſum
in laudem ejus alloquitur, ac deprædicat S.
Leo Papa: *Serm. in nat. Apoſt. Pet. & Pauli. Syl-*
*vam iſtam frementium beſtiarum, & turbu-*
*lentiſſimæ profunditatis Oceanum* (Romam
intelligit, tunc temporis ſuperſtitionis, ac i-
dololatriæ nidum) *conſtantior quam cum ſu-*
*pra mare gradereris, ingrederis: Nunquid*
(prout interrogat S. Pontifex) *aut judicio*
*Pilati, aut ſævitiâ Judæorum minor erat, vel*
*in Claudio poteſtas, vel in Nerone crudelitas?*
Concludit poſtea digniſſimis hiſce ver-
bis: *Vincebat ergo materiam formidinis, vis*
*amoris, nec æſtimabas terrori cedendum,*
*dum horum ſaluti conſulis, quos ſuſcepe-*
*ras diligendos. Hunc autem intrepidæ*

 *cha-*

*charitatis affectum, jam tum profectò con-*
*ras, quando profeſſio tui amoris in Domi-*
*trinæ interrogationis eſt ſolidata myſ-*
Quod ſi ſacerdos incidat in populum d-
lutum, ac li entioſum, opus ei erit,
bitque magna charitate, ut perfectam in-
ducat reformationem, ſiquidem mod-
quo ignis ſtipites, truncos comburit ac
nas, aptior eſt ad expurgandam ſylvam
ſaltum, quam ad excolendam vineam,
to enim melius in illa proceditur ſuavi-
multoque amplius operatur ac proficit
ritas, dum dulci quadam violentia è p-
animis tollit abuſus, reſecat ſcandala,
lit vitia, ac inſenſibiliter in hominum c-
inſtillat pietatem. Docet tandem ma-
ille ac amore Dei plenus ac æſtuans Ber-
dus, *Serm 25. in Cant.* quibus charitatis
ſceribus præditi eſſe debeamus erga hom-
hac ſaluberrima ac elegante inſtructione
*ſcite, ſubditorum matres vos eſſe debere, non*
*minos; ſtudere magis amari, quam metu*
*ſi interdum ſeveritate opus eſt, paterna ſit,*
*pendite verbera, producite ubera.*

# Caput Tertium.

## De Manſuetudine ac Concordia, quam DEUS cupit in ſua Eccleſia.

MAnſuetudo, bonaque intelligentia cum proximis noſtris, adeo neceſſaria eſt, tamque ſtrictè annexa Ordini ſacro, ut Sapientia incarnata nihil aliud majori curâ diſcipulis ſuis inculcaverit, quam illam manſuetudinem: *Diſcite à me, quia mitis ſum.* *Matth. 11. v. 29.* Hinc videtur Sancto Ambroſio, *Lib. 3. de offic. cap. 9.* præter virtutem illam, nullam aliam requiri in Sacerdote: *Sacerdotis eſt nulli nocere, prodeſſe velle omnibus; ne laceſſitus quidem & injuriâ offenſus.* Concordia hæc ſeu unio Eccleſiæ jam olim ſub initio naſcentis mundi in Evæ formatione præfigurata fuit, quam Plaſtes Divinus ex coſta quadam, ſublata ex Adami latere confecit; non quaſi ipſi aliunde defeciſſet materia ad illam effingendam, cum verbo unico totum hoc ex nihilo produxerit univerſum, ſed magnum in actione illa latebat Sacramentum, prout dicit S. Paulus, non exiguo myſterio gravidum: *Sacramentum hoc magnum, ego autem dico in Chriſto, & in*

*Eccleſia :* Eph. 5. v. 3. Ideo hoc fecit ſumm
ille, ſupremusque Artifex, prout docet Th
odoretus: q. 30. in Gen. *Ut naturalem qu*
*dam benevolentiam , & mutuam in illis inſ*
*ret.* Si ergo, prout dixi, formatio illa fu
rit Eccleſiæ typus, voluit per hoc expre
ac meliori quo poterat modo inſinuare
exprimere, quantopere deſideraret, ut E
cleſiaſtici ſe invicem diligerent, ut conſo
colerent, ut confratres venerarentur, u
tanquam ejusdem corporis membra, in
quæ nulla unquam diſcordia, diſſenſio
la, ſeſe mutuo complecterentur : *Ut*
*ſit ſchisma in corpore , ſed in idipſum pro*
*cem ſollicita ſunt membra* 1. Cor. 12. v. 25. N
deſunt in ſacris litteris figuræ aliæ, ac ſy
bola, merito jam relatis addenda: Arca N
etiam Eccleſiæ typus fuit, ſiquidem, prout
mnes illi, qui extra arcam fuerunt, unive
ſali diluvio perierunt per aquas, eodem m
do, qui tanquam membrum non manent
Eccleſia, ſperare ſalutem nullatenus poſſu
dum extra illius gremium degunt. Jam ve
Columba illa, clariſſima Spiritus ſancti fig
ra, quæque arcæ myſticæ jugiter aſſiſtit, nu
lius alterius aut plantæ, aut arboris attu
ramum, quam Olivæ, quæ pacis eſt Symb
lum. Similiter, hominum ſapientiſſim
Salomon, inſtinctu divino fieri manda

du

duos illos Cherubinos ſuper oraculum, non ex auro aliave materia pretioſa, ſed ex oliva, *3. Reg. 6. v. 23.* ad inculcandam virtutem hanc Eccleſiaſticis, ſiquidem: *Omnia in figura contingebant illis.* Altare, in quo DEUS volebat ſibi offerri ſacrificium, hoc modo ordinavit ædificari: *Ædificabis altare Domino Deo tuo de lapidibus, quos ferrũ non tetigit. Deut. 27. v. 5.* Mandavit ſimiliter idem ille noſter Deus, ut ſupra altare illud jugiter arderet ignis: *Ignis in altari Deo ſemper ardebit, Levit. 6. v. 12.* id eſt flamma amoris ac dilectionis, prout interpretatur Bleſenſis in ſermone habito ad Sacerdotes: *Hic eſt ignis, qui in altari cordis nutriendus eſt à Sacerdote jugiter.* Templum, in quo poſt tot ſæcula adorari volebat Altiſſimus, non in alio loco poſuit, quam Jeroſolymis, quæ dicitur *viſio pacis*, & quidem ſpecialiter, in certa deſignata urbis illius regione, quæ appellatur Sion, de qua Regius Pſaltes canit: *Ibi confregit potentias arcuum, ſcutum, gladium, & bellum. Pſ. 55. v. 4.* In mole iſta vaſtiſſima, cui majorem, ampliorem, aut ſplendidiorem toto illo tempore non aſpexit ſol; quæq; ex innumerabilibus marmoreis quadratis lapidibus erat conſtructa: *3. Reg. 9. v. 7. Malleus, & ſecuris, & omne ferramentum, non ſunt*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*audita in domo, cum ædificaretur.* Nec
luit DEUS, ut David, licet vir ſecund
cor ſuum, fabricam illam erigeret, lic
illum finem milliones multos auri & arg
ti accumulaſſet, non aliam ob cauſam, q
quod homo bellicoſus, ac militaris e
quique in pugnis ac præliis multum eff
ſet ſanguinem, ſed voluit domum illam æ
ficari à Salomone filio ſuo, qui fuit Re
cificus, & in cujus Regno ſemper floruit
inalterabilis.

Hæc omnia ſymbola ſunt, deſumpt
ex lege naturæ, quam ſcripta, ad exc
dam, ac promovendam virtutem Ma
tudinis. Tranſeamus jam ad legem gr
ac conſideremus periodos Eccleſiæ, Sa
dos ille æternus, ad primum ſuum in
orbem ingreſſum, ante omnia Angeli
mandavit, ut Pacem annuntiarent, id
non Herodi Judeæ Præſidenti, non ſyn
gæ Principibus, ſed ſolum Paſtoribus;
*dete Eccleſiæ ſurgentis exordium*; (prout l
mus in nocte Nativitatis, ſuntque verb
cti Ambroſii) *Chriſtus naſcitur, Paſtor*
*gilare cœperunt*: Prima Eccleſiæ fundam
ta fuerunt, unio, concordia, & p
Primi duo lapides jacti ſuper illo fundam
to, fuerunt duo Fratres, Petrus & Andr

*Matth.*

*Matth. 4. Super Fraternitatem charitatis* ( eſt obſervatio ingenioſa Auctoris operis imperfecti ) *Eccleſiæ rectè poſuit fundamenta, ut ex radicibus charitatis exuberans, quaſi humor aſcendat in ramos.* Et pro ampliore diffuſione, ac participatione hujus fraternæ charitatis, quam in primis fidelibus deſiderabat videre Apoſtolus, hæc illis inculcabat: *Hebr. 11. v. 1. Charitas fraternitatis maneat in vobis.* Duobus epithetis, ſæpius à nobis, licet in diverſo ſenſu conſideratis, condecoravit nos Chriſtus: *Matth. 5. v. 13. & 14. Vos eſtis lux mundi, vos eſtis ſal terræ*, ſolis nimirum, ac ſalis; Sol, licet nobis ſit abſconditus, non tamen deſinit lucere ac illuminare, dum enim toties feneſtras noſtras occludimus, quaſi radios ipſius repellentes, nihilominus non ceſſat opportuno tempore benefica ſua luce influere in corpora noſtra, verum etiam in prædia, noſtraſque poſſeſſiones: *Solem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos*, ſcriptum eſt Matthæi 15. capite v. 45. Sal quoque expreſſivum eſt, ac ſymbolum pacis ac unionis: *Habete in vos ſal, & pacem habete inter vos*, *Marci 9. v. 49.* etenim, prout omnibus conſtat, componitur ſal ex duobus elementis, ſibi maximè contrariis; prout eſt aqua & ignis, quæ tamen ſimul unita,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſummo noſtro uſui ſunt, imo & neceſſ
ſatis urgenti. Ordinavit ulterius Deus: *Qu
quid obtuleris ſacrificii, ſale condies*, Levit.
25. non quod Deus illud guſtet, aut mandu
*Nunquid manducabo carnes taurorum*: P
*v.* 13. Sed ut inſinuaret Eccleſiaſticis pa
à ſe probari, parumq; ſibi placere illorum
crificia, ſi ſale non ſint condita, id eſt, ſi
polleant, ſi non prædita, ſi non ſint in
ta ſpiritu pacis, lenitatis, ac manſuetudin
ut figuras deſeramus, videamus quid de
ipſa materia clariſſimè edicat, ac procla
Chriſtus apud S. Matthæum: *c.* 5. *v.* 23. *Si
munus tuũ ad altare, & ibi recordatus fu
quod frater tuus habet aliquid adverſum
linque ibi munus tuũ ante altare, & vade p
reconciliari fratri tuo, ut ſcias* (replicat Au
operis imperfecti *Hom.* 11.) *quia plus diligo
cordiam fidelium meorum, quam muner
quidẽ munera hominum nullum faciunt De
erum, Charitas autem illorum Dei gratiam
ratur*. Ideo in cœnaculo Sion, quam prim
Apoſtoli fuerunt ordinati Sacerdotes, ſta
enixè, & plus quam ullo alio tempore, V
bum incarnatum mutuam illis commend
vit bonam intelligentiam, ac fratern
dilectionem: *Hoc eſt præceptum meum, ut d
ligatis invicem &c. in hoc cognoſcent, q*

*diſci*

*diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad invicem. Ioan.* 13. *v.* 34. Volebat dicere: Charitas, ô mei Apoſtoli, & novelli Sacerdotes, eſt impreſſa vobis ſingulariter effigies mea, mea lineamenta, ſigna mea, ex quibus ab omnibus dignoſci poteritis, quod ſitis mei miniſtri; hæc autem non ſunt alti ac ſpecioſi tituli, non dignitates, non gradus ſublimes, quos conſcendiſtis; nec hoc absque myſterio; dum enim nos conſecrati ſumus in eum finem, ut conſecremus, tractemus, ſumamus, diſtribuamus, ac offeramus agnum illum Euchariſticum, qui, ut terra cum cœlo pacificaretur, ſemetipſum exinanivit, neceſſarium erat, ut corda noſtra fierent manſiones pacis, manſuetudinis receptacula; at ideo non absque ratione ſacratiſſimum Altaris Sacramentum, à S. Tridentino concilio *Seſſ.* 13. *c.* 8. denominatum fuit: *Symbolum unitatis, & charitatis.* Idemque inſinuat S. Auguſtinus, *Serm.* 83. *de diverſ.* dum dicit: *commendat nobis in iſto pane unitatem amare.* Ideo primi illi Eccleſiæ naſcentis fideles, de quibus poſtea ſcripſit S. Lucas, *Act. Ap.* 2. *v.* 42. quod *Erant communicantes in fractione panis,* ab eodem imediatè poſt comendantur, dum ſubjungit: *Multitudinis credentiũ erat cor unũ, & anima una.* Quis jam præſumet tractare



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

illud Pacis ſacramentum, corde turb
immoderato zelo accenſo, ac pleno ergi
ximum amaritudine?

Verùm, ſi velimus magis vivè, ac i
lebiliter cordibus noſtris imprimere v
tem iſtam, reflectemus nos ad illum ip
qui ſeſe in incruento noſtro offert ſacri
olim autem in altari crucis cruentiſſim
metipſum obtulit, in qua myſterioſa ill
ma ſitis ſuæ verba, nihil aliud import
quam veniæ deprecationem apud Pa
pro ſuis crucifixoribus; & poſtquam d
à mortuis reſurrexit, ſtatim Apoſtolis f
tatem indulſit remittendi peccata, ut
næ Juſtitiæ reconciliari poſſent peccat
atq; in aliis cum Apoſtolis colloquiis, ſa
repetivit verba illa, *Pax vobis.* Quis
non videt ſummam curam, ac ſingular
Salvatore impenſam diligentiam ad pac
ac unionem firmandam inter Eccleſiaſtic
Hinc pulcherrimo ritu inſtitutum eſt, q
in miſſa ſacerdos vicinus ſacræ Commu
ni, proximè ſibi aſſiſtenti Diacono Pa
porrigat, ut illam ulterius ad Chorum d
rat; ſed, avertat Deus, ne ſæpius cum
damento timeri poſſit illud ipſum, quod
temporibus verebatur S. Chryſoſtomus
*Compunct. vereor* (ſcribit) *ne plures ex nobis*

*biis hoc tantummodo faciant, cum Chriſtus pacem non ex ore, ſed ex corde deſideret; ſi pax in corde non habetur, quaſi in ſcœna res agi videtur & ludo; unde per hæc exacerbari Deus credendus eſt, potius quam placari.* Qui frœnum laxat ſuæ iræ, ſuæ paſſioni, prævalebitne is, ut odia, rancores, ac litigia reprimat inter proximos? Et tamen, inquit, Chryſoſtomus, *hom. de prod. Iud.* & eſt ſummè conſiderandum, ideo ſe Chriſtus immolandum tradidit manibus noſtris, ut reuniremus creaturam Creatori, id eſt, hominem reconciliaremus Deo, firmamque inter utramque partem pacem ſtabiliremus: *Solve iram, inimicitias laxa, ut remedium de menſa percipias; occiſus propoſitus Chriſtus eſt, & cur occiſus eſt, videamus, ut cœleſtia pacifices, ut in terra reconcilies univerſa.* Ambroſius, *Ibid.* aut quisquis alius auctor eſt, de conditionibus illis, quas in Prælato Eccleſiaſtico requirit Apoſtolus: *Non litigioſum, id eſt,* (commentatur) *non linguam, ac convicium relaxet, ne per eandem linguam per quam laudes refert Deo, & Divina libat ſacrificia, litium venena proferat, quia non licet de ore Epiſcopi* (idem dic de ſacerdotis) *benedictionem ſimul & maledictionem egredi.* Incarnata veritas indiſtinctè omnibus, qui pa-

cis amantes fuerint Dei filiationem ad-
miſit: *Beati pacifici, quoniam filii Dei vo-
cabuntur:* Matth. 5. v. 9. Nos autem, qui
ſolum ſumus filii, verum etiam ipſum
Dei filium in ſacroſancta Euchariſtia m
bus noſtris tractamus, non deberemus c
fundi, ſummoque pudore affici, ſi pe
ſtram, & fors malè ſundatam, odii,
averſionis à proximo paſſionem, ad Di
familiam, ac filiationem devolverem
*Vos ex Patre Diabolo eſtis,* Ioan. 8. v. 44
*deſideria patris veſtri vultis perficere,
homicida erat ab initio.* Si al quem
moveat nec conſilia, nec exempla, mo
ſaltem memoria primi illius reprobi,
plumbi inſtar decidit in infernum,
eundem fuiſſe talem, ut licet cor hab
rancore plenum, ac totaliter odio vene
nihilominus ſacrificaret, atque ita pri
ex genere humano, qui barathri infern
ac tormentorum aperuit portas, fuit
vindicativus, ex ipſo quodammodo red
ſacrificio. Concludo ergo cum Tertul
no, 5.9. *ad Martyr. cap.* 22. licet in alio pro
ſito: *Inveniat Diabolus pace munitos, & c
cordiâ armatos; pax veſtra, bellum eſt illi.*

C

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## Caput Quartum.

*De Caſtitate, Sacris Ordinibus propria & annexa, de qua Chriſtus magnam habuit curam, eamque in quibusdam veſtibus ſacris inſinuat Eccleſia.*

Continentia non ſolum conveniens, ſed & ſummè neceſſaria eſt vocationi noſtræ, ideoque à Sacris Ordinibus plane eſt inſeparabilis, utpote in eorum ſuſceptione voto ſingulari implicitè Deo promiſſa: ut hanc perſuadeat neceſſitatem B. Petrus Damianus, hæc ad intentum noſtrum ſcribit: *Opuſc. 5. d g. Sac. c. 1.* *Ut Eccleſia Chriſti in ſua vigere munditia valeat, & obſcœno malè miniſtrantium conſortio non ſordeſcat, Sacerdotis vita ab immundi ſpiritus obſoleta luxuria immunis, & incorrupta ſervetur.* Juxta mentem hujus Beati Cardinalis, ut Eccleſia ſemper in ſuo maneat vigore, ut ſemper floreat, ſemperpulchrior appareat, ſingulariter opus eſt, indigetque virtute illa, neq; miniſtri ſacri, qui illius radices ſunt, inficiantur; etenim, quemadmodum dum videmus frondes, flores, fructus alicujus arboris, languere, marceſcere, ac exareſcere, vitium hoc ac defectum ſtatim

 deri-

derivamus in radicem: *vidit arborem pal-
tibus foliis marcidam, & intellexit ſtud-
Agricola, quia læſuram in radicibus hab-*
eodem modo diſcurrere debemus, (inq-
ac ſubjungit Auctor operis imperfecti h-
38.) quod quando videmus diſſolutum, a-
gantem, immundum ac luxuriantem po-
lum, ac ex indicio hoc concludere infecti
eſſe loci illius Sacerdotium: *Ita quando vid-
populum in vocat diſciplinatum, & irreligi-
ſine dubio cognoſce, quia ſacerdotium ejus
eſt ſanum.* Ideo S. Bernardus *de Paſſ. Dom. c.*
caſtos. Medullam Eccleſiæ: *Quaſi Med-
Eccleſiæ, ſunt virgines.* Tanti fecit in M-
ſtris Eccleſiæ pudicitiam ac continenti-
Origenes, *Hom. 4. in Levit.* ut illi primatum
buat inter virtutes reliquas omnes: *A-
omnia Sacerdos, qui divinis aſſiſtit altari-
caſtitate debet accingi*; ejuſdemque pla-
mentis ac opinionis eſt S. Thomas à Villan-
va, *Conc. de S. Aug.* digniſſimus Valenti-
Archi-Epiſcopus, dum poſt tot ſæcula ſente-
tiam illam calculo ſuo confirmavit, in qu-
dam ad Clerum ſuum habita concion-
*Quid ſacerdote decentius, quam decor, & p-
ritas caſtitatis? Sit pius, ſit fervidus, ſit hum-
lis, ſit devotus, ſit quidquid vis, ſi non eſt c-
ſtus, nihil eſt*: Verba ſanè, profunda med-

tatio

tatione digniſſima. Sit licet Eccleſiaſticus Concionator celeberrimus ac zeloſiſſimus, convertat fervore ſuo, ſua facundia ac dictione plurimas animas, ſua diſtribuat inter pauperes, ſollicitè adminiſtret ſacramenta, gregi ſuo tam in ſpiritualibus quam temporalibus ſollicitè, ſedulòque ſuccurrat, ſit homo zelantiſſimus, ac ardentiſſimus amoris divini, ſit orationi deditus, *Sit quidquid vis, ſi non eſt caſtus, nihil eſt.* Habeat licet in gradu eminenti virtutes omnes, ſi illa ſola deficiat, dignus non eſt, qui nomen gerat Sacerdotis. Graviſſima quoque eſt ſententia illa Clementis Alexandrina, *Lib. 3. Strom.* quam oporteret, pro conſervanda puritate omnium Eccleſiaſticorum cordibus eſſe inſculptam: *Soli qui puram agunt vitam, veri ſunt Dei Sacerdotes.* Ex quo deduco illos omnes, qui non ſunt amantes puritatis, ſolum eſſe larvas, ac viva cadavera Sacerdotum. S. Joannes Chryſoſtomus libro tertio de Sacerdotio dum de virtute illa loquitur, inſinuat illam in nobis adeo debere eſſe illibatam, ac ſi eſſemus, etiam cum carne noſtra mortali, conſtituti in medio Choro puriſſimorum illorum ſpirituum Angelicorum, nec candorem ac munditiem noſtram minorem debere eſſe, aut cedere puritati illorum:

*Ne-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Neceſſe eſt Sacerdotem ſic eſſe purum,*
*in ipſis cœlis collocatus, inter cœleſtes illas*
*tutes medius ſtaret*; Et S. Hieronymus,
*Epiſt. ad Tit. cap.* 1. qui auſteriſſimæ pœni
tiæ remediis, inter innumerabiles confli
aſſultus, & impugnationes virtutem h
immaculatam cuſtodivit, prout de ſe
teſtatur, admonet nos, quanto zelo, ac
ra illam procurare, ac conſervare debeam
*Caſtitas propria, & ut ita dixerim, pudi*
*Sacerdotalis, ut non ſolum ab opere ſe imm*
*do abſtineat, ſed etiam jactu oculi, & cog*
*tionis errore, mens Chriſti corpus confi*
*ſit libera.* In quibus primis verbis obſer
quod videatur ſanctus per phraſim illá q
velle diſtinguere inter ſacerdotalem puri
& omnem aliam, ut intelligeremus ſacer
tem non debere eſſe contentum commu
ac ordinariâ pudicitiâ, quæ etiam de
obſervari à laicis, ſed quod vi ſui ſtatus ac p
feſſionis teneatur ad puritatem quand
rigoroſam ac exactiſſimam; nimis enim d
formis eſt omnis nævus in eo, qui confe
re, ac manibus contrectare debet virgine
corpus illud de quo ſcriptum legimus: *Ca*
*dor lucis æternæ.* *Sap. 7. v. 26.*

Porro, ad extimulandum nos ad con

nentiam
ſam cura
ſtravit C
volebat
ſeque mo
git pro ſ
magnæ
mæ Ma
ſed quia
tanto er
tas, in p
dori vir
inquit
*Cler. in c*
pus cun
*Dominic*
*coaluit,*
*quæri*:
tatitium
trem, S.
ſua infan
cratiſſim
diſſimis
tus in p
Angelic
adſtiteru
clinatio
us feſtis

nentiam, ſerviet etiam conſiderare immenſam curam ac ſollicitudinem quam demonſtravit Chriſtus pro eadem virtute. Dum volebat ille de cœlo deſcendere in terram, ſeque mortalitatis noſtræ veſtire ſpoliis, elegit pro ſua manſione uterum, non alicujus magnæ Principiſſæ, ſed virginis ſacratiſſimæ Mariæ, non quia ex ſanguine Regio, ſed quia, quanto pauperior erat in divitiis, tanto erat ditior ſuper omnes alias creaturas, in puritate; & ut nos, hujuſmodi candori virginali aſſueſcamus, exigit à nobis, inquit B. Petrus Damianus, *Opuſc. 8. contr. Cler. in cont. diſ. 1. cap. 1.* quo idem illud corpus cum æquali puritate tractemus: *Quia Dominicum corpus in virginalis uteri templo coaluit, nunc etiam à miniſtris ſuis munditiam quærit:* Virgini Matri ſimilem omnino putatitium inter homines in terra elegit ſibi patrem, S. Joſephum. Natus in mundo, à prima ſua infantia, à nullo alio attrectari voluit ſacratiſſimũ ſuum corpuſculum, quam à mundiſſimis parentum ſuorum manibus: reclinatus in præſepio obſequia accepit à puriſſimis Angelicis ſpiritibus, qui exultabundi cunis adſtiterunt: Et ut S. Eccleſia genio illius ac inclinationi ſeſe accommodaret Natalitiis ipſius feſtis adjunxit aliorum trium, ſcilicet

S. Ste-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. Stephani, ſancti Joannis, ac SS. Innoc-
tium feſtivitates, de quibus omnibus dic-
teſt: *Virgines ſunt, & ſequuntur A-*
*quocumque ierit.* Apoc. 15. v. 1. In vitæ ſuæ
ginta trium annorum decurſu permiſit
lumniari à quovis, injuriari ac traduc-
nunquam in materia honeſtatis aut pur-
ut ne quidem occulta ac aſtuta Phariſæ-
ac ſcribarum malitia, quidquam unqua-
perire potuerit hac in materia, quod ca-
ret, aut ſugiilaret. Toleravit interim
ſuos familiares, contentiones, ambitione-
credulitates, negationes, proditiones
nunquam ne umbram quidem impudic-
Licet corpus ſuum miſerrimè fuerit pe-
ſum, peſſimèque tractatum, ac quo-
modo contritum à Judæis, omnino ta-
voluit, ut poſt mortem mundiſſimo invo-
retur linteamini, *Sindone munda*, ac in
numento aliquo novo reponeretur; e-
ſce ergo omnibus præmiſſis, hanc de-
conſequentiam B. Petrus Damianus. *ibid.*
Ep. 6. *A quibus nunc obſecro tractari vult*
*pus ſuum, cum jam immenſus regnat in c-*
*ſi mundis attingi manibus volebat in præ-*
*quantam corpori ſuo non vult adeſſe mu-*
*tiam, jam in paternæ majeſtatis gloriam ſu-*
*matus?* Reflectamus, quod quotidie in m-

pus noſtris habeamus Agnum illum immaculatum, quodque in græco *Agnus* idem ſit quod *caſtus*, ac proinde videamus, quanta ſit injuria, quam peccatum enorme, quod facimus cum impuris manibus, ac modo tam dedecente, tam infinitam puritatem pertractamus ac contingimus.

Nec deeſt hac in parte Eccleſia, quin ex ipſiſmet propriis Clericorum veſtibus, hanc illis inſinuet, ac quotidie præ oculis proponat virtutem. Solent Eccleſiaſtici nonnulli magis conſpicui portare pelles murinas, quas Armelinas vocant; nec abſque myſterio præ reliquis aliis, ad ſacrum ritum, hæ electæ ſunt ſpecialiter pelles; eſt enim animal illud ipſiſſimum caſtitatis ac puritatis Symbolum, dum ita ſollicitum, ita amat, ita zelat ſuum candorem ac munditiem, ut dum à venatoribus inſectatur, nec abſque inquinamento, antrum ſuum, ſordibus antea in introitu ab inſequentibus aſperſum, mavult incidere in manus venatoris ac vitam perdere, quam maculari; Hinc in emblemate quidam animal hoc depinxerat, hoc ſubjecto lemmate: *Malo mori, quam fœdari.* Tales deberent eſſe pudicitiæ ſuæ amatores Eccleſiaſtici, ut potius millies mortem ſufferant, quam puritatis ac caſtitatis ſuæ ſubeant decrementum,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tum. Præter hæc, candor lini, qui e[...] in ſuperpelliceis, Albis, Rochettis, tob[...] corporalibus, purificatoriis, aliisque [...] bus ſacris, nihil aliud indicat quam mo[...] puritatem ac vitæ candorem in miniſt[...] illis utuntur, linum enim honeſtatem p[...] fert, juxta mentem Origenis, eſtque [...] ra caſtitatis, dum de illo ſcribit: *Hom.* *Levit. Formam tenet caſtitatis, quia or[...] ni de terra educitur, & de terra editur, [...] nulla terræ admixtione concepta ſit.* De [...] gulo etiam lineo, quocum conſtringitu[...] ba, ita ſcripſit Beda: *Lib. 3. de Tab. c. 8.* T[...] *cas habent Sacerdotes lineas, cum totum [...] pus candori caſtitatis dedicant; Balthe[...] nicas cingunt, cum eandem Caſtimoniam [...] gilantis mentis cuſtodia circumcingunt. A[...] gantur ergo tunicis lineis, ut caſtitatem h[...] ant, accingantur Baltheis, ne caſtitas r[...] ſit.* Doctor Angelicus format unam ob[...] vationem non minus ingenioſam, quam [...] lem, cur ex præſcripto Eccleſiæ Corpo[...] fieri ac confici debeant ex puro lino, & [...] ex ulla alia materia, nobiliore licet ac pre[...] ſiore: Hiſce verbis autem pandit nobis [...] ſterium & inſignem moralem ſupped[...] doctrinam: *Opuſc. 58. c. 31. 1. In tribus, [...] inducunt Corporale lineum ad candorem,*

*ni*

telliguntur tria, quæ faciunt ad noſtram mundificationem; primo enim lavatur, ſecundò torquetur, tertiò exſiccatur; Sic qui ad ſuſcipiendum Dominum noſtrum mundus vult fieri, primò debet per aquam lachrymarum lavari, ſecundò per opera Pœnitentiæ torqueri, tertiò per fervorem amoris Dei à carnalium deſideriorum amore ſiccari. D. Thom. opuſc. 58. cap. 31. I.

## Caput Quintum.

### Cleri incontinentia, & à Deo, & à ſacris Canonibus ſeveriſſimè punitur.

ITa lamentatur olim Deus per Prophetam ſuum Ezechielem de antiquæ legis Sacerdotibus: Cap. 22. v. 26. *Sacerdotes polluerunt ſanctuaria mea, id eſt per vita immunditiam*, explicat Hugo Cardinalis, *ibid.* idque ideo, prout dicit in eodem loco, quia, *Ecce ibi mulieres*, admittebant fragilem illum ſexum ad ſanctuaria: illud autem quod me rapit in ſtuporem eſt, quod dum ſol non maculet puritatem ſuæ lucis, licet radios ſuos emittat ad fœtidas cloacas, licet penetrent loca ſordidiſſima, nihilominus æternus ille



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Juſtitiæ ſol proteſtatur, ac conqueri[tur] de illorum ſordibus ac immunditia inq[ui]ri: *Coinquinabar in medio eorum*, Eze[ch.] *v.* 26. Ex quibus elucet, quantum off[enſus] fuerit peccato illo incontinentiæ, amp[li]que elucet ex gravitate pœnæ, quæ im[me]diatè poſt legitur reg ſtrata: *Effudi ſup[er] indignationem meam, in igne iræ meæ con[ſum]pſi eos.* Ex hiſce autem ego tale formo [ar]gumentum: Si in miniſtris illis tantam [D.] requirebat caſtitatem, quorum ſolum [offi]cium erat mactare, ac excoriare pecor[a, o]ves, boves, & ſimilia animalia, aut e[a] apponere, ac adferre panes, & incen[ſum:] quantam ampliorem, majoremque exig[it ab] his, qui ſpontaneè illam voto ſibi ad[ſtrinxe]runt, quique manibus attrectare de[bent] totum ſuum corpus virgineum, *in quod [deſi]derant Angeli proſpicere?* Votum à Sac[erdo]te emiſſum in actu conſecrationis, ita [for]titer illum ligat ad non violandam pu[dici]tiam, ut in ejus contraventione, ſtatim [ſum]mè rigidam, ac duplicatam Dei iram [in ſe] concitet: *Errores noſtros Religio, quam [pro]temur accuſat, criminoſior eſt impud[icus,] qui promiſerit caſtitatem*, prout ad[vertit] Salvianus. *Ad Eccl. Cath.* Quantam [ani]mæ alicujus ſacerdotis adfert pulchri[tudinem]

nem puritas ac continentia, tantam, imo duplò majorem, illi confert turpitudinem, ac deformitatem impudicitia; tantam dico, ut illum & titulo, & charactere ſacerdotali reddat indignum. Aſſerit hoc ipſum clariſſimè S. Iſidorus Peluſiota : *Lib. 3. Epiſt. Si caſtitas eſt pudicitita ſubditos ſacerdotes creat, libido procul dubio ac laſcivia ſacerdotibus dignitatem abrogat:* Et tamen quot hæc non curantes accedunt ad ſacrum altare, manusque mille inquinatas ſpurcitiis, impuris attactibus &c. non verentur intingere in ipſomet Chriſti, agni immaculati ſanguine, tam indigna hæc res, hæc tanta miſeria lachrymas elicuit ex oculis S. Bernardi, *cit. ab. Hug. Card. ibid.* unde dicebat: *Omnino audent agni immaculati ſacras contingere carnes, & intingere in ſanguine Salvatoris carnes nefarias, quibus paulò ante (proh dolor) carnes meretricias attrectarunt.* Quantum diſpliceat Deo ſacrorum miniſtrorum incontinentia, facile deducitur ex ſevera punitione Ozæ Levitæ, qui manum ſuam extenderat ad ſuſtinendam vacillantem ac nutantem Arcam, quam recalcitrantes boves jamjam dejeciſſent: Cauſa tam juſta, tam rationabilis, imo fere neceſſaria, nunquid ab ipſo temeritatis notam poterat (fermè debebat) abſter-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtergere, eumque ſubtrahere pœnæ t
gorosæ? *Percuſſit ſuper temeritate,* 2.
Abulenſis *in 1. Paral. cap. 14. Q. 26.* dum
ceſſum hunc examinet, inter alia d
puncta, ob quæ infelix Levita morte mu
tus eſt, etiam hoc recenſet: *Erat imm*
*dus, & tetigit arcam, nam tradunt He*
*quod præcedenti nocte iſte Oza cognovit* (
ſpectatis hic forſan, aut incœſtum, aut a
terium, aut ſacrilegam aliquam commi
nem? Minime) *uxorem ſuam.* Ver
an non erat hoc ipſi licitum? Reſponde
bulenſis, *in Levi. 15.* quod *iſta erat imm*
*tia ſecundum legem:* volebat enim Deu
Levitæ ſe continerent, etiam ab actu co
gali, quando contrectare, aut attingere
bebant arcam. Jam verò, ſi vel ſolam
tetigiſſe lignum, idque in caſu ac occaſ
tam urgente, ne ſcilicet periclitaretur
pretioſus, ac inæſtimabilis theſaurus, n
lominus ob factum iſtud miſer ille Levi
ſacris Annalibus per omnia ſæcula, tanq
temerarius manet diffamatus, & procla
tus, ut morte repentina punitus. E
infert, ſtringitque hanc concluſionem C
thuſianus: *Si ita percuſſus eſt, qui bono*
*quamvis non ſatis diſcreto, arcam Dom*
*rem inanimatam, & ligneam, ſuſtenta*

*quantam damnationem merebuntur*, *ac ſuſtinebunt*, *qui corpus & ſanguinem Salvatoris maculatâ conſcientiâ tractare, & ſumere non formidant?* Si juſto debitoque rigore caſtigata fuerit legalis aliqua tranſgreſſio, quæ nil erat aliud, quam omiſſio alicujus ſacri ritus, quam non erunt æterno digni ſupplicio illi, qui immunda, inhoneſta, fœdiſſimaque commiſſione, profanant, ac quodammodo proſtituunt ac deturpant, non lignum aliquod, ſed ipſummet ſacratiſſimum corpus illius, de quo omni manè hæc verba recitamus: *Quem adorant Dominationes, tremunt Poteſtates?* In Levitico regiſtratum legimus hujusmodi decretum à Deo promulgatum, circa Aaronis deſcendentem lineam Genealogicam: *Omnis homo, qui acceſſerit de ſtirpe veſtra ad ea quæ conſecrata ſunt, & quæ obtulerunt filii Iſrael Domino, in quo eſt immunditia, peribit coram Domino; Ego ſum Dominus*: *C. 27. v. 3.* Textus hic ſervit ſancto Baſilio: *lib. 2. de Bap. c. 7.* ad ſugillandos acriterq; perſtringẽdos ſacros illos miniſtros, carnali ſenſualitati immerſos: *Si tales minæ adverſus eos poſitæ ſunt, qui temerè ad ſacra accedunt, quæ ab hominibus ſacrificantur, quid dicendum eſt de eo, qui in tantum ac tale myſterium temerarius eſt?* (bene obſerventur

ultima verba hæc, quibus Sanctus co dit) *Tantò ſceleratiorem eſſe eum, qui impurus Chriſti Domini corpus ſacrif quam ille, qui olim ſanguinem arietum taurorum immolabat, quantò Chriſti D corpus excellentius eſt, quam arietis, & t*

Gloriati ſunt aliquando Dæmones, cerdotes ſuos Idololatras majori præ fuiſſe continentiâ, quam inter Chriſti dotes poſſit reperiri; & ſi breviter va perluſtrare hiſtorias, reperiemus, nostra cum confuſione, id ipſum eſſe v mum. De Sacerdotibus Ægyptiis ſcri Hieronymus: L. 2. *in Ioan* *Carnibus & ſemper abſtinuerunt, maximè propter tus libidinis*: de iis qui ſunt in Æthiopia ſtatur *S.* Auguſtinus, *Serm. 27. ad Frat.* licet haberent uxores, nihilominus magis promptos, magis expeditos redd ad Deorum ſuorum obſequia, ſemel in anno illas cognoviſſe. De ſacerdo ſui temporis refert in Saturnalibus M bius, *Lib. 1. Saturn. c. 23.* ipſos coactos ut in vita cælibe remanerent. De niensibus plenam fidem facit Plato Timeo, quod Eremitarum inſtar vix ſeparati à communi conſortio, ut evit omnes ſenſuum offenſiones, ac irrita

Demoſthenes in Oratione contra Timocratem vivis probat rationibus, Sacerdotes, non quidem dum primo offerunt ſacrificium, ſed in omni alias deinceps vitæ decurſu convenire, ut puri ſint, & caſti. Si ergo omnes illi, qui meri erant ſacerdotes diaboli, tantum pro caſtitate zelum demonſtraverint, quomodo non timendum eſt, illos noſtris, qui veri Dei ſunt miniſtri ac cultores, in extremo judicii die exprobraturos laſcivias commiſſas ac impudicitias?

Ex pœnis in ſacerdotes incontinentes, ab antiquis ſacris canonibus, ac conciliis, latis, optimè deduci poteſt, ac demonſtrari, quantopere ſemper Eccleſia deteſtata, ac exe-crata fuerit vitium illud in clero: *Qui poſt acceptum ſacrum ordinem lapſus in peccatum carnis fuerit, ſacro ordine ita careat, ut ad Altaris miniſterium ulterius non accedat: Diſt.* 90. *c. pervenit.* Sed in *c. Presbyter diſt.* 82. diffuſius,, diſtinctiusque legimus pœnas, ac pœnitentias, quas ſubire debuerunt ii qui in vitium carnis fuerant prolapſi, & quia fortè ex legis illius exhibitione fructum aliquem facere poſſem, exiſtimo haud incongruum verbotenus illam hîc referre: *Presbyter ſi forte fornicationem fecerit, quanquam ſecundum canones Apoſtolorum debeat*

*deponi, tamen juxta auctoritatem* B. *I*
*Sylveſtri: ſi in vitio non perduraverit, ſed*
*ſponte confeſſus adjecit, ut reſurgat, de*
*annis in hunc modum pœniteat:* (deduc
gravitate pœnæ enormitas peccati) *tri*
*quidem menſibus privato loco à cœteris re*
*tus, pane & aqua à veſpera in veſperam*
*tur; tantum autem diebus Dominicis,*
*præcipuis feſtis modico vino & piſciculis,*
*leguminibus recreetur, ſine carne, & ſ*
*mine, ovis & caſeo, ſacco indutus hum*
*hæreat die ac nocte, jugiter miſericordiam*
*omnipotentis imploret.* Finitis *tribus m*
*bus continuis, exeat, tamen in publicum*
*procedat, ne grex fidelis in eum ſcandalum*
*tiatur; nec enim ſacerdos debet publice p*
*tere ſicut laicus. Poſtea aliquantiſper reſ*
*ptis viribus, unum annum & dimidium*
*pane & aqua expleat, exceptis Dominicis,*
*præcipuis Feſtis, in quibus vino & ſagim*
*ovis & caſeo, juxta canonicam menſuram*
*poterit. Finito primo anno & dimidio,*
*poris & ſanguinis Domini, ne indureſcat, p*
*ticeps fiat, & ad pacem veniat. Pſalm*
*Choro ultimus canat; ad cornu altaris non*
*cedat, juxta B. Clementis vocem, minora*
*ficia gerat, deinde vero uſque ad expletion*
*ſeptimi anni, omni quidem tempore, exce*
I

*Paſchalibus diebus, tres legitimas feriaś in unaquaque hebdomada, in pane & aquâ jejunet. Expleto ſeptimi anni circulo, ſi ſui Confratres, apud quos pœnituit, ejus condignam pœnitentiam collaudaverint, Epiſcopus in priſtinum honorem, juxta B. Calixti authoritatem, eum revocare poterit. Sane ſciendum eſt, quod ſecundam feriam, unum Pſalterium canendo, aut unum denarium pauperibus dando (ſi opus eſt) redimere poterit. Finitis autem ſeptem annis, uſque ad finem decimi anni, ſextam feriam (nulla interveniente redemptione) obſervet in pane & aqua. Neque hoc cui libet videatur oneroſum, ſi Sacerdos poſt lapſum, dignè, ut ſupra dictum eſt, pœnitens, ad priſtinos redeat honores.* Quis, legens pœnas haſce ab iſto canone latas ac fulminatas, in eos qui injuria afficiunt, ac dehoneſtant Ordinem ſuum ſacrum non refrœnet ſenſus ſuos, carnemque ſuam mortificet? ſanè, qui hiſce non movetur, demonſtrat, aut ſibi deſperatam eſſe ſalutem, aut deeſſe ſanam mentem, dum pro uno delicto, cujus delectatio momentanea eſt, non curat ſubire tam longam, tam difficilem, tam rigidam pœnã, ad decem annos integros extenſam. Verùm, licet hujusmodi pœnitentiales Canones amplius non ſint in uſu, ſive ob numerum, ac multiplicitatem delinquentiã,

ſive ob Clementiam Pontificum, cer eſt, quod ſumma noſtra cum infelicita ac futuro incommodo, longè majora a trociora nobis, pro talibus enormibus d lictis, ſupplicia reſerventur in inferno.

## Caput Sextum.

*Graviſſima injuria, quæ Deo ab impu ſacerdotibus irrogatur, perpenditur, pœnæque illis inflictæ proponuntur.*

STudent ſacri Doctores, variis ſcriptu ac ſimilitudinibus demonſtrare Eccleſia cis enormitatem impudicitiæ, vitii, è d metro, ac directè miniſterio illorum o poſiti. Et licet capite præcedente menti nem fecerimus de punitione Ozæ, mere nihilominus hic iterum repeti, cum ſingu lari aliqua conſideratione S. Pariani: *dep Vos appello, qui cum mala conſcientia L ſancta contingitis, audaces manus, nec ob a xilium ſuſtinet Domini*: Loquitur de illis ſa cerdotibus, qui auſu ſacrilego non veren conſcientiâ maculatâ, manibusque impu ris attrectare virginalem Chriſti carnem quos ut deterreat, ſequens format argu men

mentum: *Qui tacenti Deo, velut neſcienti, pollutam animam, & prophanum corpus ingeritis, audite quid fecerit Dominus tunc: Oza, qui inexplorata conſcientia latus arcæ attigerat, occiſus eſt, & tamen ille non ut aliquid ex ea ſumeret, ſed ut declinantem ad lapſum vitulum contineret, acceſſerat.* Vult dicere: Si morte repentina plexus ſit in terra, qui manum ſuam, non in contemptum, ſed ſublevamen extendit, tetigitque arcam, non alterius culpæ reus, quam legalis alicujus transgreſſionis; quid dicemus de temerariis illis, qui indigniſſimis fœdati ſordibus, inquinati abominationibus, ac millenis conſpurcati laſciviis, ipſummet Arcæ Deum audent contingere, ac ſumere, majori ſane injuriâ, quam ſi ipſum in cloacam ſordidiſſimam projeciſſent? Illud erat, quo deploravit S. Vincentius Ferrerius, *Serm. de S. Marc.* congruitque jam dictis: *Corpus Sacerdotis eſt ſepulchrum Chriſti, cogitate quantam ſanctitatem debet habere in vita, & quod peccatum illorum, qui projiciunt corpus ſuum in latrinam luxuriæ. Majus peccatum eſt, quam ſi duo projicient ſanctum ſepulchrum Chriſti in cloacam.* Quis autem auſus fuit, dum Arca ſolemni in proceſſione portaretur, exponere ipſam evidenti caſûs periculo? *Bos*

*quippe laſciviens, paululum inclinaverat*: 1. *Paralip. cap.* 13, *v.* 9. Per animalia iſta in-guntur Eccleſiaſtici, concionatores, om-que illi jugum Clericalis portant obſerv-tiæ: *Per boves laſcivos recalcitrantes*, in-*liguntur Doctores & Prædicatores, ad* *corruentes*, inquit Carthuſianus ad præ-tum locum, de iis enim in figura ſcrip-eſt: *Mare unum & boves duodecim ſuper-re*: 3. *Reg.* 7. *v.* 44. Siquidem clerus, p-libro primo capite primo diximus, ſu-mundum, per mare deſignatum: *Hoc magnum & ſpatioſum*: *Pſ.* 103. *v.* 25. Ex h-autem deduco, quod ſacerdotes impudi-laſcivi, loco quod deberent ſuſtinere ac p-tare arcam, id eſt Eccleſiam, eamque ex-plari, ac incontaminata, ac inculpabili-fovere, ac conſervare, dum carnis ſuæ-quuntur impulſum, dum ſuæ obediunt ſ-ſualitati, illi, illi ſunt qui eandem turba-extremoque periculo exponunt. Hiſtor-id confirmant, dum enim ruinam minari-deretur (prout in viſo nocturno appar-ſummo Pontifici) Baſilica Lateranenſis, nullo alio capite tantus hic caſus acci-quam ex diſſoluta clericorum, ac pert-vita: *Iacob. Bergom. l.* 13. *ad an.* 1217. *Magna-ricorum licentia*: Præverit autem caſu-

hu

hunc clementiſſima Divina Providentia, ac pro Eccleſiæ ſuæ ſuſtentatione ac manutenentia S. Franciſcum, ejusque ſacratiſſimum ac laudabilem Ordinem ſuſcitavit, cui, præter alia encomia, haſce quoque adſcripſit laudes Æneas Sylvius, *Ep.* 12. poſtea Pius ſecundus, ſummus Pontifex: *Pellit libidines, fulminat illecebras, voluptates ſtrangulat.* Exprimere nequeo, quantam, quamque gravem Deo irrogent injuriam, Altari ſacro appropinquantes, carnalibus inquinati ſpurcitiebus! An non impii, ſacrilegi, athei quodam̃odo dicendi forent, qui in eodẽ collocarent altari, & infamem Veneris ſtatuam, & ſacratiſſimum, nunquamq; ſatis venerandum corpus Chriſti Domini noſtri? Audiat jam unusquisque (clamat Bleſenſis in una ſynodo) quod, *Quicumque ad altare Domini accedit inquinatus luxuriâ, juxta filium virginis, idolum ponit Veneris*, multò pejor in hoc Judæis ipſis: Illi enim in culmine montis Calvariæ impudicæ illius Deæ ſtatuam collocarunt, ut per laſcivam illam effigiem prophanarent ſanctuarium, omnemque Chriſti Crucifixi mortis tollerent memoriam, atque ita ſoli loco injuriam intulerunt; at verò ſacerdotes impudici, directè injuriam irrogant ipſimet Chriſto crucifixo, includendo ipſum



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſuo pectori, Altari ( ita dico) Deæ Ve
conſecrato. Nec ſolum Deæ ſunt injur
cerdotes, qui ſeſe dant in prædam ſe
ac carnalibus voluptatibus, ſed etiam ſib
ipſis, dum corpus ſuum ſacro Chrisma
unctum ac ſanctificatum, & puritati ac c
tati conſecratum, proſtituunt ac propha
*Cum Dominus dicat* (eſt admonitio B. P
Damiani 17. *Opuſc.*) *nolite ſanctum dare c*
*bus, quod de te judicium erit, qui corpus*
*utique ſanctificatum eſt per conſecration*
*ceſſum, non canibus, ſed lupanaribus tradi*
rum (ſi Deo placeat) nonne ſacerdotibu
quibus improperare poſſet Dominus: *Iſa*
24. *Servire me feciſtis peccatis veſtris*, dum
medium Confeſſionis facilitatur quaſ
ad effundendos impuros illorum appeti

Sed quando omnia hæc non ſufficiunt
excitandum horrorem ac deteſtationem
lius vitii, moveant ſaltem pœnæ grav
mæ, & cœlo ſæpius inflictæ impuris Ecc
ſiaſticis: Servit opportunè huic propo
doctrina aliqua Apoſtoli, ſpecialiter ad
directa, qui majus lumen accepimus, qu
ſæculares: Hebr. 10. v. 26. *Voluntariè e*
*peccantibus nobis, poſt acceptam notitiam v*
*ritatis, jam non relinquitur pro peccatis hoſt*
*terribilis autem quadam expectatio judicii, &*
*igni*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ignis æmulatio:* ſequitur modo argumentum fortiſſimum: *Irritam quis faciens legem Moyſis, ſine ulla miſeratione, duobus vel tribus teſtibus moritur; quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui filium Dei conculcaverit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit?* Hoc ipſum facit, qui carnes immaculati Agni manducaticum conſcientia fœdata carnali aliquo delicto, hoc enim modo verè conculcatur filius ipſius DEI; idque clariſſimè indicat Theophilactus ſuper illa Divi Pauli verba: *Quando aſſumentes impollutum corpus & ſanguinem Domini, cœno ac luto corporalis impuritatis carnem noſtram, quæ illud aſſumpſit, involvimus, nonne filium Dei conculcamus?* Ideo minor injuria eſt, ſi ad cloacam fœtidiſſimam projiciatur, quam ſi in animam peccatis impuram recipiatur: *Lutum terræ non adeo indignum eſt corpore Divino, quam indigna eſt carnis tuæ impuritas:* atque in eodem ſenſu explicat præcitata Apoſtoli verba S. Joannes Chryſoſtomus: Hom. 20. ad Hebr. *Quomodo conculcat quis filium Dei? Quando qui eſt ejus particeps in myſteriis, peccatum fecerit, non eum conculcavit? Non eum deſtexit?* Verùm, nonſolum conculcat Sacerdos impudicus

FiliumDei, ſed ex verbis Sancti Pauli enim
ipſum deſpicere, ac expellere SpiritumSa
ctum, quem in ſua ordinatione per impo
tionem manuum Epiſcopi, recepit, illius
loco admittit ſpiritum fornicationis; 
que aliter eſſe poteſt, quia ubi ardet im
ra flamma libidinis, ardere aut lucere n
poteſt Spiritûs Paracliti ignis; Ideo Paſc
ſius Tyrannus, ut illum tolleret è virgi
ſanctæ Luciæ corde, minatus fuit, quod
let curare illam duci ad lupanar; *Jubebo*
*lupanar duci, ut te Spiritus Sanctus deſer*
idemque etiam Deus ipſe clarè edixit: *Gen*
*Non permanebit ſpiritus meus in homine,*
*caro eſt.*

Non debemus absque ſpeciali reflexi
præterire illa Apoſtoli verba, *Heb. 10.*
*deteriora meretur ſupplicia*; quaſi dicer
Sacerdotibus laſcivis non eſſe proportio
tam pœnam mortis temporalis, quæ in a
tiqua lege transgreſſoribus infligebatur,
illis manere præter illam corporis, etiam
ternam animæ. Refert ad hoc propo
tum Molina, cum authoritate Carthuſia
*Trac. 1. c. 17. paragr. 2* alicui Servo Dei exhibi
fuiſſe animas in Purgatorio, atque inter
las vidiſſe plures omnis generis ſtatûs ac co
ditionis, aſt nullos vidiſſe ſacerdotes, quo
cum

cum miraretur, fuit illi dictum ab Angelo, qui eum ducebat; quod aliqui Sacerdotes eſſent valde boni, & illi ſtatim aſcenderent ad cœlum; alii verò qui non eſſent tales, dum carnis ac ſenſus ſequuntur appetitus, ob graviſſimas corpori Chriſti illatas injurias, non accipere ſpatium pœnitentiæ, atque ideo ſtatim damnari. Omne aliud vitium ſuis in miniſtris Deo quodammodo videtur tollerabile, excepto impuritatis. Dum impius Rex Balthaſar omnem ſuam effunderet iniquitatem, in crapulis, ebrietatibus, ſaltationibus, jocis cum ſuis concubinis in honorem Deorum ſuorum, fulmina iræ ſuæ continuit Divina Juſtitia, ſed quando juſſit adferri ſacra vaſa templi Jeroſolymitani, illaq; prophanari fecit impuris concubinarum ſuarum labris, completa erat malitia ejus, ſtatimque apparuerunt prodigioſi illi digiti, qui in pariete deſcripſerunt, ac manifeſtarunt ipſi ſuam condemnationem, ut nobis per hoc inſinuaretur, DEUM in nobis diſſimulare alios exceſſus, ſed quando inter ipſa vaſa ſacra irrepere incipit inhoneſtas, quando illa incipiunt prophanari, ſtatim ac irremiſſibiliter libra incipit nutare, *Appenſus es &c.* Sicque accidit, plures ſacerdotes morte repentina abripi abſque ſacramentis, ac im-

pœnitentes! Hinc B. Petrus Damianus, [
bens contra clericos incontinentes, [
*cap.* 3. hæc illis minatur: *Noli vaſa De*
*crata, in vaſa contumeliæ vertere inolita*
*exemplo Balthaſſar, uſui veſtræ delectati*
*aptare, ne repente zelus Dei ſuper vos, in*
*cundiæ ſe furore ſuccendat.* Et, ſi oculos
ſtros nonnihil ad hiſtorias velimus con
tere, pro fructu noſtro, ac profectu vid
mus quam ſeverum ſeſe ſæpius DEUS e
buerit, in punienda clericorum inco
nentia.

Legitur in Revelationibus Sanctæ Bri
tæ, *lib.* 2 *cap.* 2. quod dum Sacerdos quid
de lubrica vita, quam ducebat, fuiſſet m
tus, ac reprehenſus, nec quidquam tame
ſe emendaret, ſereno quodam die ſubito
mine fuerit tactus in partibus ſecretiori
aliis membris omnibus omnino illæſis.
Petrus Damianus refert de quodam Cleri
*l.* 5. *Ep.* 16. qui ſuo tempore Parmæ ſtude
quod cum familiaris eſſet alicui Domic
raræ formæ, ac pulchritudinis, perpl
annos cum ipſa inhoneſtè converſatus ſi
quali exitu? *Cum commune urbis illius*
*graret incendium, in una domo reperti,*
*que ſimul igne conſumpti; ſic, ſic nimi*
*flamma libidinis, ignem meruit combu*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*nis.* Verùm, idquod majorem debet cauſare terrorem, eſt, quòdſi unus ex ſimilibus redirevelit ad frugem meliorem ſeque emendare, ſtatim iterum recidet, cum ruina eo magis deploranda, quo certius eſt, moraliter quaſi eſſe impoſſibile, eum unquam de luto illo emerſurum. In Annalibus Eccleſiaſticis, occaſione alicujus canonis, emanati contra clericos impudicos, refertur à Cardinale Baronio *ad ann.* 1100. *n.* 23. caſus aliquis terribilis, excerptus ex Petro Cluniacenſi, & eſt talis: Liziniaci in territorio Petri Oricenſi erat quidam Sacerdos, ſumme deditus vitio carnis, nec tamen interim ceſſabat celebrare, ſed ob continuos conſcientiæ remorſus tot, tantorumque ſacrilegiorum, ut tandem reſipiſceret, vitamque infamem, inhoneſtam, ſtatuique ſuo condjugnam permutaret, familiarem cœpit contrahere amicitiam cum quibusdam piæ, optimæque converſationis Religioſis, qui omnes illum & precibus, & exhortationibus adjuvabant, ut de ſordibus ſuæ impudicitiæ, ac propudioſæ vitæ poſſet emergere, aſt in caſſum. Non abſque ratione dedit S. Cyprianus vitio illi hoc epitheton, incendium conſcientiæ: *Incendium conſcientiæ bonæ, mater impœnitentiæ*; *Epiſt.* 147. Siquidem eodem

dem impetu, quo ignis materialis in ci-
res reducit quantummis proceram fort-
que arborem, ſi ſemel illam contigerit,
dem modo libido, ubi ſemel conſcien-
aliquam ingreſſa eſt, omne meritum c-
ſumit, tollit omnem virtutem, evert-
mnem devotionem: Sed revertamur ad
cœptum caſum noſtrum; Sacerdos ille
dem in morbum incidit, ac ad extrema de-
ctus fuit, evocatoque ſuam in aſſiſtentiam
adiutorium, quodam Religioſo, inc-
horribili voce clamare, ut ſibi ſuccurre-
adeſſe enim leonem ferociſſimum, qui
cibus apertis ſe vellet devorare, ſed pero-
tionem ſervi Dei ille fugatus fuit; poſt h-
autem ſpatium denuo infirmus terribi-
vociferare cœpit, ac dicere, quod de c-
ſuper ſe deſcenderet rapaciſſimus torr-
igneus ad ſe comburendum, verùm d-
iterum bonus ille Religioſus fuſis ad De-
precibus pro illo intercedit, etiam ab i-
cendio illo liber evaſit. At verò, poſt-
longum temporis intervallum quaſi ex
to ſomno ad ſe reverſus, totus conturba-
ac horrore plenus, dixit, ſe in viſione r-
ptum fuiſſe, ac ſtetiſſe ante æternum ju-
cium, in quo ad æterna inferorum ſuppl-
eſſet condemnatus, ac jamjam eſſe ſe in m-

nib-

nibus horrendorum ac truculentiſſimorum carnificum, addens inſuper, eosdem tortores Dæmones attuliſſe unam ſartaginem plenam adipe fervente, ad reſtringendam, debitaque pœnâ mulctandam infamem ſuam ac inſatiabilem libidinem. Adjungit inſuper hiſtoria, quod probus ille Religioſus tertiò ſeſe Orationi dederit, ut miſerum juvare poſſet; at moribundus deſperatus illi dixerit, ut deſiſteret, utpote non exaudiendus, prout & accidit, nam ſtatim impuram exhalavit animam in manus dæmonum, in æternum ab illis cruciandam. Mors hæc, & plures ſimiles, quæ ſolent obvenire incontinentibus Eccleſiaſticis, pro frœno nobis ſervire debent ad continendos, ac domandos rebelles ſenſus noſtros.

## Caput Septimum.

*Eccleſiaſtici, præ cunctis aliis, ſenſuum tentationibus magis ſunt expoſiti, ideoque maximè cavere, ac fugere debent ſexum lubricum.*

SAnctus Hieronymus inter omnes illas ſuas rigoroſiſſimas auſteritates, ac in Palæſtinæ remotiſſima ſolitudine, in ſemetipſo ex-

per-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pertus eſt omnia illa ſenſuum certamina, q- niſque aſſultus; admonetque in quadam epiſtola, *ad Ocean.* quantum poſſibile e- ut fugiamus frequens cum fœminis co- mercium, illud enim præcipuus ſcop- eſt, ad quem offendunt ac incurrunt cler- cum irreparabili damno, ac ruina non ſarcienda: *Prima tentamenta clericoru- ſunt fœminarum frequentes acceſſus; iſte ſ- reprehenſibiles exhibet Clericos*: Et licet iſta pice non adeo communiter macul- genus humanum, nihilominus facillime illa inquinatur candor Superpellicei, Ca- ſiæ, ac Rochetti: Clarè id dicit S. Bonav- tura *de mod. Confit. Licet carnalis affectio omnibus periculoſa ac damnoſa, ipſis ta-* (de ſacerdotibus loquitur) *magis pernic-* Idque ideo, quia nos habemus majorem caſionem, commoditatem ac facilitat- ratione confeſſionum excipiendarum, at- cri noſtri miniſterii, directi ac ordinati ad vandum proximũ, proindeq; ſæpius debe- adire ædes, ac cum hominibus conve- cum confidentia aliqua quaſi domeſtica, riis temporibus, & occaſionibus, etiam cum ſexu fragili, & ſæpius lubrico, etiam cum bus perſonis ſimilis farinæ, quas dum pe- ſum habemus eſſe minus, ſed vel ideo,

is periculoſas. Non nemo ex antiquis E-
emi Patribus dicere ſolebat, *Prat. ſpirit. c. 119.*
ongruentiſſime huic propoſito, quod ſic-
it ſal naturaliter componitur ex aqua, ſed
iterum aquæ uniatur, diſſoluitur, ita etiam
omini nato de muliere, non convenit nimis
amiliariter cum ipſa agere, absque pericu-
o perdendi vigoris honeſtatis. Ideo Tho-
mas Doctor Angelicus, interrogatus à qua-
dam Domina, ut quid ita fugeret mulieres,
um tamen de illis eſſet natus, reſponſum
edit haud abſimile dicto præcedenti: *P. Paul.*
*rig. in ejus Vita. l. 1. c. 11.* *Ideo fugio omnes, quia*
*de una prodivi ac ſum natus.*

Multò facilius impudicitiæ contrahunt
maculas Eccleſiaſtici, quam ſæculares, quod
atis clarè erui, ac probari poteſt ex
Apoſtolo, dum ordinavit, ut fœminæ in lo-
cis ſacris velo vultum ſuum cooperirent, id-
que *Propter Angelos* 1. *Cor.* 11., *id eſt Sacer-*
*dotes*, ut explicat Hugo Cardinalis: *ibid.*
cum enim illi, prout ſuo loco vidimus, per
Antonomaſiam vocantur Angeli, idem eſt
ac ſi dixiſſet S. Paulus, velate vos fœminæ,
*ne in veſtram faciem Sacerdotes inſpicientes,*
*moverentur ad luxuriam*, quæ eſt interpre-
tatio ejusdem; ex qua deduco, quod cum
non fecerit mentionem ſæcularium, exiſti-
ma-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

maverit illos non tam facile accipere co giosam illam infectionem, quam Eccl ſticos, ideoque facilius, ſæpiusque hosti Dæmon, quia non ita ſunt occupati, alii: *Quia magis prompti ſunt ad libi propter otium*, prout bene ponderat Hugo: tum etiam quia illorum carnal pſus, præſervant ſœculares ab offend præcipitii. Qui in converſatione cum ſonis differentis ſexus non procedit cum latiſſima circumſpectione, videat, ne dat. Cecidit Adam, transgreditur ve Dei, manducat de pomo prohibito, tam ex deſiderio, ut in ſcientia ſimilis Deo, quam, ut dicit D. Auguſtinus *contriſtaret delicias ſuas*, non curans tr gredi mandatum Dei illique diſplice dummodo placeret conſorti ſuæ. Si in ſtatu innocentiæ cecidit Adam, pro juſtitiâ originali, munitus tantis præſid donis gratiæ cœleſtis, quis ſe ſecurum mare poterit in tali lubricitate, licet in vocatione, ſeu religione ſanctiſſ ſtrictiſſimaque, etiam cum voto ſolemn ſtitatis perpetuæ. *Mulieres apoſtatar ciunt*, eſt ſententia infallibilis Spiritus S per Eccleſiaſticum, *Eccl.* 19. in qua bene bet notari verbum illud, *apoſtatare*, q

ſingulariter reſpicit Religioſos, voto ſtricto obligatos, quaſi vellet inferre, vitium nullum eſſe, quod tam impudenter, aut tam audacter avertit & ſeducit Eccleſiaſticos à DEO, quam ſuſpecta, ac frequentia commercia cum fœminis; quod ſanè tutò credere poſſumus Salomoni, utpote qui in ſeipſo expertus, non ſolum illa certamina, illas carnis infeſtationes, verum etiam ruinam ipſam ac perditionem.

Per hoc tamen, quod ſit lubricum ac periculoſum tractare, converſari cum fœminis, non debemus nos ſubtrahere, aut denegare ipſis auxilium opportunum, propterea dico deſiſtere non debemus, quin nos ipſis totis viribus impendamus in ſpiritualibus illarum neceſſitatibus, verùm armati ac circumdati gratiâ divinâ toties, quoties requirit neceſſitas, & noſtra nõ intervenit ſenſualitas, propria complacentia, aut affectus, debemus cordatè optimoque animo illas accedere, ſemper enim veriſſimum eſt axioma illud: *Facienti quod in ſe eſt, Deus non denegat gratiam.* Nihilominus tamen, caſus illi excepti conveniendi ex neceſſitate ſexum alterum, nullatenus ſecuritatem aliquam parere debent converſandi cum ipſo; veriſſimum enim eſt, quod aſſeverat S. Auguſtinus,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nus, *Dom. 29. poſt Trin. Serm. 2.* ſecuritati
per caſum eſſe vicinum: *Sine ulla dubitat*
*qui familiaritatem non vult vitare ſuſpe*
*citò labitur in ruinam.* David, qui vixeri
cundum cor Dei, vidit à longè, diſtans
paſſibus, vultum Berſabeæ, atque e
intuitu præcipitatur, in adulterium & ho
cidium; & erit aliquis, repetit S. Aug
nus, qui tantum ſuæ fidat debilitati, au
deat tanquam domeſticus familiariter
mibus agere, cum mulieribus, aut in
feſſionali ad faciem, non unius Berſa
ſed millenarum confeſſiones excipere
absque ſingulari precum ac orationum
jutorio, ac debita circumſpectione,
lapſu ſecurum putare? *Serm. 250. de Temp.*
*vid Sanctiſſimus in mille paſſibus mul*
*vidit, & ſtatim homicidium fecit & a*
*terium; & aliqui in aliena domo, cum e*
*neis mulieribus, putant ſe caſtitatis poſſe ob*
*re triumphum?* Et ſi fortè per tempus aliq
non fuerimus lapſi (ita fraudem ac d
ptionem aperit S. Philippus Nerius) e
ſerpentis infernalis aſtutia, ut dum no
bis nimium fidimus, ac de nobis præ
mus, ille tunc facilius nos præcipites ag
laqueum ac foveam, quando illum put
mus abeſſe longius; ideo ſemper mem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

noſtris ac memoriæ impreſſa manere debet ſalutaris illa ſancti Cypriani monitio, ac cautela: *Epiſt.* 62. *Nemo diu tutus eſt, periculo proximus.* Qui ad ignem accedit, licet totus frigidus, ac congelatus, paulatim tamen, ac ſenſim quodammodo ſine ſenſu, non poteſt non incaleſcere; eodem modo, frequens familiaritas cum perſonis ſuſpectis, ita tandem diſponit affectus, ita cor occupat, faſcinat, ac immutat, ut inſenſibiliter fermè in lapſum & ruinam protrudat, ubi in initio vel ſola ſecuturi, aut poſſibilis futuri mali memoria, ac reflexio, potuiſſet abſterrere: *Ante ignem conſiſtere* (eſt ſimilitudo Sancti Laurentii Juſtiniani Patriarchæ digniſſimi *Ca.* 5. *Lig. Vit.*) *etiamſi frigidus ſit, aliquando diſſolvitur; ſæpè familiaritas implicavit, ſæpè occaſionem peccandi dedit, & quod voluptas non potuit in primordio, aſſiduitas poſtea ſuperavit.* Tam potentes non ſunt, ut tela tam fortia avertant, jacula tam efficacia eludant, nec inveterata pietas, nec matura canities, ad manum enim ſunt hiſtoriæ docentes, perſonas conſummatæ virtutis, jamque annorum gravatæ pondere vitæ portum, ac exitum ſpectantes, quia ſibi nimium fiderant, debitaq; cum circumſpectione non proceſſerant, in execrandos cecidiſſe exceſſus *Volater. in Antr.*

*Antr. lib. 21. ad min.* Lego de Roberto de[l]
chio, ſæculi ſui cocionatorum Apoſtolo[-]
rum ſpeculo, qui verbi ſui virtute ac ener[-]
plusquam trecentos movit, ac traxit ad
crum Minorum Sancti Franciſci Ordine
præter aliorum innumerabilium glori[-]
converſiones, quod in ſenectute ſua, c[-]
jam in proximo eſſet, ut laborum ſuorum
ciperet mercedem, miſerrimè prolapſu[s]
in ſordes, ac cloacam ſenſualitatis lubi[-]
exemplo ſuo docens ac probans, etiam
canis nivibus, vivum perſiſtere ignem
bidinis. Verùm, caſum magis horr[-]
dum refert Thomas Cantipratenſis. C[le-]
ricus quidam, quia primis annis du[-]
vitam celibem, ut ſeſe melius impenderet
luti proximorum, Canonicatum ſuum, qu[em]
habebat in Eccleſia cathedrali, permut[-]
cum aliqua Parochiali, totumque ſe d[e-]
ceps impendit pietatis ac charitatis exerci[-]
ita ut, ob fructum quem faciebat in po[pu-]
lo, tum prædicatione divini verbi, tum [ex-]
emplari ſua vita, paſſim ab omnibus pro S[an-]
cto haberetur: poſt curriculum ſexaginta [an-]
norum tam piæ vitæ, virguncula quædam
lita lavare ejus ciliciū, intrat ipſius camer[-]
*Lib. 2. Ap. c. 30. n. 46* *Quid plura? Ad tam*
*fandum infortunium res devenit, ut a[-]*

&

*& ſacerdos, & mulier, antequam ſepararentur, diu ſervato virginitatis, & caſtitatis lilio privarentur.* (caſus certe deplorandus) ſed bene notetur differentia, quæ inter mulierem, ac Sacerdotem interceſſit. *Ex qua re mulier in tantum doluit, ut præ nimia amaritudine mortem acceleraret in planctu; Sacerdos verò expertus incognitum, in luxuria adhuc (ut credimus) viliſſimis perſeverat.* Nec minor adhiberi debet circumſpectio, etiam cum mulieribus illis, qui vel ob añorum maturitatem, aut deformitatem minus videntur eſſe ſuſpectæ, ſuper hoc enim inſignem dat doctrinam S. Cyprianus *de Sing. Cler. Cum Clerico fœmina nulla commaneat, non deſpecta, non vetula, ſine affinitate, peculiariter ſuſcipienda ad domeſticum obſequium, quia magis illic citò delinquitur ubi ſine ſuſpicione ſecurum poteſt eſſe delictum, maximè quia cupidini nulla deformitas, nulla deſpectio faſtidii, vel vilis exiſtit, ſed Diabolus impingens, pretioſum efficit quidquid fœdum, & horridum fuerit.* Hinc eſt quod S. Hieronymus jam moribundus (prout in quadam Epiſtola ad S. Damaſum Papa ſcribit Euſebius) è memoria ſua elabi non permiſerit memoranda verba hæc, ſed ea adſtantibus exprompſerit: *Hæc moribundus jam dixit Hieronymus diſci-*

*pulis ſuis* : *Nullus in hoc confidat vivens*
*ſanctus es, non tamen ſecurus es; plurimi Sa-*
*ctiſſimi ceciderunt in hoc vitio, propter ſuam*
*curitatem.* Non minori cura fugere deben
Eccleſiaſtici aſpectũ fœminarũ, quam al-
jus Baſiliſci, qui intuitu ſuo necat. De M
trona quadam in Flandria narravit P. C
nelius à Lapidè, *in cap. 2. Prover. num. 25.* q
ſi vellet, movere ac alterare poſſet quo
cor, licet grave, licet conſtans, per ſo
fixum in vultum ejus oculorum ſuorum
tuitum, tempore non adeo longo: *Certa*
*non eſſe virum adeo gravem ac conſtantem,*
*ſi fixè eum reciprocè per quadrantem* in
*fuero, non perſuaſerim quidquid vol*
Ut ſeſe multis ex mant moleſtiis ac obl
tionibus, ex quibus ſucceſſu tempori
anguſtias ac miſerias poſſent redigi, Ec
ſiaſtici, id ipſum practicare deberent, q
prudens quidã fecit Religioſus Franciſca
Erat hic Confeſſarius alicujus Domic
inſigni pietate præditæ: Hæc ſæpius r
vit Confeſſarium, quatenus dignaretur ſe
tantum in ſe recipere laboris, ſibi au
conferre honoris unius in ædibus ſuis v
tionis; longo tempore prudentem à P
paſſa eſt repulſam, tandem quodam die,

illa fors eſſet importunior, deſcendit ad Eccleſiam: *Lucas Wadding. An.* 1212. *n.* 24. *Ignem unâ, paleas alterâ manuferens, quas dum igni admovit, ut ſubito ſuccenderentur, adjunxit: Domina, ideo tuum, quamvis pium, recuſo conſortium, & familiare colloquium, quia idipsũ quod paleæ ex approximatione ad ignem lucratæ ſunt, lucrantur etiam Religioſi, qui fœminis familiarius, aut ſæpius colloquuntur.* In laqueum iſtum, pietatis velo coopertum, utinam Deo placuiſſet, ne plures incidiſſent Eccleſiaſtici! Ordimur à pietate, deſinimus ſæpe in carnalitate: Hinc ſemper nobis ante mentis oculos verſari debet appoſita quædam ſimilitudo, qua uſus fuit B. Jordanus, ſecundus poſt S. Dominicum Generalis illius Ordinis celeberrimi, qui cum ex ſuis reprehendiſſet unum, quod mulieri alicui, licet absque malitia, dediſſet manum ſuam; ille autem ſeſe excuſaret, dicendo quod eſſet ſancta, reſpondit Beatus: *Pluvia bona eſt, & bona terra, tamen ex earum admixtione fit lutum, quo fœdantur cæteræ res: ſic & manus viri licet bona fuerit, ſimiliter & mulieris, ex mixtione tamen illius, nonnunquam cogitatio, vel affectio mala conſurgit.* In vit. cap. 43.

## Caput Octavum.

*Demonſtratur ulterius, quod Eccleſia fugere debeant omne frequens, cu mulieribus, licet piis ac ſanctis, commercium, ob periculum, quod illi eſt annexum.*

NOn obſtantibus iis, quæ capite p dente de materia hac tractavimus, illa ſit importantiſſima, ſummique mom ti, ac à Sanctis Patribus graviſſimè inc ta, haud abs re erit, ſi pluribus adhuc ſente capite de eadem agamus. Ob S. Auguſtinus unum è præcipuis mediis, bus aſtutiſſimus infernalis ſerpens, ad cipitandum in cœnoſum luxuriæ la clericum quempiam, utitur, eſſe, u perſuadeat apud virtuoſas ac ſpirituales minas, nullum eſſe periculum: *Nec fœminæ fugiendæ ſunt, quæ Religioſæ vide quia quanto Religioſiores, tanto citius all & ſub prætextu pietatis, latet viſcus dinis.* Et S. Thomas atteſtatur, quod res decepti falſa illa ſuppoſitione, in in prolapſi ſint crimina (loquitur autem in ſona Divi Auguſtini) valde conſpicu

cleſiæ prælati, & tales quidem, ut de illorum lapſu non minus videretur eſſe periculum, quam de lapſu, aut Sancti Hieronymi, aut S. Ambroſii *opuſc. de modo Confit. & purit. Conf. art. 22. Crede mihi Epiſcopus ego ſum, in Chriſto loquor, non mentior, Cedros Libani, id eſt, contemplationis altiſſimæ homines, & gregum arietes, id eſt magnos Prælatos Eccleſiæ, ſub hac ſpecie corruiſſe reperi, de quorum caſu non magis præſumebam, quam Hieronymi, & Ambroſii.*

Prætextus illi pietatis, ac vitæ ſanctitatis, inaurationes ſunt, quibus Dæmon ſuum cooperit venenum, colores apparentes ſunt, quibus abſcondit horrorem, ac deformitatem vitii: *Malum occultum bono colore depictum, domeſticum periculum, delectabile detrimentum,* dicit in hac materia S. Bonaventura, *de modo confit. cap. 4* idemque eſt, ac ſi inſinuare vellet; Periculum magnum eſt, & quidem tale, ut majus eſſe non poſſit; ſed quia domeſticum difficulter ſubterfugitur; damnum inde emergens, eſt incomparabile, ſed quia ſingulari modo, illo oblectatur ſenſus omnibus inditus, ita mentem rationemque faſcinat, ac obfuſcat, ut gravitatem illius nequeat diſcernere. Ignis ille talis eſt, cujus nemo non ſentit calorem, nosque



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

præ reliquis aliis illius ardorem experim
idque eo amplius, ac periculoſius, dum co
pertus latet ſub cineribus Religioſitatis,
per vitæ probitatem creditur extinctus: c
riſſimè hoc dicit *lib. 2. cap. 30. n. 44.* Tho
Cantipratenſis, ſummæ experientiæ Epi
pus: *Exitiabilis dolus eſt, quod quidam*
*gis tentantur de his perſonis, quæ ſpeciem ſa*
*tatis in habitu, & religione prætendunt, q*
*de his, quæ ſæculo ſederunt; & mulieres ſ*
*liter, quæ nunquam de viris ſæcularibus*
*tabantur, eas Diabolus, & mens perv*
*in ſanctos, & religioſos, & viros Eccleſia*
*ſtimulant*; ſervitque propoſito huic qua
Plinii erudita obſervatio, de animali m
mè immundo: *Sus, quando luxuria ſ*
*agitatur, in virum irruit candida maxime*
*ſte indutum*: Quid mirum ergo, ſi e
ſpiritus fornicationis majori impetu inva
candide veſtitos lino, qualis eſt habitus
cleſiaſticorum?

Pervadit etiam ignis ille ſylvas, ac
mos, penetrat calore ſuo tuguria ac
luncas Eremitarum, qui per continuas
ſtinentias ac auſteritates, extinxiſſe vide
tur omnem libidinis fomitem, ac ſu
raſſe omnem carnis ſenſuumque volup
tem, ac illecebras, expellit illos ſuis ca

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tris ac ſpelæis, cogit deſerere ſuas cellulas, in quibus meliorem annorum vigorem arcta in pœnitentia conſumpſerant, jamque ſenes, effœti ac decrepiti, in prædam cedunt libidinis, abeunt, vagantur, diſcurruntque amentium inſtar per ſolitudines, agitati, non ſpiritu Dei, ſed immundiſſimo fornicationis: O, quot (lamentatur ruinas illas B. Laurentius Juſtinianus *de ſpir. animæ. inter.*) *poſt laudabilem converſationem, frequentes orationes, duriſſimam Eremi habitationem, cibi potusque parcitatem, ducti ſpiritu fornicationis, cœnobia, ac deſerta reliquerunt?*

Si tantum prævaleat ater ſpurcusque ſpiritus ille, etiam contra illos, qui horrida inhabitant antra, armati cilitiis, inſtantes orationibus, extenuati jejuniis ac vigiliis, mortificati diſciplinis ac flagellis, ſemoti, ac elongati ab omni malo incentivo, quantò majorem vim habebit, quanto fortiorem exeret impetum in Clericos illos, qui vivunt in plenis ſuis commoditatibus, deliciis, otio, recreationibus, conviviis, in medio populoſæ urbis, ſcrupulum facientes, ſi comœdias accedant prophanas, feſtivas, ludicras, ſaltationes ac tripudia frequentant, ac in quibusvis diſſolutis ſæcularium recreationibus reperiuntur? *Si hæc in viridi, quid in arido?*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Si materiam inveniat tam bene diſpoſit
quam facile accendet ignem illum, de q
veritate dici poteſt: *Iob. 31. v. 12. Ignis eſt*
*que ad conſumptionem devorans, & omnia*
*dicans genimina.* Si vel unica ſolum im
illius ignis ſcintilla, ſubintret cor aliq
aliàs bene diſciplinatum, ac diſpoſitum,
illa ſufficit ac deſtruendum, ac perdend
totum id, quidquid per plurium anno
arduos labores acquiſitum eſt boni, vir
ac meriti. Si halitus unicus, unicus conta
ſufficiat ad aliquem lue inficiendum ea
proportione unum verbum, unus ge
unicus aſpectus ſufficit ſæpiſſimè, ut in
de aliquo ignem talem accendat, cuju
pudica flamma ad extremas illud ded
miſerias. Tremendum eſt, id quod ſcr
S. Bernardinus de interiori illo periculo,
vietque plurimum ad refrenandos, præ
ſenſus alios, ſenſum auditus, exclamat
go: *Cap. 4. S. 10. Cautela adhibenda eſt au*
*tui; nam ex auditu Cedrus Libani corr*
Intelligebat Sanctus per Cedrum illam
micellam aliquam ſibi notam, quæ intact
conſervaverat virginitatis ſuæ lilium
triginta octo annos, ex unico audito in
neſto ſermone, aut familiari colloqu
tam enormiter cecidit, ut ſi dæmon

mo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mortali fuiſſet indutus carne, pejus cadere non potuiſſet: *Vidi virginem unam, jam triginta & octo annis in virginitate permanſiſſe propter Chriſtum, & ex uno verbo dehoneſto audito, corruiſſe ita terribiliter, quod ſi Diabolus carnem haberet, non taliter corruiſſet.*

Vitii hujus enormitas talis, ut ſi ſemel prædominetur, ſi ſemel in ſenſum Principatum obtineat, ita tyrannicè illum regat, urgeat, ac ſtimulet, ut mentem tandem abducat à Fide: *ubi quis cœperit luxuriari, incipit deviare à Fide, ita duo committit maxima crimina, opprobria carnis, & mentis ſacrilegia.* Eſt ſententia S. Ambroſii, *lib.* 4. *Ep.* 30. proh dolor! nimis comprobata ac authenticata experientiâ ipſâ. Narrat Joſephus à Coſta de quodam homine celebri in Inſulis Peruanis, qui ob præſumptam vitæ probitatem, habebatur pro Orbis miraculo, ſed audite: *Familiaritate mulierculæ, quæ ſe edoceri ab Angelo magna quædam myſteria jactabat, quæque extra ſe interdum rapiebatur, aut rapi ſimulabat, velut altera olim Philomena, aut Maximilla Montani, ita devictus eſt, ut in omnibus, pro oraculo haberet ſatis ſordidam.* Quam peſtilens eſt vitium iſtud, impurus ille carnis pruritus, qui non ſolum ſpectatores ſuos prævaricari fecit, verum etiam in varias

illos protrudit ac demergit hæreſes, tam infenſum, tam inſidioſum ſtatui Eccleſiaſtico, ut niſi eidem fortiter ac efficaciter objeciſſent Reges, Papæ, ipſeque Redemptor, jam dudum è Clero abolitus, proſcriptus fuiſſet, tam invisus ac ingratus pluribus, cœlibatus. Si hiſtorias Eccleſiaſticas pervoluere velim, reperiemus paucos fuiſſe hæreticos, qui ducti non fuerint ad apoſtaſiam, turpemque ab Eccleſia ſeceſſum, quam ob effrænem petulcamque carnis licentiam. Hinc quidam in Concilio infame libidinis vitium appellatur fœda putridaque contagio, quam Eccleſia, non absque ſummo ſuo dolore, plurimos filiorum ſuorum deperd... *Conc. Lond. An.* 1237. *c.* 16. *Putridum libidinis turpitudinis contagium, quo decor Eccl... graviter maculatur.* Ideo S. Carolus, Præſul vigilantiſſimus, ut à Clero ſuo omne averteret periculum, quod è mulierum commercio ac contubernio poſſit oriri, decrevit, ne ullus Eccleſiaſticorum, absque ſpeciali ſua licentia auſus eſſet cohabitare alicui fœminæ, quantumvis ſtricto aut vicino parentelæ, aut conſanguinitatis vinculo annexæ. *Act. Eccl. Mediol. pag.* 413. *Ne ſecum... mi fœminas, etiam arctiſſimo conſanguinitatis...*

*aff...*

*affinitatisve vinculo conjunctas, aut cibos parandi, aut alia officia domeſtica præparandi causâ, aliave cauſæ ſpecie, etiã ſi non pernoctaverint, nullus Eccleſiaſtici Ordinis homo, ſine ſcripta noſtra facultate, à nemine permittatur, niſi à nobis:* Sciebat enim Diabolam optimum eſſe Philoſophum qui opportuno tempore novit præſcindere objective, ac diſtinguere inter matrem, & fœminam, inter ſororem aut neptẽ, ac mulierem; Qua propter inter alia ſaluberrima conſilia, quæ S. Hieronymus dedit Nepotiano, etiam hoc unum fuit, ne fideret præteritæ ſuæ conſtantiæ, in conſervando puritatem ac caſtitatem ſuã; ſiquidem David & Salomon, quorum ille erat ſanctiſſimus, hic ſapientiſſimus, miſerè periclitati ſunt; ideoq; caveret ſolus cum ſola agere perſona alterius ſexus: *Ne in præterita caſtitate confidas, neq; enim Davide es ſanctior, neq; Salomone poteris eſſe ſapientior, memento ſemper, quod Paradiſi colonũ de poſſeſſione ſua mulier ejecit; ſolus cum ſola absq; arbitris & teſte non ſedeas*; idque ſumma cum ratione, ſiquidem S. Bernardus, homo tantæ experientiæ, liberè edicit, quod minus miraculum æſtimet, aliquem de morte revocare ad vitam, quam quempiam ſecreto agere cum fœmina absq; peccato· *Cum fœmina ſemper eſſe & fœminã non cognoſcere, hoc ego majus puto eſſe, quã mortuos ſuſcitare. Serm. 63. in cant.*

Optime cognoſcebant Sancti illi pericul
evidens, ideoq; in agendo, aut tractando c
mulieribus, ſumā utebantur circumſpectio
ut ne quidem oculos ſuos in illarum vultu
aſpectum figerent, aut elevarent. S. Philip
Nerius non minus privilegiatus, quā S. Th
mas Aquinas in non ſentiendo carnis ſtimu
aut rebellionem, nihilominus cum illi
triginta annos confeſſa fuiſſet quædam r
formæ Domicella Romana, nunquam fac
illius aſpexit. Sanctus Cardinalis Petrus D
mianus, Ordinis ſancti Benedicti Religioſ
dum quadā vice requireretur ad catechiz
dam quandam Marchionis Rainerii do
cellam, libere id facere recuſavit aliter qu
calamo, & ſcripto, hæcq; ipſius erat excuſa
*Lib. 7. Ep. 18.* *Juvencularum formidamus a*
*ctum*; idq; eſt amplius, magisq; appropinqu
re Chriſto, ſumō Sacerdoti, qui ſicut in om
bus eluxit virtutibus, ita ſingulariter exce
in caſtitate. Dum deberet tractare cum Ad
tera, ſtabat vultu inclinato verſus terra
dumq; ſolus cum illa eſſet relictus, ſubito
lam dimiſit absq; ulla ulteriori commiſſio
aut ſingulari ſpirituali inſtructione, prout
litus erat facere aliis, ſatius judicans nobis
linquere bonum illud exemplum, quam illa
diutius apud ſe detinere, ac ſolum ſolam ca
techizare.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Statim poſt ſuam reſurrectionem apparuit Magdalenæ, anxiè ipſum inveſtiganti, aſt in habitu incognito, ac ſpecie hortulani, dumque ſe eidem manifeſtat, confeſtim dicit, *Noli me tangere, nondum enim aſcendi ad Patrem meum*, *admonens* (dicit ſacer quidam interpres Paul. de Palat.) *quam ſint parum tutæ privata colloquia virorum cum fœminis*. Dum vitæ vellet reſtituere Archiſynagogi filiam, *Matth.* 4. *v.* 23. expreſſè mandavit, ut defunctæ parentes ſibi aſſiſterent, *ut inſtrueret miniſtros Eccleſiæ* (eſt obſervatio doctiſſimi Salmeronis Tom. 6. Tr. 16.) *ne ad fœminas, præſertim adoleſcentes intrent, niſi adſint earum propinqui*. Nec cuiquam videatur ſuperflua illa à Chriſto adhibita cautela, licet enim illa foret mortua, ac proinde ceſſare videretur omnis periculi ratio, attamen ex facto aliquo, quod contigit in Hiſpania, in Regno Legionenſi, docemur, ſanctos ipſos non videri affici, quod ad cineres ſuos, pro nocturnis vigiliis celebrandis, accedant fœminæ, licet illi plane incapaces ſint impuri alicujus ignis. Palatium Regale, in quo habitabat Regina Sanctia, virgo devotiſſima, adhærebat Eccleſiæ ſancti Iſidori, dumq; illa quadam nocte per feneſtrã aliquam preces ſuas funderet ad corpus illius Sancti, apparuit is ipſi, ac dixit: *Baeza lib. 6. c. 21.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*in Evang.* *Quamvis virginitatis voto te Dē craveris, & ego Deo devotas ſemper dilexi fœminas, tamen nunquam acceptam habui rum mecum diuturnam reſidentiā.* Ex quo cere poſſimus, quales, quantiq; fuerint Sancti caſtitatis corporum ſuorum Zelatores ſolū dumviverent, verū etiam dum ſunt mortui, in eodē rigore cuſtodientes ſuos cineres.

## Caput Nonum.

### *Varia adferuntur remedia pro conſervanda Caſtitate, ac continentia.*

VIdimus præcedentibus capitibus, non ſolum quam ſit neceſſaria Eccleſiaſtici caſtitas, verum etiā quam difficulter eadem inter varias multiplicesq; occaſiones, cuſtodiatur: reſtat ergo, ad cuſtodiam illam facilitandam ac alleviandam, ut cogitemus de mediis quæ à Sanctis ſuggeruntur, & quorum ipſi in ſemetipſis ſumpſerunt experientiam.

Primum remedium, illudq; potentiſſimum eſt, frequenter debita cum animi præparatione accedere, ad ſacroſanctam Euchariſtiam: nunquā enim, nec facilius, nec efficacius ſe... gabitur, aut extinguetur in nobis immundus carnis pruritus, quam ſi omni die propriis noſtris manibus nos cibemus carne puriſſima īmaculati illius Agni, ac pretioſiſſimum bi...

mus ſanguinem, de quo ſcriptum eſt, in Zacharia Propheta: *Cap. 9. v. 16. Vinum germinans virgines:* hicq; eſt fons ille, ad quem nos invitat S. Chryſoſtomus, *Hom. 45. in Ioan.* ut impuros noſtros refringeremus ardores, extinguamusq; laſcivas flam̃as, quibus æſtuat, ac accenditur cor noſtrum: *Si quis æſtuat, ad hunc fontem ſe conferat, & recreabitur; mundat ſquallorem, & ſordes æſtus mitigat, non ſolares, ſed quos ignitæ ſagittæ imprimunt.* Si incipiamus guſtare dulcedinem panis cœleſtis, non poterimus ſtatim nõ faſtidire omne id, quod à ſenſu offertur delectabile, veriſſimum namq; eſt id, quod prudentiſſimè ſcripſit S. Cyprianus: *De Orat. Dom. Omnia carnalium ſaporum irritamenta, & omnium exuperat dulcedinum voluptates:* ſervitq; hoc, non ſolum lapſis pro antidoto, verum etiam debilibus, pro præſervativa, ne labantur.

Similiter Oratio, efficaciſſima armatura eſt, contra ignita libidinis tela; *Oratio pudicitiæ præſidium, atque tutamen eſt*, regiſtratum reliquit S. Gregorius Niſſenus, *Trac. 1. de orat. Dom. c. 2.* adhibuitque remedium hoc S. Paulus Apoſtolus, dum carnis ſtimulis urgeretur: *Datus eſt mihi ſtimulus carnis &c. propter quod ter Dominum rogavi; 2. Cor. 12. v. 7.* S. Philippus Nerius hoc medio duarum impudica-

dicarum eluſit aſſultus, dum enim ita in- ceptus eſſet, ut omnis effugii præluſus eſſe- ditus, nec ſciret quomodo ſeſe extremis in auguſtiis defenderet, recurrit cum Sapi- te in Sapientia ad Orationem: *Ut ſcivi, q- niam aliter non poſſem eſſe continens, niſi D- det, adii Dominum & deprecatus ſum il-* oravitque tanto cum fervore, ut impu- illæ diſceſſerint ſummo cum rubore.

Aliud præſtans ac nobile præſervati- ad tutandam ac conſervandam caſtitatem meditatio fervens Dominicæ Paſſionis, q- nobis eo eſt facilior, quo familiarior, c- indies offeramus incruentum illud ſacrifi- quod repræſentativum eſt omnium illor- pœnalium ac triſtium myſteriorum. S. Aug- ſtinus, *cap. 22. Manualis.* prout omnes ſ- unt, & ipſe de ſe in libris Confeſſionum fa- tur, per triginta tres annos immerſus laſci- ſordibus, poſtquam ad Deum fuit converſ- ſentiretque interdum carnis ſtimulos, vuln- rum Chriſti meditatione ſe defendebat: C- *me premit caro, recordatione vulnerum Do- ni mei reſurgo.* Idem remedium aſſignat Bernardus: *de inter. dom. c. 38. Quoties te ſ- tis cogitationibus pulſari, & ad illicitam de- lectationem offici, toties pone ante mentis ocul- quomodo Chriſtus in Cruce crucifixus eſt pro*

H

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Habeas vivaciter igitur menti tuæ impreſſam ſanctam Crucem, quæ eſt propugnaculum ac ſcutum contra laſcivas cogitationes: ſiquidem quam primum in imaginatione noſtra comparet ſalvifica arbor iſta, ad ipſius præſentiam diffugit omne, quidquid minus pudicum ac honeſtum menti obverſabatur, illiusq; impugnabat puritatē: *Tanta eſt vis Crucis* Chriſti (inquit Origenes *In cap. 6. ad Rom.*) *ut ſi illa ante oculos ponatur, nulla concupiſcentia, nulla libido, nullus furor, ſed continuo ad ejus præſentiam, totus ille peccati, & carnis fugatur exercitus.*

Mirabiliter quoque juvat ad ſedandum ebullientem concupiſcentiæ ardorem memoria mortis: *Non habet concupiſcentia locum, ubi mors timetur*, ſcribit S. Zeno: qui enim recte recogitat ſe brevi reſolvendum in cineres, qui cogitationes ſuas occupatas tenet conſideratione incerti quidem, inſtantis tamen ſui finis, facile aditum occludet omni carnali delectationi, ſenſuumq; illecebris. S. Auguſtinus ad extinguendum fervorem ſenſualitatis, efficaciſſimum juvamē invenit in timore mortis, ac judicii, quod illi indiviſibiliter eſt aſſociatū: *l. 2. Confeſſ. Nec enim me revocabat à profundiore voluptatum carnalium gurgite, niſi metus mortis, & futuri judicii tui.* Ideo nos Eccleſiaſtici ſæpius nos debemus impēdere in aſſiſtē-

do

do moribundis, & ſepeliendo mortuos, ei
hoc potens juvamen , ac præſervativum,
non impetatur aut titilletur amor aut affe
noſter à creata aliqua forma aut pulchrit
ne : *Nil quippe* ( aſſeverat S. Grego
*Lib.16. mor. cap. ult.*) *ſic ad edomandum ca
lium appetitum valet , quam ut unus qui
hoc, quod vivum diligit, quale ſit mortuum
ſet.*

Qui vult, ut caro ſua non inſoleſcat,
deat eam domare mortificationibus, jeju
auſteritatibus, alioquin qui in medio de
rum, crapularum , ac mollitiei putat ſe c
ſervare poſſe ſuam caſtitatem, ſeipſum a
tè decipit, inquit S. Hieronymus : *Lib. 1.
Iovin. Si quis exiſtimat poſſe ſe verſari in
ciis, & deliciarum vitiis non teneri, ſeip
decipit.* Lilium caſtitatis non floreſcit, n
medio ſpinarum , ibidemque majorem
rat fragrantiam, dum feritur puncturis
ris, ac auſteritatis corporalis : *Candore
tinet inter ſpinas, & quanto magis ab ipſi
gitur , majorem reddit odorem* , ſcriptum
quit pro noſtra inſtructione Hugo Ca
lis : *in Can. cap. 2.* Ideo ſanctus Paulus
moleſtaretur carnis inſolentiis, ſeipſum
vabat, ac curabat jejuniis, aliisque corp

bus macerationibus: *Caſtigo corpus meum, & in ſervitutem redigo. Si certabat electionis vas* (argumentatur S. Laurentius Juſtinianus *de int. conf. c. 3.*) *carnem ſuam diverſimodè affligens, ne ſpiritui noceret, quid nos acturi ſumus?* Si Paulus, vas illud electum, qui ſecurus erat, quod theſaurum virginitatis ſuæ perdere non poſſet, nihilominus dum à carne tentatur, timet, non eſt ſecurus, carnem ſuam affligit, & nos, qui nullam habemus aſſecurationem, ſperamus conſervare caſtitatem inter commoditates noſtras, inter delicias, inter lautas menſas? *Luxuria nutritur ventris ingluvie*, monet S. Bonaventura, *de prof. rel. lib. 2. cap. 52.*

Optimum etiam erit medium, conſiderare, quod Fideles omnes, prout dicit S. Paulus, ſint membra Chriſti: *Neſcitis, quoniam corpora veſtra membra ſunt Chriſti?* 1. Cor. 6. v. 15. Et multo magis Sacerdotes, qui mediante ſacra Unctione Chriſto non ſolum ſunt identificati, ſed quaſi alter Chriſtus? Porro, vitium illud infame libidinis dimembrat Chriſti corpus, facitque ex membro corporis Chriſti, membrum Diaboli, dum illi in prædam cedit: *Peſtis eſt, quæ corpus Chriſti dimembrat, & quæ de membris Chriſti facit mem-*

*membra Diaboli*, inquit Guerricus Abb.
*Lib. 4. de pur.* Quotieſcunque ergo rebella-
rit, ac inſurrexerit caro, quotieſcumque
perſuadere conabitur, ut pudicitiam viol
generosè ac cordatiſſimè tibi ipſi impro-
rare debet: *1. Cor. 6. v. 15. Tollens ergo me-
bra Chriſti, faciam membra meretricis?*
illa membra mea Sacerdotalia, Chriſto di
ac conſecrata, proſtitutæ alicui ac inf
beſtiæ in prædam dabo, & in impudi
proſtibulo appendam? Ergone manus
quæ contractant pulcherrimum illud li
campi, millenis polluam ſordibus ac ſp
tiebus? Ergone linguam illam, quæ tre
do nimis Chriſti rubeſcit ſanguine, im
ac laſcivis defœdabo diſcurſibus, profa
luxurioſis verbis? *Quomodo poſſum hoc
lum facere? Gen. 39. v. 9.* Dicebat caſtiſſi
Joſeph: Quomodo poſſum tam inique
Chriſto agere, talem injuriam meo in
Characteri, mihi ipſi tantum cauſare præ
cium? Quicumque ſibi ipſi in ſimili te
tione, hæc aut ſimilia conſtanter ac effica
improperaverit, haud dubiè ſtatim vires
tiet ad illam ſuperandam.

Otium aptiſſimum medium eſt, per q
dæmon plures præcipites egit in impudi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cloacam. *Otioſitas mater eſt concupiſcentiæ; ipſa eſt, quæ virum pudicum fortiſſimè præcipitat in omnem reatum laſciviæ, facit ſuffocare virtutem, nutrire libidinem,* clamat S. Laurentius Juſtinianus: *de Lign. vitæ Cap.* 5. Sicuti, ad ſubito ſubmergendam navem aliquam, ſufficit exigua rima aut fiſſura in ſentina ejus, ita quoque ad perdendam animam aliquam in profundum lacus ſpurcitiarū, ſufficit Dæmoni minima apertura alicujus otioſitatis, alicujus oſcitantiæ, eſtque hæc ſimilitudo ſancti Bernardi: *Serm. ad Frat. de monte Dei.* *Sicuti per rimam ſentinæ aqua latenter intrat, & creſcit, donec navis mergatur; ita ex otio cogitationes & concupiſcentiæ multiplicantur, donec navis cordis eis ſuccumbens in peccata periclitetur.* David poſtquam poſt meridiem dormiviſſet, otiosè ivit ambulatum per palatium Regium; 2. *Reg.* 11. *Accidit, ut ſurgeret David de ſtrato ſuo poſt meridiem, & deambularet in ſolario domus Regiæ*, dumque adſpicit alterius uxorem, miſerrimè cecidit in adulterium: *Otioſus, propter quod incidit in adulterium,* habet ibidem Lyranus in gloſſa. Sanè Eccleſiaſticis tempus ſuppetere non deberet, ad ſtandum otiosè, ſi quidem illud quod eis ſupereſt, poſt celebratam miſſam,

reci-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

recitatum divinum officium, exceptaſco
feſſiones, aliasque ſimiles occupationes, qu
reſiduum eſt, impendere deberent in ſtud
ſacrarum litterarum, Hoſpitalium ac infirm
rum viſitatione, ignorantium ac rudium
techiſatione, ut indies de illis veſperi
poſſit illud Oſeæ Prophetæ, *c. 72. v. 10.*
*pleni invenientur in eis.*

Adhuc duo alia media, ad avertend
nobis impuros carnis impetus, ſuggeru
à Sanctis: unum eſt, ſollicita ſenſuum cu
dia, illis enim ſi liberè concedatur eva
quocunque volunt, incapaces tandem
impatientes frœni, quo à præcipitio r
hantur: *Incendium libidinis, violatio*
*tatis, eſt ſenſuum curioſitas,* inquit Patria
Juſtinianus. Aliud medium eſt accurata
cumſpectio prudensque cautela in noſtr
ctionibus, ac quotieſcunque neceſſitas req
rit ut cum proximo noſtro agamus, mox
ſexu fragili. S. Iſidorus Peluſiota Lib. 1. Ep
inſtruit nos, quomodo nos gerere debe
in ſimili occaſione: *Quod ſi cum ipſis co*
*ſari neceſſitas aliqua te conſtringit, oculos*
*dejectos habe, cumque pauca, quæ ipſarum*
*mas perſtringere atque illuſtrare queant*
*tus fueris, ſtatim avola.* Deberemus no
cleſ

cleſiaſtici in illo puncto tam eſſe ſcrupuloſi, prout Ruſtico ſcripſit S. Hieronymus: *Epiſt.* 4. *Matrem ita vide, ne per illam alias videre cogaris, quarum vultus cordi tuo hæreat, & tacitum vivat ſub pectore vulnus. Joannes Baptiſta ſanctam matrem habuit, Pontificisque filius erat, & tamen, nec matris affectu, nec Patris opibus vincebatur, ut in domo parentum cum periculo viveret caſtitatis.* Si ergo juxta verba ſancti Hieronymi, S. Joannes Baptiſta, digniſſimus ſummi Sacerdotis, ac ſancti Pontificis filius, Meſſiæ Præcurſor, ſanctificatus in materno utero à Chriſto, ab omni ſecurus lapſu, utpote confirmatus in gratia, ſibi non fiderit manere apud Eliſabetham matrem ſuam, ac fœminam ſanctiſſimam, ſed ſibi timuerit de iis, quæ in magnis ædibus ac familiis ſolent contingere; Quomodo nos, abſque audaci (fermè dixiſſem temeraria) præſumptione indifferenter nos ingeremus ad agendum, tractandum, liberè converſandum cum ſexu altero, qui non ſolum non ſumus dotati ſanctitate, ſicut Joannes Baptiſta, ſed ne micam illius poſſidemus, econtra verò viridibus, viviſque abundamus, ac ſcatemus paſſionibus? *In medio mulierum noli commorari, de veſtimentis enim procedit tinea, & à muliere iniqui-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*quitas viri*, eſt conſilium ſpiritus ſancti in E-
cleſiaſtico, *Eccl.42. v.13.* quod quivis prud
cautè obſervet, ac ſequatur. Dicere ſol
Petrus Conſolinus, ob vitæ innocentiam
exemplariſſimam converſationem ſingu
ter dilectus, ac gratus S. Philippo Ne
quod ſexui alteri ſubvenire, eique noſtra
ferre deberemus obſequia, ſed ſicuti
mabus in Purgatorio, quibus equidem
currimus, ac auxilia præſtamus, ſed à lo
Etiam inſinuo, quod contra impuras
tationes utiliſſimum futurum ſit, ſeriò
loque recolere ſtatus ſui dignitatem, m
mè ſi quis ſit Sacerdos, circa quod pro
tum refertur de bono ac probo quodam
dinale, *In vit. pag. 128.* quod dum de inco
nentia tentaretur, arripere ſoleret ſumm
tem ſui pilei Cardinalitii, illumque fixè
ens, dicebat: *Beretta mia, miti raccom
do*: Mi pilee, me tibi commendo, hac
conſideratione eludebat tela ignea ne
ſimi infernalis hoſtis. Serviet ultimo
remedio ac adjutorio prævalido, devo
confidentia erga ſanctos Angelos, ma
proprium cuſtodem, de quo dicebat S. V
& Martyr Cæcilia: *Ego in Angeli tutela
qui virginitatem meam cuſtodit, quare m*

*in me committas, quo ira Dei in te concitetur.* Breviar.

## Caput Decimum.

### *Cum decore, ac nitore reſplendere debent loca veſtium ac ſupellectilis ſacræ, aſt longè ab omni faſtu, ac luxu prophano.*

INcumbit ſpecialiter Eccleſiaſticis curare, ùt debitus nitor, ac congruens ſplendor, ac decor eluceat in divino cultu, nec erubeſcant in hoc imitari ac æmulari Principem aliquem ſæcularem, qualis erat David, qui de ſeipſo abſque vana jactantia, pro noſtra autem inſtructione, ſcriptum reliquit: *Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ.* Pſ.25.v 8. Congregaverat ille pro extructione templi ſumptuoſiſſimi plurimos auri & argenti milliones, illudque poſtea cum ſtupore omnium ſæculorum erexit filius ejus; & tamen ſcimus, quod in templo illo corporaliter nunquã habitaverit ſuprema Majeſtas, prout comoratur in Eccleſiis noſtris: *Ubi inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter.* Coloſſ.2.v.9. Reſplendebat templum illud interius undequaque puto,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

puriſſimoque auro, aliiſque fulgebat lapi-
bus pretioſiſſimis, & tamen non ſerviebat,
ita dicam, niſi pro animalium macello, q
indies ibi mactabantur ac jugulabantur
ſacrificiis, qualia erant oves, boves, ar
&c. Quanta ergo majori ratione niter
exornari debent templa noſtra, in quibu
tare, non rubet de inſenſatorum anima
cruore, ſed de ipſiusmet Chriſti Agni im
culati ſanguine tremendo ac venerando?
poſitè de hoc argumento loquitur Felix P
*Judæi, qui umbræ legis deſerviebant, hæc fa*
*bant; multò magis quibus veritas patefacta*
*templa Domini ædificare, & prout melius*
*ſumus, ornare debemus*. Ornatus autem h
modi eſt, ſacra ſuppellex, in quam, præ
quis omnibus reditus ſuos impendere de
Eccleſiaſtici, licet enim talia in privatis
bus ſpolia ſint ſæcularis ambitionis, in te
plis tamen ſigna ſunt ac indicia ſplendid
religioſæ pietatis: *Auro & argento, la*
*bus pretioſis, pro poſſe fidelium, ſingulis m*
*ſplendet feſtiva devotio, quæ cum in ſæcu*
*bus ambitionis inſignia ſint, in Eccleſiaſtic*
*tatis indicia ſunt*, prout ſcribit Rupertu
bas. *Lib. 2. de divin. offic. cap. 23.* Et ut ver
tear, quæ modo comparatio eſt inter pa
Potentium, ac Magnatum hujus ſæculi, &

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ter templa, quæ ſunt domus Dei veri & vivi? ſurgit enim, erigiturque una maſſa lutea (quaſi vero in illo, & non in aliis, conſiſteret Eminentia Principum) tota reſplendens & intus, & foris magnificentia ac ſumptuoſitate, ubi econtra domus illæ, in quibus docetur Fides, alitur pietas, quaſque incolit continuo Rex Regum, ac Dominus dominantium, ſæpius & intra, & extra meram ſæpiſſimè ſpirant paupertatem! Quam indignum eſt, nudum quodammodo, ac quaſi ſpoliatum videre Dei templum, dum prophani parietes periſtromatibus pretioſiſſimis cooperiuntur, inſuper & armaria inexhauſto, ac ſæpe inutili, redundant veſtium genere. Chriſtus ipſe adhuc in carne mortali degens, ſufficienter indicavit, quantum expeteret, ac deſideraret ſacrorum ſplendorem templorum; ſi enim verum eſt, prout eſt veriſſimum, quod cœnaculum Sion, in quo Apoſtoli fuerunt ordinati Sacerdotes, & inſtitutum ſacratiſſimum Altaris ſacramentum, fuerit prima Eccleſia, in nova Lege Evangelica reperiemus, quod voluerit illud eſſe ornatum: *Oſtendet vobis cœnaculum grande ſtratum:* Lucæ 11. *v.* 12. Etiam ipſe calix, in quo ſanctiſſimum ſuum conſecravit ſanguinem fuit ex lapide pretioſiſſimo; ut intelligere-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mus, quod ubi agitur de ſacris vaſis, d
ſimili ad Dei cultum ſpectante ſuppelle
nullum pretium, nullasve divitias eſſe ſ
fluas. Et vero, quanta cura ac ſollicitu
non procurat ſponſus aliquis ornatum
ſponſæ, immenſas in illo faciendo expe
conſumendo in illum interdum ipſam d
imo & integrum Patrimonium? Quis
qui neſciat ſponſam noſtram eſſe Eccle
Cum illa enim caſto fuimus juncti conn
dum in Epiſcopi manibus ſtrictum perp
caſtitatis emiſimus votum, illaque tunc
conſignata eſt in ſponſam: Nunquid
omni poſſibili induſtria allaborare deb
ad promovendum illius decorem ac
tum, nihil intermittendo quod ad nitc
ſplendorem, amplitudinem majorem, ac
chriorem illius cultum conferre poteſt
quid ni? *ſponſa eſt, ſtudete ornatui*, inq
Bernardus. *Serm. 26. in Cant.*

Cura illa, quam in antiqua lege de
ſtravit Deus pro ornatu Tabernaculi,
pro vaſis ſacris, aliaque ſuppellectile,
omnia umbræ tantum erant ac figura
gratiæ, clarè probat, quantum ſibi cor
cat Deus ornamenta, decorem ac ſplend
templorum, altarium, veſtium ſacerdota
aliorumque pro cultu divino utenſilium

quia facta eſt mentio Tabernaculi, obſervatione dignum eſt, quomodo increata Sapientia ejuſdem præſcripſerit, ac mandaverit ornatum: *Facies cortinas de byſſo, & hyacintho, & purpura, & cocco,* præcipit deinde, *Facies & ſaga cilicina, ad operiendum tectum tabernaculi. Exod. 36.* Per cortinas illas, intelligit Lyranus Eccleſiaſticos: ergo (ecce myſterium) licet velit Sacerdos æternus, ut induamur veſtibus pretioſis, ad conciliandam inter homines venerationem ac reſpectum, ſimul etiam pro majori reverentia ac decore ſui cultus ac ſervitii, requirit nihilominus eodem tempore ſub ſplendentibus illis veſtibus, ſub holoſerico ac tela aurea ac argentea, pannos cilicinos, paupertatem, modeſtiam, ac auſteritatem corporis; ex quo patet plus Deo placere ornamenta in honorem ſuum facta, quando habitus pretioſos exteriores, interior virtus, ac exemplaris vita comitatur. Veriſſime cum ſum̃o ornatu, decore ac magnificentia reſplendebat in Eccleſia S. Carolus, in habitu Pontificali comparebat, ac procedebat ſumma cum majeſtate; verum ſub illo latebat hiſpidum cilicium, ac habitus ita miſer, ita lacerus, ut illũ vix pauper pro eleëmoſyna acceptaſſet. Ulterius ſuper illa notandum eſt, quod cortinæ illæ, ſeu potius ſaga



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cilicina, ordinata à Deo erant ad Taber-
culi defenſionem: *Ad operiendum te-
Tabernaculi*, ut intelligeremus, plus ma-
teneri, firmari, ac defendi Eccleſiam p
cilicium, quam per purpuram, qu
que illi, præ reliquis aliis, æterna
cuncta retro ſœcula digni ſint memoria,
primò cogitant de ornamento virtutis, p
ea de paramentis Altaris. Hujuſcemodi
ēticus fuit S. Prælatus ille, cujus me-
nem facit in ſua Epiſtola 4. *ad Ruſt.* S. Hi
nymus: *S. Exuperius Toloſæ Epiſcopus
ens paſcit alios; & ore pallente jejuniis, f
torquetur aliena, omnemque ſubſta
Chriſti pauperibus erogavit: Nihil il
tius, qui corpus Dominicum caniſtro
neo, ſanguinem portat in vitro.* Et u
rum dicamus, deberemus principaliter,
ante omnia urgere, ac procurare orn
interiorem animæ, nam abſque illo o
cultus exterior vagus eſt, redditurq
formis oculis divinis, hinc dicit (ſed p
Lactantius; *Lib. 6. divin. inſtit. cap. 2.* C
*Dei unus eſt, malum non eſſet.* Dum S.
broſius *de ſacerd. dign. cap. 4* pertractat ſe
nem illum ſancti Pauli Apoſt. quem de Ep
pis ſcripſit, ita in illum commentatur;

*ſe inter Epiſcopos credit eſſe altiorem , qui veſtem induerit clariorem , ſed S. Apoſtolus taliter ſe intelligi non vult , quia non carne Epiſcopum , ſed mente decet eſſe ornatum , ut ille ſacerdos placeat Deo , qui animam habuerit compoſitam Deo.* Certè veſtes ſumptuoſæ , licet auro gemmiſque intertextæ, non ſunt , quæ Epiſcopum aut Sacerdotem venerabilem reddant populo , ſed vita integra ac candida, moreſque inculpati, ac incorrupti ; quod bene notavit in duobus quibuſdam Epiſcopis S. Petrus Damianus, Ep. 23. quos throno amplius dignos non judicarunt ſubditi , ſed ab illo dejecerunt, non obſtantibus pretioſis mitris , opulentis habitibus, ac pedis ſumptuoſiſſimis : licet enim homines illorum eſſent oves , ac pecora , non erant tamen pecora inſenſata , aut ſtolida, quin ſcirent non tam egere paſtorem cultu exteriore corporis , quam interiore animæ ; *Nec iis profuit , quod Pontifices lignei , auratis uſi ſunt baculis , dum Sacerdotii meritum , non nitor efficiat veſtium , ſed ſpiritualium norma virtutum , & non micantia margaritæ , vel gemmæ , ſed mores aurei deceant ſacerdotem.* Hugo digniſſimus Cardinalis , qui ſub purpura vaticana , in-

duebatur rudi ſagulo , dum præfatum
ponit Apoſtoli locum, geminum requi
Eccleſiaſticis ornatum, ut nimirum fulge
*Interiori, quantum ad virtutes, exteriori, qu*
*tum ad bonos mores* : Errant longiſſimè
rici illi, qui interiorem negligentes orna
abundare ſtudent in ſuperfluo exteriori.
*facit ornatum clericum tenera veſtis, ſed*
*ditia mentis*, dicit S. Bernardus, *Serm. 9. de*
*bene vivend.* alioque in loco acrius p
dit idem Sanctus, inquiens ſæculares vi
res talem faſtum, in veſtibus, ac ſupelle
bus domeſticis, in miniſtris altaris, loco
apprehenderent , ac excitarentur ad
ctum mundi, magis excitantur ac anima
ad iilum ſequendum ac amandum, & à qu
recipere deberent modeſtiæ religioſæ
plum, in iiſdem vident ſuperbiæ faſtuoſæ
giſterium : *Idem in Syn. Cum tantum f*
*videant Laici in ſuppellectili clericorum,*
*per eos invitantur potius, ad mundum di*
*dum, quam negligendum? Quomodo non*
*inſolentes & elati, cum tantum faſtum, ta*
*inſolentiam videant Clericorum?* Defini
ritas eſt in quodam Colonienſi Conc
*1. P. 2. d. 22.* faſtum ac luxum Clericorum
dicem, potiſſimamque cauſam eſſe om
ma

malorum in Eccleſia: *Præcipuæ cauſæ omnis mali ſunt faſtus & luxus, à quibus clerici potiſſimum malè audiunt.* Quot Prælati putant ſe mira facere, dum in ſplendida aliqua pompa, ac faſtuoſo cum comitatu adveniunt, aut procedunt, ſeſe non reflectentes ad ſalubrem illam Divi Bernardi monitionem: *Ep. ad Epiſ. Senon.* *In omnibus exemplo Apoſtoli honorabitur miniſterium veſtrum: honorabitis autem, non cultu veſtium, non faſtu equorum, non amplis ædificiis, ſed moribus ornatis, ſtudiis ſpiritualibus, ac bonis operibus.* In Annalibus Eccleſiaſticis notabilem aliquem reperio ſucceſſum, mirè ad propoſitum præſens conducentem: S. Dominicus Epiſcopum ſuum comitari debebat ad diſputationem ſolemnem contra Hæreticos inſtituendam, ad quam dum hic ſe magna cum pompa ac faſtu præparaſſet, cunctaque diſpoſuiſſet, ut cum famulitio, ac comitatu inſigni ſplendidè ad illam accederet, ad Epiſcopum converſus Sanctus hic, dixit: *Rayn. Anno* 1206. *n.* 31. *Non ſic mihi crede, Domine Pater, non ſic eſt contra filios ſuperbiæ procedendum; humilitatis, ac patientiæ, religionis, aliiſque virtutum exemplis convincendi ſunt veritatis adverſarii, non faſtu elationis, & oſtentatione gloriæ ſæcularis.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Diſcalcearunt ergo ſeſe , ac nudis pedib cum ſumma animi demiſſione , viæ ſeſe co miſerunt ; ſed cum viam ignorarent , a junxit ſe illis in comitem ac viæ ducem , h reticus quidam , ſimulans ſe eſſe cath cum , qui illos deduxit per ſemitas , ſp vepribusque obſitas ; cumque ſancto D minico pedes maderent ſanguine , om bono illo erexit omine , ac de certa co hæreticos victoria confirmavit , prout am evenit , dum perfidus ille primus mnium compunctus , ſ. ſe convertit. H omnia ita diſpoſuit Deus, ad impediend Prælati illius faſtum , qui falsò credeba hujuſmodi majorem ſibi conciliandam a mationem, amplioremque reſpectum. vit optimè ſancta Eccleſia , à ſancto Spi gubernata , quod Eccleſiaſtici in ſacris miniſteriis pro ſplendore ac decore Dei , ſua deferunt ſervitia , comparere debea veſtibus præfulgidis , imo talibus , in bus nec ad pretium , nec valorem (ſi p bile ſit) quidquam poſſit comparari , n lominus tamen, *Attendat ſtudioſè ſacer* (prout monet Durandus *in Rat. divin. offi. c. 2. n. 5.*) *ut ſignum ſine ſignificato non quæra eſt , ut veſtem ſine virtute non portet ,*

*fo*

*fortè ſimilis ſit ſepulchro foris dealbato, intus verò omni ſpurcitiâ pleno; quisquis enim ſacerdos indumentis ornatur, & honeſtis moribus non induitur, quanto venerabilior apparet hominibus, tanto redditur indignior apud Deum.* Sacrarum veſtium pretium, ac ſumptuoſitas, oculis DEI abſcondere non poteſt cor perverſum peſſimisque affectionibus plenum.

Adeo verum eſt, quod externus ornatus, deſtitutus interiori virtute ac probitate, nihil juvet ad conciliandum reſpectum ac reverentiam Eccleſiaſticis apud laicos, ut econtrariò hi exinde deducant, juxta probatiſſimum ſancti Bernardi teſtimonium, *App. ad Guil. Abb. c. 9.* latere cor prophanum, ſub pectore, ſacris indumentis tecto: *Exterior ſuperfluitas interioris vanitatis indicium eſt; mollia indumenta, animi mollitiem indicant:* Dumque in Remenſi Concilio ſanctus idem concionaretur, Clerumque adhortaretur toto zelo, ut exteriori relicto cultu ac luxu, ad interiorem animæ ornatum ſeſe converteret, efficaciter inculcabat eis: *Miniſtri Chriſti ſunt, & ſerviunt Anti-Chriſto, honorati incedunt ex bonis Domini, cui honorem non deferunt;*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*unde hinc eſt eis, quem quotidie videmus, me-tricius nitor; inde aurum in ſellis, & in calca-ribus; plus nitent calcaria, quam altaria.* Ju-ta mentem Clementis Alexandrini, nec glo- nec reſpectus acquiritur, nec ex magni- palatiis, nec ex pretioſis cultiſſimisque ve- bus nec ex nobilium plurimorum ſplend- comitatu, ingentisque familiæ numeroſo- mulitio, ſed ex munifica modeſtia, ex aff- humanitate, aliarumque virtutum exerci- *Pædagog. l. 2. c. 12.* *Quanto eſt glorioſius, m- benefacere, quam magnificè habitare. Qua- prudentius eſt, in homines, quam in lapides- rum impendere?* Nihil aliud quæſivit Lu- fer ad decipiendum S. Carolum, quam u- lum induceret ad vanam aliquam ſuæ pur- ræ gloriolam; hinc per os alicujus obſeſſa- mel hæc loquutus eſt: *Oh, ſe, io ti poteſſi m- tere, un poco di ſuperbia, in queſto ſtraſcino!* utinam tibi, per rete illud, immittere, aut ſpirare poſſem aliquid ſuperbiæ! Qua- dicere voluiſſet, ſi hoc habeam, habeo totum.

Capi

## Caput Undecimum.

### *Modeſtia in converſatione, in colloquiis, & externa compoſitione Clericis eſt neceſſaria.*

MOdeſtia, externaque compoſitio, non ſolum convenit, ſed etiam adeo clericis eſt neceſſaria, ut absque illa difficulter inter illos diſcernas ac ſœculares: habitus ergo, quem portamus, & modus vivendi, mediante quo, pro ſacri Altaris miniſtris recognoſci debemus, à S. Ambroſio, magno Archi-Præſule, ac ſummo ſanctæ Eccleſiæ Doctore deſcribitur hiſce verbis: *Nihil in Sacerdote plebejum require, nihil commune cum multitudine; ſobriam vitam, ſingulare pondus gravitatis ſibi vindicat dignitas ſacerdotalis. Quomodo enim poteſt obſervari à populo, qui nihil habet ſecretum à populo, nihil diſpar à multitudine? Quid enim in te miretur, ſi ſua in te recognoſcat?* Ex quibus verbis evidenter elicitur, quod cum Eccleſiaſtici deſtinati ſint ad miniſterium aliquod ineffabile, ſeſe non debeant dejicere ad vilia ſœcularium commercia, nec illorum cœtibus immiſcere, ſed cum gravitate, honore, ac reſpectu manute-

nutenere decorem ſui habitus ac charact-
ris; Hocque ipſum eſt, quod S. Paulus pe-
ſuadere ac inculcare volebat Epiſcopo Ephe-
ſino S. Timotheo, dum illi ſcriberet hiſ
formalibus: *Exemplum eſto fidelium, in ve-
bo, & in converſatione*; idemque hoc con-
lium Apoſtolus dedit Tito: *c. 2. v. 7.* *I
ipſum præbe exemplum bonorum operum,
gravitate.* S. Carolus, ſummus Eccleſiaſtici de-
coris Zelator, ac honoris ſacerdotalis prom-
tor, in quadam decidit ſynodo, quod ſi ſta-
ille eminétior, inter laicos ſe reddere veli-
nerabilem, neceſſarium eſſe, ut: *In omni inc-
ſu, ſtatu, geſtu, vultu, ordinem ſuum Sac-
dos, & Clericus profiteatur*; ſimilem mor-
compoſitionem requirit à Clero ſacroſa-
cto Concilium Tridentinum: *Seſſ. 12. c. 1.
reform. Sic decet omnino Clericos in ſortem D-
mini vocatos, vitam moresque componere,
eorum actiones cunctis afferant veneration-*
Et ut verum fatear, dum nos vi- miniſte-
noſtri familiares ſumus, ac domeſtici Chr-
ſti, quæ virtus poteſt nobis eſſe convenie-
tior, populo accomodatior, illiusque ſal-
ti, ac ædificationi utilior, quam modeſti-
Scribit de illa Tertullianus: *cap. 6. de vel. Vi-
Nihil Deo acceptius:* atque in ejusdem la-
dem, calamum quoque laxat S. Iſidorus Pe-
luſiota, *lib. 1. Ep. 15.* dum de illa aſſerit, quo-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Dei imitatores efficit.* Solent ſæculares, morum ſuorum normam, ſumere ex moribus noſtris, prout bene advertit S. Auguſtinus: *Serm. 109. de temp. Miniſtrorum Altaris vita, aliorum debet eſſe eruditio, & continua prædicatio:* Advertere proinde debemus, quod cum illi actus noſtros internos, amoris Dei, compunctionis, humilitatis, continentiæ, zeli, manſuetudinis, obedientiæ & plures ſimiles, ſcire ac videre non poſſint, quandoquidem, *homo ridet in facie*, hinc pro illorum ædificatione, ac practica inſtructione, neceſſario in nobis requiritur ſingularis aliqua, affabilis, (non tamen affectata) ſuavis, ac quaſi ex natura fluens modeſtia, exteriorque morum compoſitio, ut in illa, tanquam in ſpeculo videant, ac manuducantur, quid agere, quid evitare debeant, hocque medio incipient cognoſcere & amare virtutem, interioremque perfectionem: *Honeſta corporis diſpoſitio, mentis devotionem non mediocriter promovet*, inquit S. Bonaventura, *ſpec. Diſcipl. P. 2. c. 5.* ſimileque jam antea ſcripſerat S. Ambroſius: *lib. 1. offic. cap. 18. Eſt enim in ipſo motu, geſtu, inceſſu, tenenda verecundia; habitus enim mentis in corporis ſtatu cernitur; hinc homo cordis noſtri abſconditus, aut levior, aut jactantior,*

aut

*aut turbidior, aut contra gravior, & conſta-tior, & maturior æſtimatur?* Increata ſapien-tia, dum olim demonſtrare vellet, quis, qualis deberet eſſe ſummus Pontifex, p ſigno accepit virgam aridam, quæ prod giosè frondes, flores, & fructus germinaſſ ac produxiſſet. Quærunt interpretes ſa quale hoc fuerit myſterium, quod Deus fr ctibus ſolis non fuerit contentus, ſed eod tempore frondes etiã voluerit habere & fl res? Reſpondent pleriq; , quod fructus ſol denotent internã bonitatem, ac probitatem qua pollere debet ſacerdos; ſed quia hæc ſo non ſufficit pro univerſali populi bono emolumento, requirit etiam pro eodem te pore ab ipſo flores boni odoris per exemp rem externam converſationem, compoſito que vitæ mores: *Chriſti bonus odor ſumus,* d cebat Sanctus Paulus; 2. *Cor.* 3. *v.* 15. hic au tem prodit ex modeſto, honeſtoq; cum pro ximo agendi modo, ideoq; ille vehemente præcipitur ac inculcatur in Valentini Conc lii conſtitutione 3. *can.* 5. hiſce verbis: *De vi & religione ſua unusquisq; tam in converſatio ne ſua, quam etiam in habitus, & vultus, ac ſer monis gravitate, talem ſe domi forisque, & ſu & extraneis exhibere ſtudeant, ut maturita morum, & repudiatione omnium levitatum*

*omnibus ſibi adhærentibus, ſeque intuentibus, formam diſciplinæ, & verecundiæ infundant.*

Refert de ſe ipſo S. Ambroſius, *lib. 2. offic. cap. 18.* quod cum à quodam amico efficaciter ſibi eſſet commendatus aliquis, ut eum in clerum adſciſceret ſacra mediante ordinatione, nunquam tamen,ut id faceret, adduci potuerit,ob mores aliquos ac geſtus, quos in ipſo notaverat, ſummèque contrarios modeſtiæ ac gravitati Eccleſiaſticæ S. Archi-Epiſcopus reputabat; nec per hoc zeli indiſcreti nota ei inuri debet, aut de nimio accuſari rigore, licet enim S. Thomas Doctor Angelicus Eutrapeliam inter virtutes numeret, nihilominus quoad Clericum, ſcrupuloſus circa illam eſt S. Hieronymus: *Ep. 8. Ridere, & rideri ſæcularibus derelinque, gravitas tuam perſonam decet.* Præ omnibus autem, in quibus Eccleſiaſtica reſplendere ac elucere debet modeſtia, & effabilis gravitas, eſt loquela: *Admonendi ſunt qui ſacris altaribus miniſtrare diſponunt, ut non modo cor ab æſtuantium paſſionum igne cuſtodiant, ſed etiam linguam, quæ inter Deum & nos, quodam modo mediatrix eſt, à ſupervacui levitate ſermonis compeſcant:* Quibus verbis S. Petrus Damianus *lib. 4. Ep. 4.* intendit corrigere abſurdam

dam levitatem illorum Eccleſiaſticorum
qui tempus ſuum conſumebant in co-
loquiis inutilibus ac otioſis , non enim
in animum ſuum poterat inducere, u-
latenusve ſibi perſuadere inter Chriſti mi-
ſtros aliquos reperiri adeo deſperatæ ſalu-
tam effrontis, tam petulcæ linguæ, qui ill-
aut laſcivis diſcurſibus, aut detractionibus
aut maledicentiis conſumerent ; hoc
ipſum eſt quod graviſſimè accuſat, impro-
batque S. Anſelmus: *Med. 1. c. 15. Os tuum,*
*Chriſti eſt, non debes , non dico ad detractio-*
*nem, non dico ad mendacia, ſed nec ad o-*
*ſos ſermones os aperire , quod ad ſolas lau-*
*Dei, & ad ædificationem proximi debes p-*
*lum habere.* Et ut verum fatear, quæ, qu-
taque eſt temeritas , quam effrœnis imp-
dentia , laſcivis ſermonibus, impudicis, i-
honeſtis cachinnis conſpurcare linguam i-
lam, quæ voce ſua, unico ſuo verbo q-
tidie à dextera æterni ſui Patris deſcende-
facit Corpus unigeniti filii ipſius; quæ pa-
diſum aperit, claudit infernum, quæ gr-
cœleſtis theſauros animabus diſpenſat, q-
verbum Dei annuntiat, tandem, quæ omn-
de cœlo attrahit, effunditq; benedictiones
ſed quomodo ( inquit, repetitque S. Petr-
Damianus *l. 3. Ep. 2.* ) audet talis aliqua lingu-

tot fœdata ſpurcitiis, inquinata ſordibus, contaminata ſtercoribus, quomodo inquam audet lingua hujuſcemodi preces ſuas interponere inter Deum & homines, quem novit ſuam ob inhoneſtatem ac abſurditatem, ſummè eſſe offenſum, graviſſimèque læſum? *Quomodo inter DEUM & hominem lingua mediatrix efficitur, quæ iram judicis ex proprio reatu, & ipſa meretur?* Hanc ob cauſam ſancta Mater Eccleſia, quæ ſuis in miniſtris ſummam affectat deſideratque linguæ cuſtodiam, ordinavit, ut prima, quæ in officio Canonico ad Deum ter optimum, maximum, dirigeretur oratio, hunc in finem collimaret, ſpecialemque hanc à Divina bonitate experet gratiam: *Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam.* Similiter in Prima hoc ipſum petit: *Deum precemur ſupplices, ut in diurnis actibus, nos ſervet à nocentibus*; moxque ſubjungit: *linguam refrænans temperet.*

Addo hiſce unum aliud inconveniens, non minus grave ac enorme, acriter olim perſtrictum, ac notatum à Tertulliano, *lib. 3. de reſur. carnis.* illos tangens Eccleſiaſticos, qui de amplis, divitibusque proviſi cenſibus ac reditibus, in nihil aliud illos expendunt, quam in gulæ, ac ſenſualitatis de-

lici-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

licias in lautas menſas, compotatio[nes] ac commeſſationes, ad nihil aliud inte[n]-
nihil aliud meditantes, quam adinvenire [no]vas lautitias, novaque ventris ac abdo[mi]nis irritamenta, ac farcimenta: *Accep[iſti os] tuum ad vorandum, atque potandum? [Cur] non potius ad eloquendum, ut à cœteris ani[ma]libus diſtes? Cur non potius ad prædicand[um] Deum, ut etiam hominibus anteſtes:* Præſta[t] ut loco quod buccas impleas, aut Evang[e]lium annunties, aut pauperum, pupillor[um] ac viduarum cauſas defendas impleasq[ue il]lud, quod Iſaias propheta dicit: Cap 50. *Dominus dedit mihi linguam eruditam, [ut] ſciam ſuſtentare eum, qui lapſus eſt verbo,* [se]retque tali modo patrimonium integrum, [or]dina aliqua inexhauſta. Concludo hæc [ſen]tentia quadam ſancti Iſidori Peluſiotæ, l. 3. [ep.] 116. quæ ſi temporibus hiſce noſtris veri[fica]ri poſſet, haberemus, unde nobis con[gra]tulari poſſemus: *Tanta ipſis Clericis mod[eſtia] ineſt, ut in ipſo inceſſu & aſpectu, & ex [ipſa] voce, iis, qui ipſos intuentur, ſtuporem, [&] quandam magnam ſui admiratio-nem ingerere queant.*

## Caput Duodecimum.

*De obligatione Clericorum circa modeſtiam in veſtitu talari, ac debita decenteque raſura, ſeu corona.*

MOdeſtiæ, qua cum Eccleſiaſtici moderari, ritéque componere debent ſuos mores ac ſenſus, accedit etiam obligatio quã habent, virtutem eandem pariter demonſtrandi in veſtitu oblongo ac decente, ac conveniente, honeſtaque raſura. Recognovit Tertullianus in primi ſæculi Chriſtianis non exiguum emolumentum in eo, quod pallio veſtiti incederent, veræ etenim ſequaces ſapientiæ hujuscemodi habitu utebantur, ſuumque erga illam per veſtem iſtam amorem profitebantur, nec videbatur quisquam actum aliquem vitioſum, aut peccaminoſum admittere, tali amictu veſtitus: Tert. de Pal. *Grande pallii beneficium eſt, ſub cujus recogitatu, vel improbi mores erubeſcunt.* Credo ego, non ob aliam cauſam Prælatos Eccleſiæ tam fuiſſe ſollicitos, tantumque urſiſſe gravem ac modeſtum Eccleſiaſticorum habitum, & convenientem, decentemque raſuram, ac capillorum ſubciſionem, quam

quam, quia prævid. bant, quantum ideo ferret ad conſervandam diſciplinam Eccleſiaſticam, omnemque ſimul luxum in veſte proſcribendum, & ex ipſa veſtitus modeſti gravitate, neceſſitatem quaſi aliquam inducendam, ad ſimilem vitæ, morumque compoſitionem.

Secundi Concilii Niceni Patres *An.* pœnas dictarunt Clericis, qui in veſtium luxu excederent, aut uterentur habitibus odoribus perfumatis. Lateranenſe ſub Innocentio ſecundo, & Leone decimo, privat ipſos ſuis beneficiis, ſi moniti ab Epiſcopo, non incedant debito, decenteque habitu & tonſura, *diſt. 23. c. clericis qui cum ſi; & cap.* ... *cis de vita & honeſt. Cler.* Quin & ſacrorum Canonum leges, tales excommunicant, ſi poſt monitionem in hujusmodi transgreſſione perſiſtant. Hiſce adjungo concilium Remenſe, ſub Eugenio tertio ſummo Pontifice celebratum, in quo illis quadraginta ſolum dierum præfigitur terminus, ad incurrendam ſuorum beneficiorum privationem, niſi intra illud tempus, poſt monitionem præmiſſam, debito in clericali habitu, ac decente cum tonſura compareant, ac incedant. Verùm, quod me affligit, imo cordis mihi dolorem non exiguum cauſat, ...

id quod lego apud S. Bernardum lib. 3. cap. 11. de conſiderat. Ubi tam ſalutaris decreti memorem reddit eundem ſummum Pontificem, amarèque deplorat, jam quatuor ab illius publicatione fluxiſſe annos, nec ullam adhuc ejusdem ſe vidiſſe executionem: *Luxus veſtium interdictus*, inquit lamentando S. Pater, *ſed non reſtrictus: pœna dictata, ſed minime ſecuta eſt. Jam quartus annus eſt, ex quo datum mandatum audivimus, & neminem adhuc Clericorum privatum beneficio.* Excitatque zelo Apoſtolico ſuum illum Eugenium, ut non negligat, diſſimuletve, quaſi parum è re Eccleſiæ foret, aut ad diſciplinam conduceret Eccleſiaſticam, quo, qualive habitu uterentur Clerici, atque ideo repetit indigna prorſus, ac abſurda talium delinquentium aſſumpta, ac principia: *Solent dicere, num de veſtibus cura eſt Deo, & non magis de moribus?* Prudentiſſimè autem reſpondet: *At forma hæc veſtium, deformitatis mentium, & morum, indicium eſt. Quid ſibi vult, quod Clerici aliud eſſe, aliud videri volunt? Id quidem minus caſtum, minusque ſincerum, nempe habitu milites, quæſtu Clericos, actu neutrum exhibent.*

Reſultantem exinde deformitatem melius exprimere non poſſum, quam productione ſuc-

ſucceſſus alicujus mirabilis, in Perſona Phi-
lippi Epiſcopi Anglicani di Bellas, rel
Matthæo Pariſio. Hic functionum ſuar
Epiſcopalium oblitus, adeo ſeſe rebus
merſerat ſœcularibus, ut togam ſuam p
ralem ac Eccleſiaſticam in loricam, m
in galeam, ac militis inſtar incederet,
gnaturi in exercitu: Hoc in habitu, cu
cidiſſet in manus Richardi Regis Ang
miſſusque in carcerem, cum prætend
favorem Canonis, atque ex authoritate C
leſtini Tertii ſummi Pontificis argumen
tur, ſe tanquam Eccleſiaſticum, ab
debere relaxari arreſto, ac libertati
tui; Rex autem inſigni uſus ſtratagem
ut ſuum illum recurſum vanum, prætenſ
que inaniter jus eluderet, debita cum
verentia ſummo Pontifici juſſit
beri loricam ac galeam, cœteraque
bus fuerat indutus, arma, cum acuta
que hac interrogatione; *Vide, an tunica*
*lii tui ſit, an non?* *Hiſt. Angl. an.* 1169. Qu
viſis Pontifex eum indignum judicavit,
Eccleſiæ frueretur favore ac beneficio,
docentem, ac competentem Eccleſia
non portaſſet habitum, ferturque ipſum
xiſſe: *Non filius meus eſt, vel Eccleſiæ*
*Regis voluntatem redimatur, quin*

*Martis, quam Chriſti miles judicatur*: Secutus in hoc mentem, ac ſentimentum ſui Prædeceſſoris Zachariæ primi Pontificis Sanctiſſimi, qui eodem cum ſpiritu ac zelo reſpondit Sancto Bonifacio Archi-Epiſcopo Moguntino, dum in ſimili materia ab hoc fuiſſet conſultus; eſtq; hoc ipſum definitum in canonibus Concilii Meldenſis, *de ſent. excomm. c. in Audientia.* & Turonenſis primi, alteriusq; Pictavienſis, & habetur etiam in declarationibus Clementis tertii ſumi Pontificis.

Quapropter mirum non eſt, ſcripſiſſe ſanctum Bernardum S. Eugerio Abbati S. Dionyſii *Epiſt. 78.* ex eo quod comparuiſſet in habitu profeſſioni ſuæ diſconveniente, illũ occaſionẽ dediſſe magni ſcandali, ac univerſalis comotionis in Francia, *ſolum ac totũ erat, quod nos movebat tuus ſcilicet ille habitus, & apparatus cũ procederes, quo paulo inſolentior appareret.* Quomodo Clericus aliquis populi poterit acquirere reſpectum ac venerationem, quem in tam brevi, tam ſtricta, curtaq; veſte videt incedere, ut à Laicis & ſœcularibus diſcerni nequeat, ſi inquã videat ipſum vanis ornamentis, quæ ſponſæ potius alicui convenirent aut nymphæ, quam Sacerdoti, ut Diacono, comptum, qualis huic deferetur honor, qualis reverentia? *Et nunc leva oculos tuos*, dicit S. Abbas Eugenio, *& vide, ſi non æquè, ut prius*

L pel-

*pellicula diſcolor ſacrum ordinem decolor*
Hunc abuſum advertit vigilantia paſtora
ſtatim ſemper ſtuduit è medio tollere, ac
mendare, ſæpius non contenta pœnis ſp
tualibus, ſed etiam hiſce addens pecuni
as, ac corporales, prout legimus practica
in duobus conciliis Ravennatibus: *An.*
*&* 1314. Similiter quoque in aliis, ſcilicet
Florentino ſub Leone Decimo, Neapoli
ſub Gregorio Decimo tertio, Aquil ienſi
Clemente Octavo. Optimè excogitata
pœna illa, ſub Martino Quinto in Con
Salisburgenſi interminata, quamque p
etiam reſuſcitavit, ac de novo ſtatuit S.C
lus, qua ad fiſcum devoluta cenſebatur
ſtis illa, quam quis indecenter ac præter c
munem modum ac uſũ, portare fuiſſet
redactaq; ex illa pecunia, in pauperum ch
tativum ſubſidium expenderetur. Aliud
ſub Pelagio ſecundo Conciliũ transgreſſ
adſtringit ad duram triginta dierum je
in pane & aqua pœnitentiam. Quantum
tem allaborarit S. Carolus, ut ſimilem in
diolanenſi ſua Metropoli evelleret abu
videre licet in actis ejusdem Eccleſiæ, ſing
riter tamen in Concilio quinto provincia
in ſynodo ſecunda Diœceſana, ex quibus p
bit ĩmodeſtam illam pernicioſamq; con

tudiné, ſimilem quodam̃odo fuiſſe, & etiamnum eſſe, ſuperſtitioni illi, primo die anni à populo exerceri ſolitæ, quodque Cardinalis Baronius *ad* 1. *Ianuarii* de hac ſcribit, idem omnino de illa etiam verificari poſſe; ſcribit autẽ hoc modo in notis ad Martyrolog. Romanum: *Quoniam pravi frutices, quamvis ſemel exciſi, iterum pullulare non deſinunt; vix credi poteſt, quantum laboris inſumpſerint ſancti Patres, ut infauſti palmites iterum exurgentes, non tantum verbi falce præciderent, ſed & radicitus prorſus evellerent.* Videatur, quid hac de re majore cum amœnitate, ac delectatione integro uno volumine complexus eſt Gaſto Camillard, in quo demonſtrat quanta cura uſq; in hodiernũ diem Papæ, Concilia, Epiſcopi omnesq; reliqui Prælati in id incumbant, *de corona, raſura & habitu Cleric.* ut in hac maximè neceſſaria modeſti talaris habitus compoſitione Clerum manuteneant, recognoſcentes, ut credo, in illo talari habitu prærogativam illam, quã ſacra ſcriptura inſinuat in antiquo Patriarcha Joſepho, qui quia præ aliis filiis à patre amabatur, *Diligebat eum ſuper omnes filios ſuos, Gen.* 37. hinc etiam in ſignũ ac monumentum illius amoris, dedit illi veſtem polymitam ſeu talarem, *fecitq; ei tunicam polymitã;* ex quo ſtatim apparet, quam aptè ac concinnè hac alluſione D. Bernardus uſus ſit; dum



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſupra nominatum Sugerium ad debitam
vendi formam, ac condecentem ſtatui ſu
cleſiaſtico habitū reducere moliebatur;
*nicam Dei gratia jam polymitam cura fact*
*talarem*; ideoq; ſummè deberet eſſe c
veſtis hæc omnibus iis qui militiæ Cle
ſunt adſcripti, nec unquam ſine illa ince
utpote ſigno ac indicio, quod ſint Chriſt
mini prædilecti, Domeſtici DEI ac mi
Sanctuarii. Optime veritatem hanc ad
Otto Legatus Sedis Apoſtolicæ, ac Card
ſancti Petri ad vincula ſub Gregorio No
concilio quodā Londini celebrato, dum
criter abuſū qui hac in parte irrepſerat
hendiſſet, atque ut antiquus mos reint
ceretur, decreviſſet, ſtatim hanc decre
aſſignat rationem: *Nos gravem, & perve*
*nimis abuſum, quaſi generaliter diffuſum in*
*ricis harum noſtræ legationis partium dete*
*tes, in quo DEUS irrideri dicitur, obſcur*
*Deus Eccleſiæ, Clericalis Ordinis celſitud*
*primitur, Chriſtus à ſuis militibus fere*
*inſignia aliena deſeritur, Deus honeſtatis E*
*ſiæ maculatur, dum Clericum à Laico reſp*
*oculus non diſcernit, fit omnibus verè fid*
*in ſcandalum, & in deſpectum.* Odoal. Ra
1237. Hinc eſt, quod illuminati à Deo h
mines, quisque ſuus in ſpiritu, ac am

Dei profectus cordi erat, tanti ſemper fecerint, hoc amicitiæ, dilectionisq; Dei erga ſignum, ut quovis etiam moleſtiſſimo tempore, atq; in itineribus difficillimis talarem ſuam ſemper togam tulerint, nec ſibi hac in lege ullam diſpenſationis gratiam, indulgere voluerint. Venerabilis Dei ſervus Joannes Baptiſta Magnanti Congregatioris Oratorii de Aquila, non obſtantibus difficillimis ac fructuoſiſſimis miſſionibus, *Baldaſſin. in ejus Vita.* quas obivit, non obſtantibus viarum moleſtiis, ſpretis luto ac ſordibus quibus veſtis ſua maculabatur, neglectis aliis incommodis quæ exinde patiebatur, nunquam alio voluit habitu uti quam oblongo, ac talari, quo in urbe etiam utebatur. Glorioſæ memoriæ Joannes Cardinalis Bona *in ejus vita* etiam in ſummis æſtûs meridiani ardoribus, atque intra domeſticos parietes, nunquam viſus aut repertus fuit, niſi in ſuo talari habitu, ac veſtitu profeſſioni ſuæ religioſæ congruente. In Concilio Trullano hujuſcemodi legitur facta conſtitutio: *Can. 21. Nullus eorum, qui in Cleri catalogum relati ſunt, veſtem ſibi non competentem induat, neque in civitate neq; in itinere ambulans, ſed utatur ſtolis;* ſimilis quoq; mentio ſit in quadam Racherii Epiſcopi Veronenſis epiſtola ſynodica, *Tom. 2. ſpicil.*

 fuit-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

fuitque practicatum à ſancto Epiſcopo, Martyre Thoma Cantuarienſi, de quo in v ejus hiſtoria hæc leguntur: *Quotidie, & con-tinuè in omnium viſu geſtabat orarium, ut hoc Sacerdos Evangelicus, quod jam ſuſce- Evangelicum jugiter recolat jugum.* *In e-ta apud Chriſtianum Lupum. c. 9.* Opportunè hic incidit, mirificèque propoſito no conducit ingenioſa quædam ejusdem ſa Martyris conſideratio: Exiſtens ipſe Dia-nus, & ſimul Regni Angliæ Cancellari electus, Regique propoſitus fuit pro Ca-turbiæ Archi-Epiſcopatu; ille nolens con-tire propriæ electioni, ut ag erem forti objiceret favori Regio, qui ſummopere ad dignitatem illam promotum deſidera propoſuit neglectam à ſe debitam Cleric habitus normam, manuq; aſſumens veſte non nihil ſæcularem, qua erat indutus, Regi demonſtrans, inquit: *ibid. cap. 6.* *Qu Religioſum virum, quam ſanctum in tam ſ-cta ſede, & ſuper tam celebrem, & tam ſ-ctum conventum Monachorum conſtitui deras?* Ac ſi inferre voluiſſet, negligen in ferendo habitu Eccleſiaſtico ac talari, ſu-ficiens motivum eſſe, ad ſe reddendum ma-joris dignitatis incapacem: Quod ſi ſuffice-rit ad hoc declarandum ſolus neglectus ha-

biu

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bitus, par omnino ratio erit de moribus parũ religioſis ac convenientibus, ſiquidem, prout optimè dicit ſacroſanctum Tridentinũ concilium Seſſ. 14. de Reform. c. 6. *Etſi habitus non facit monachum, oportet tamen Clericos veſtes proprio congruentes ordini ſemper deferre, ut per decentiam habitus extrinſeci honeſtatem intrinſecam oſtendant.* Notandum eſt verbum illud *ſemper*, quod optimè ſua in ſynodo año 1610, obſervavit ac perpẽdit Henricus Epiſcopus Auguſtanus, unde ſtrictiſſimè ſuis mandavit Clericis, ut tam privatim in domo, quam publicè apud alios, ſemper deberent eſſe induti veſtibus forma & compoſitione, ſtatui ac conditioni eorum convenientibus. Simili planè ſpiritu ac zelo, Clericis ſuis mandavit ſub pœna ſuſpenſionis, Illuſtriſſimus Alexander Guidiccioni *An.* 1625. *nullo unquam tempore diurno vel nocturno, neq; ullis de cauſis domo egrediantur, vel extra eam degant, exuti veſtibus prædictis clericalibus*, eratq; conformiter hiſce antea declaratũ; quod veſtes deberẽt eſſe nitidæ, ſimplices, & talares. Porro quãta cum diligentia, in hoc tanti momenti negotio, uſque in hodiernum diem excubet, advigiletque ſolers ejuſdem illius civitatis Paſtoris cura, ſynodi acta demonſtrant, Anno 1681. celebrati à Cardinali Julio Spinola loci iſtius Epiſcopi, in quibus Clericos ſuos, ſpeciali cũ



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

edicto hoc modo admonet: Advertát ſing
ut habitum ac veſtitũ gerant Ordini ac gra
ſuo convenientem ſub pœna, conform
neficio, aut penſioni Eccleſiaſticæ, qua g
dent, ac fruuntur; quin etiam ſub privati
ipſiusmet beneficii ac penſionis, ſi poſt de
monitionem, non reſipiſcant, ac tonſurâ
vitati Clericali, ordinique, quo ſunt init
competente non incedant. Atq; hoc ipſu
pius fuit renovatum, &, juxta meum capu
multo longius proſcribit, efficaciusq; pr
bet & capillos nimis longos & nimis el
Jam antea edictum hoc renovaverat Ca
nalis Bonviſi, Epiſcopi hujus prædeceſſo
duodecim ſcutorum (ducatonum noſtro
pecuniaria mulcta, condemnaverat eos,
absque talari veſte per urbem incederent

Pluribus urgere, aut fatigare nolo m
ſtiam habitus Clericalis: Interim etiam a
ctata in veſtitu ſordities, plurimum dero
decori ſacerdotali, & apud communem p
bem quaſi in vilipendium trahitur ut,
quantum peccatur in exceſſu, tantum de
quitur in defectu, dum nimis deſpectus, &
mis exquitus ac comptus veſtitus in cul
trahitur: Hinc ſimiliter legimus in quad
Lucenſi Synodo *cap. 16. de vit. & honeſt. cle*
An. 1571. celebrata, hæc fuiſſe ordinata: a
*fectata ſordes, & exquiſita Clericorum de*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*in eorum veſtibus perſæpè ſcandalum pariunt, & laicis obloquendi, anſam præbent.* Hinc cum S.*Bernardo*, ſpeculum illud ſacerdotum S. Philippus Nerius ſolebat dicere: *Paupertas mihi ſemper placuit, ſordes nunquam:* Ideo prudentiſſimè requirit concilium Tridentinum, ut ordinandi ſub titulo Patrimonii proviſi ſint de ſufficientibus mediis quibus ſe & decenter poſſint veſtire, & honeſtè vivere, ne in ullo præjudicent decori, ac ſublimitati ſtatus Eccleſiaſtici, aut per abjectas, vileſque veſtes, aut per exercitia operaque manualia, ac plebeja, excellentiæ ſtatus ſui derogantia: *Ne in nimio cultu vanitas, in abjecta incuria ruſticitas accuſetur*, decidit Concilium Narbonenſe: 1604. *c.* 41. *de Vit. & honeſt. Cler.* Reſtat igitur, ut hujuscemodi polleant prudentiâ Eccleſiaſtici, ut eorũ modeſtia non degeneret in affectatam aliquam ſorditiem aut illorum mundities non tranſeat in ſœcularem aliquam vanitatem aut mollitiem.

Quicumq; autem ſibi in itinere quoad longam talarem diſpenſandũ eſſe exiſtimat, ſemper tamẽ advertat, ut brevior habitus ſemper decentior ſit, modeſtèq; compoſitus, ac præparatus ad normam illam, quã in ſuis pro peregrinantibus exaratis litteris præſcripſit S. Carolus, *Act. Eccl. Mediol. pag.* 8. quæ conformis eſt plurimorum conciliorũ diſpoſitioni,

conveniuntque in ea Authores Morales, ſa-tis rigidi contra negligentes ac transgreſſo-res tam ſanctæ proficuæque legis.

Obligationi, talarem habitum deferen-di authentizatæ per Bullam ſummi Pontific- Sixti Quinti; correſpondet eſtq; correlati- delatio coronæ, ac congrua, modeſtaq; capillitii tonſio, ſeu raſura, quæ tam à ſum-mo Pontifice, quam à conciliis ſub iisdem pœnis præcipitur, quorum reſponſis ac di-ctatis legibus cum neceſſariò obtemperan-dum ſit, non eſt quod ultrà de hac mate- loquamur.

## Caput Decimum Tertium.

*Eccleſiaſticorum vocatio conſiſtit in la-ribus ac ærumnis pro animabus ſuo-rum proximorum ſubeundis, non in commoditatibus pro-priis, aut deliciis.*

EST opinio inveterata, ac quaſi univer-lis ſæcularium, vitam clericalem e commodiorem, magis quietam, ac mi- laborioſam, quam quævis altera; nec deſ- plurimi qui diſtortæ huic malèque ſpa- præſumptioni ultro ſubſcribant, dum po- conſummatam meliorem vitæ partem i mundi obſequiis, poſt enervatum præſt-

tiorem ætatis vigorem curis ac laboribus ſæcularibus, ut reſtantem miſeriorem vitæ portionem commodè quietèque traducant, ſtatui Clericali ſe addicunt. Error hic, ac deceptio maxima eſt, ſummèque Eccleſiæ damnoſa, ac præjudicioſa. Sciant omnes (eſt veritas infallibilis ſacri Concilii Tridentini, ſæpius à S. Carolo inculcata, ac denuntiata *Act. Eccl. Med. pag.* 115.) quod quicumque vel unico pede intrat Clerum, eo ipſo tempore renuntiare debeat omni otio corporisque commoditatibus, ſeſeque accomodare vitæ alicui laborioſæ ac ſtrictiori: *Cum in Dei militia adſcripti ſunt, non ad commoditates ſeu voluptates, ſed ad labores, & ſollicitudines ſunt vocati.* Hanc ob cauſam exhortatur S. Clemens Papa, *Conſt. Ap. l.* 3. *c.* 15. Epiſcopos, ne miniſtros eligant tales, qui deliciis, otio, ſuiſque commoditatibus indulgere ſunt aſſueti, ſed quibus manus callum obduxerunt, qui laboribus ſint exerciti, otium reſpuant, atque ardua quæque prompto animo aggrediantur, ut ita Eccleſia robuſtis inſtructa miniſtris, habeat in tempore neceſſitatis, quibus, in graviſſimis ſuis, moleſtiſſimisque negotiis, poſſit uti: *Elige adjutores, quos ex cuncto populo maximè dignos probaris, & faciles ad vexationes & moleſtias in uſu miniſterii ſuſtinendas*; & ſi requirere-

 mus

mus qualia fuerint primæ naſcentis Eccle-
fundamenta, reperiremus fuiſſe paſtore
qui progrege ſuo nocte vigilias agebai
erantque figura Eccleſiaſticorum: *Videte E-*
*cleſiæ ſurgentis exordium; Chriſtus naſcitu*
*& paſtores vigilare cœperunt: Paſtores*
*ſacerdotes*, inquit S. Ambroſius *l 3. in Luc.*
nemine in dubium verti poteſt, qui vita Ec-
ſiaſtica præ omni alia melior ſit, commod
quietiorque, ſi depoſita omni cura, omni
gitatione ſalutis proximi, ſibi ſoli tantúm
intendere, atq; per hoc ſuo ſatisfaciat mu
ri, quod ipſum in formalibus terminis e
atteſtatur ac confitetur S. Auguſtinus ep.
*ad Val. Nihil eſt in hac vita, & maximè hoc t*
*pore facilius, & lætius, & hominibus accept*
*lius, Epiſcopi, aut Presbyteri, aut Diaconi o*
*ſi perfunctoriè, atq; adulatoriè agatur*; ver
quia Sacerdotes à Chriſto vocati ſunt,
ut ſuis propriis vacent, vivantq; comodi
potius ut illa reſpuant, ac contemnant, a
totos per labores quoſvis ac ſudores
proximorum impendant, opus hoc, ſeu
citium ſeipſo demonſtrat, vitam Cleric
præ omni alia eſſe gravem, moleſtá, ſum
que laborioſam: *Item nihil eſt in hac vita*
*maximè hoc tempore difficilius, laborioſius, pe*
*riculoſius, Epiſcopi, aut Presbyteri, aut Diac*
*o*

*officio, ſi eo modo militetur, quo noſter Imperator jubet*, taliterque concludit S. Auguſtinus.

Pluribus in locis, tam veteris, quam novi teſtamenti expreſſam habemus voluntatem, æterni noſtri Sacerdotis, qua ſuos ſubſtitutos ac ſequaces ſacerdotes vocat ad operandum, ac laborandum Levitæ, *cap.* 8. *v.* 85. lanionum inſtar, deputati erant ad excorianda pecora, atque inſuper obligati exactiſſimo Tabernaculi ſervitio, ita ut ſub pœna mortis die ac nocte, ſummâ vigilantiâ illud deberent cuſtodire: *Die ac nocte manebitis in tabernaculo obſervantes cuſtodias Domini, ne moriamini.* Haud ſine myſterio declaravit Deus illum futurum ſummum ſynagogæ Sacerdotem, cujus arida virga & florem ſimul ac fructum eodem produxiſſet tempore; ut nimirum arbor illa præ reliquis aliis, ſpretis, & gelu, & nivis, & adverſi rigidique Aquilonis incommodis, ſollicita foret, primo vere, & florem proferre & fructum; voluitque hac figura, nunquã errans Altiſſimi Providentia inſinuare Eccleſiaſticis ſummam illam ſollicitudinẽ, quã curæ animarũ impendere tenentur, quas ſuæ cuſtodiæ, ſuæ protectioni norunt commendatas, idque abſque ulla exceptione aut excuſatione tœdii, laboris, aut moleſtiæ cujuſ-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cujuſcunque. Ovium paſtorem agi[t]
David, dicitque de ſeipſo Sauli Regi, non [ja-]
ctando, vanamve gloriolam aucupando, [ſed]
noſtram ſocordiam arguendo: 1. *Reg.* 17. v.[34.]
*Paſcebat ſervus tuus gregem, & veniebat L[eo]*
*vel urſus, & tollebat arietem de medio greg[is,]*
*perſequebar eos, & percutiebam, eruebam[que]*
*de ore eorum.* Jacob eodem modo dum [ju-]
méta paſceret Laban ſoceri ſui, quæ, quan[ta]
paſſus fuerit, deſcribit, dum inquit: *Gen.* [31.]
*v.* 40. *Diu noctuque æſtu urebar & gelu, fug[ie-]*
*batque ſomnus ab oculis meis; ſi ergo* (ſtring[it]
urgetque hanc conſequentiam S. Dam[aſus]
Papa: *Ep.* 4. *ſic laborat, ac vigilat qui paſcit o-*
*ves Laban? Quanto labore, quantisque vi[gi-]*
*liis debet intendere, qui paſcit oves Dei?* P[ræ-]
ſcribit Deus in Exodo, *cap.* 26. *v.* 7. prout [jam]
am alio in loco notavimus, aſt cum diverſa [re-]
flexione, modum quo volebat cooperiri T[a-]
bernaculum: *Facies ſaga cilicina unde[cim]*
*ad operiendum tectum Tabernaculi*: Seraph[i-]
cus S. Bonaventura verba illa egregiè no[ſtro]
applicat intento, dum ita ſcribit: *Opuſ. de* [ſex a-]
*lis Seraphim. Sicut tecta Tabernaculi, ut in[te-]*
*riora munda manerent & nitida, excipiunt*
*pulveres imbres & ventorum impulſus; ita Sa-*
*cerdotes qui fideliter ſubditos ſuos defendunt*
*turbine peccati, diverſas excipere debent tem[pe-]*

*ſtat[es]*

*ſtates adverſitatum*: Per quæ vult inſinuare, quod Eccleſiaſtici omni tempore quacunque neglecta aeris auræque intemperie, ac inclementia, ſemper excubare debeant pro animarum ſibi commiſſarum commodo ac ſalute. Nec alia fuit cauſa mortis adeo repentinæ Levitæ Ozæ, quam quod, dum ille ex Levitici miniſterii debito, propriis humeris portare debuiſſet arcam Domini, ut ſe ſubduceret oneri, fugeretque laborem, illam fidit, ac commiſit diſcretioni perulantium, ac inſolentium jumentorum; volens Deus hoc legis ſcriptæ tragico exemplo inſtruere ac monere legis gratiæ miniſtros, ut nullum ſubterfugiant, ubi agitur de honore Dei, aut ſalute animarum.

Verùm, transeamus à Teſtamento veteri, ad novum, in quo nihil minus inveniemus, quam quod Eccleſiaſtici ad otium ad delicias, vitæque hujus commoditates ſint vocati: Chriſtus enim ſummus Sacerdos, dum novam ſuam in terris plantare cœpiſſet Eccleſiam, homines ſelegit laboribus induratos, tamque ab omni tenero, ſuavique otio, ac deliciis alienos, ut ne quidem nomina illorum noſſent, multò minus hujuſcemodi experti fuiſſent commoditates. Pauperes elegit miniſtros, defatigatos piſcatores, qui vitam ſuam

am agebant, *in fame, ſiti, frigore, & nudit*
aſſuetos ardentis ſolis ſuſtinere radios, alg
tis nivis exceſſivos pati algores, ſtr
gentis glaciei experiri incommoda: vo
vit inquam illos ad tollerandam famem, ſ
vandas vigilias, & ad quaſvis tempeſt
duros labores, moleſtiasque ſubeundas, 
ſtinendas: Et verò, quis non credidi
quod dum illi ad Apoſtolatum vocarent
juberentur relinquere naves ſuas ac retia
ipſo ceſſaſſe, ac ſublatum fuiſſe omnem lab
rem, omnemque abſterſum ſudorem? ver
Magiſter illorum Chriſtus aliud omninò
tendebat, ſtatimque ipſos monuit, ſe de
piſcatione ſatis laborioſa, periculoſa, ac m
ſta, transferri, ac deſtinari ad aliã longè di
ciliorem, incommodam, ac gravem: *Marc*
*v. 17.* *Venite, faciam vos fieri piſcatores hom*
*num.* Piſces muti ſunt, capti obſequunt
homines loquela, ac ratione præditi, qua
convicta, difficillimè ſequuntur ac tenen
an non ergo difficilior piſcatio hæc, præ
ra? Dum ſimiliter Chriſtus inveſtitu
Eccleſiæ univerſalis contuliſſet ſancto Pe
hac phraſi uſus fuiſſe legitur: *Ioan. 21. v.*
*Paſce oves meas, paſce agnos meos*: ac ſi dice
univerſi gregis mei paſtorem te inſtitui: Ja
verò, quis eſt qui neſciat, imo non admire
vita

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vitam alicujus Paſtoris ? Ardet ſol, riget gelu, patitur; non quieſcit, non dormit, non eſt vallis quam non deſcendit, non mons, non collis quem non ſuperat, quem non aſcendit, mucido panis fruſtulo contentus, dummodo gregem ſuum in bona, pinguiaque deducat paſcua. Adjungamus hiſce, incommoda illa, quæ milites ſuſtinere debent: *Labora, ut bonus miles*, ſcribit ſanctus Paulus Timotheo, *2. ad Timoth. 2. v. 1.* electo Epiſcopo ad regendam Eccleſiam Epheſinam. Hilari, læta, ac exporrecta fronte morti illi vadunt obviã, ſanguinem ex venis ſpargunt, vitæ potius renuntiant, quam loco, ipſis pro cuſtodia ac defenſione à Capitaneo commiſſo; atq; hac conſideratione ſæpius ſeipſum, ſuosq; Clericos pro animarum ſalute, excitare ac animare ſolebat S. Carolus, militum ac Capitaneorum vivaciter proponendo exemplũ, & in ſpecie Ducis illius generoſiſſimi Magni Avunculi ſui, Joannis Jacobi de Medices, qui veſtitus dormiens in una ſede, dicebat: *Quam non debemus eſſe vigiles, dum agitur de ſalute ſpirituali populi?* Hanc eandem vigilantiam, paremque ſollicitudinẽ inculcat præfato Timotheo S. Paulus: *2. Tim. 4. v. 5.* *Tu verò vigila, in omnibus labora, opus fac Evangeliſtæ*, atq; hiſce immediate ſubjungit: *Miniſterium tuum imple*, volens hiſce ipſum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ipſum informare, quod labores, moleſti
incommoda, injurias &c. quæ Eccleſiaſti
pro bono ac ſalute proximi debent ſub
ac ſuſtinere, non ſint opera ſupere
gatoria, ſed ex debito ac juſtitia, f
ctionibus noſtris, ac officiis annexa. Ei
tandum, quod ſecundum doctrinam ſa
Thomæ, *in 2. ad Tim. c. 4. v. 5.* ſuper illa ſa
Pauli verba, *In omnibus labora*, charita
ſtra non debeat eſſe oculata, id eſt, quod n
debeat reſpicere nobilem, aut plebejum, d
ctum aut ignorantem, virum, aut fœmin
civem aut ruſticum, ſed æqualiter ſeſe deb
extendere ad omnes, ubi operâ noſtrâ indi
erint. *Et hoc in omni genere hominum*, p
dicit Doctor Angelicus, ut in hoc imite
exemplum Chriſti, qui ſummo cum labor
ſudore iter aliquod ſatis longum inſtituit v
ſus Samariam, ut ad veram veri Dei cogn
nem reduceret unam, ſed qualem? unam m
lierculam mendicam, quæ in meridie cum
gena in capite veniebat haurire aquam
puteo quodam, pecoribus adaquandis d
nato: Et licet ſummè defatigatus, ſu
debilis ex itinere: *Fatigatus ex itinere*
nulla cibi cogitans refocillatione, aut vir
debilitatarum reſtauratione, pluſquam
ſam, ſolus, cum ſola impendit, ut illi æter
vi

veritatis lumen infunderet, illiusque cor ſancto ſuo, puriſſimoque amore accenderet. Tanti facit Chriſtus, *Mercator non inſipiens*, unicam ſolum animam, licet perſonæ vilis, & objectæ. Nec defuerunt in Eccleſia ullo unquam tempore Prælati zeloſi, qui tanquam operarii fideliſſimi ac promptiſſimi miniſtri, nihil curarunt labores, ac moleſtias, faſtidia ac incommoditates, ſed tanquam veri Chriſti ſequaces, per nives, per glacies, per valles & montes, per rupes & abrupta alacriter perrexerunt, ut proximorum ſaluti conſulerent. Scribit S. Ennodius, *in vit. Epiph.* digniſſimus Papienſis Præſul de ſancto Epiphanio ejuſdem pariter civitatis Epiſcopo, quod hic in Legatione pro pace componenda ad Richimerem perrexerit, ac, *Quamvis cana nivibus juga Alpium tranſituris, minaretur exitium mortiferum frigus, at concretas algore glebas fidei ardor exuperat. Neſcimus parcere ſanguini noſtro, cum ſervamus alienum, nam in tanta circumſpectione ſalutis omnium, ſolum pro nobis timere non novimus.* Cui moleſtiſſimo labori, ac indefeſſo, proximum juvandi ſtudio, merito jungantur ſummè ardua Sancti Caroli per Alpes, ad ſubditas ſibi oves viſitandas, itinera, in quibus aliquando viſum eſt induſium ipſius madere ſanguineo ſudore.

Ponde-

Ponderandum etiam hic eſt, reditus bene-
ficiorum non eſſe fundatos, ad fovendum o-
tium, aut nutriendas commoditates Cleri-
rum, aſt ſervire ſolum pro ſtipendio exantla-
habitiq; laboris in choro ac Eccleſia, gravi-
mèque cōminatur iis D. Bernardus, *in decla*
qui uſum, hanc piam Fundatorum mem-
eludunt, ac pervertunt: *Væ, tibi Clerice,*
*peccata populi comedis; bonum erat tibi ma-*
*fodere, aut etiam mendicare; ſollicitus*
*tanquam rationem redditurus pro eis; gem-*
*effunde, dignos age pœnitentiæ fructus, alioq*
*ea tibi noveris imputanda, quæ modo inter d-*
*cias comedis, & parvi pendis: venient enim*
*te Tribunal Chriſti, audieturque populi*
*querela gravis, accuſatio dura eorum, quo*
*Clerici vixere ſtipendiis:* Declaratque i-
ſanctus Clarevallenſis Abbas, *ibidem.* non
hanc ſuam doctrinam, ſed traditam à ſan-
Paulo Apoſtolo, dum voluit, ut ea quæ
Altari proveniunt, non aliter in uſus prop-
converterentur, quam ad honeſtam cong-
amque ſuſtentationem: *Nec enim ord-*
*Deus his qui Evangelio inſerviunt, de Evang*
*quærere, aut habere delicias, aut ornatum,*
*vivere, ait Paulus: dixit enim, qui altari ſerv*
*de altari vivere debet; ut videlicet ſint con-*

*ti, alimenta corporis, non irritamenta gulæ, aut incentiva libidinis, & quibus tegantur, non quibus ornentur, accipere.* Sufficit horario operario diei unius ſalarium tantum, quanto indiget pro neceſſaria alimentatione, & nihil ultra ipſi debetur: Quanto amplius, ac à fortiori (inquit Author operis imperfecti *Hom. 32.*) nobis id ſufficere debet, qui tam nobile, tam excelſum, ac ab omni terrena fece ſequeſtratum opus præ manibus habemus, quale eſt procurare ſalutem animarum, in quod merito omne reliquum tempus noſtrum impendere deberemus. Indignum eſt, ut exeat, aut audiatur ex ore ſacerdotis familiaris ille, at acris ſarcaſmus, quærendum eſſe Epiſcopatum, ut commodè quieſcatur; fortaſſis, ſuper lanam pecorum ſuorum, quam ubi præparaverit, neſcio an dicam, quod illa totonderit, an degluberit. Et non recordantur, aut perpendunt, onus illud ſibi impoſitum, etiam Angelicis humeris eſſe formidabile, talisque ſit, tam dura, tam ſtricta gradus illius obligatio, ut vix ullam, minimamve indulgeat quietem: ſiquidem ad modum ſolis, cui à Chriſto leguntur comparati, in continuo debent degere motu, circumagi per ſuam Diœceſim, ut ubique ſpargant lumen ſuũ.

dulci-

dulciter ac leniter ubique influant in ſu- ſubditos charitatis ac beneficentiæ effect- & ſicut ſal, ut rerum aliarum inſipidum tol- curetque ſaporem, ſeipſum conſumit quieſcendo, ita & illi pro ſuis ſubditis, e- rumque ſalute, vitam propriam debeant i- pendere.

## Caput Decimum Quartum.

*Cum Eccleſiaſtici, præ omnibus, orare d- beant & pſallere; demonſtratur quam n- ceſſaria in illis ſit attentio, damnoſa autem, & damnabilis diſtractio & irreverentia.*

TAm neceſſaria eſt, tantique valoris Cle- corum oratio, ut S. Eucherius *hom. 3* ill- appellet columnas fortiſſimas, precibus l- collabentem orbem ſuſtentantes: *Column- quæ nutantis orbis ſtatum, orationibus ſuſtin-* Vacillabat quodammodo Eccleſia in Hero- perſecutione, ob Paſtoris ſui incarcerat- nem, verùm, de cœlo pro ipſius liberat- expeditus, miſſusque fuit expreſſus Angel- idque notanter ideo: *Oratio fiebat ſine in- termiſſione ab Eccleſia ad Deum pro eo, Act.* *v. 5.* Ut hanc eandem ſuam verbum Incarn-

tu-

tum erigeret Eccleſiam , fundaretque ſupra duodecim illos Apoſtolos, qui fuerunt duodecim lapides fundamentales tam vaſti, tam excelſi, tam admirabilis ædificii, integram noctem impendit in precibus : *Erat pernoctans in oratione Dei*, *Luc. 6. v. 12.* ut ita commodiſſimè, ac valde propriè Eccleſia appellari poſſet, Chriſti orationis filia. Dum contra Apoſtolicum collegium totus conjuraſſet infernus, in illius ruinam ac confuſionem, ſummè verendum inſtaret periculum ; ut autem Petrum Chriſtus erigeret, excitaret, bonoque juberet eſſe animo, nihil aliud dixit ; *Rogavi pro te Petre, portæ inferi non prævalebunt* : In cœlum poſtea aſcendens , ut per adventum Spiritus ſancti Eccleſia magis confirmaretur, ac confortaretur, mandavit, ut cum Beatiſſima Virgine, primus flos ille, illud germen novellum Chriſtianitatis, decem dierum ſpatio, in cœnaculo recluſum continuo orationi incumberet ; omniſque ille feliciſſimus progreſſus qui ſecutus fuit, prout notat S. Lucas, *Act. Apoſt. c. 2 v. 42.* fructus ac effectus fuit orationis : Cum ergo in dubium verti nequeat, quin per preces & orationes Eccleſia ſit fundata, iiſque mediantibus tam admirabiles, quam inſperatos, humanæque prudentiæ, ac vanæ ſcientiæ inviſos fecerit progreſ-
ſus,

ſus , an ambigendi locus ſuperſit , per
eandem ſuſtineri , ac tanquam columnis i
mobilibus , ac inconcuſſis ſemper firm
ſemper ſtabilem permanere? Hanc ob ra
nem, non abſque ſingulari Divina ordina
ne, ſine ulla intermiſſione tam à Clero ſec
lari , quam Regulari recitantur quotidie
ptem horæ canonicæ, tali ferme modo d
ſtæ ac ordinatæ, ut dum una pars, ſive diu
noctu ceſſat , alia alibi incipiat, ut ita imp
tur id, quod prophetico olim ſpiritu præd
David : *Benedicam Dominum in omni t*
*pore , ſemper laus ejus in ore meo,* *Pſal. 33.*
Dum illi pſalterium, omni die ac nocte, om
que hora recitant. Non ergo abſque rat
ne dixit S. Joannes Chryſoſtomus, *Hom. 4.*
*prec.* orationem eſſe murum inacceſſibil
Eccleſiæ : *Oratio Eccleſiæ murus firmiſſim*
*propugnaculum inconcuſſum* : Itaque licet
rum eſt, juxta infallibilem Chriſti promiſſ
nem , quod murus ille nullo infernalis h
impetu, aut impulſu ſit caſurus : *Portæ i*
*non prævalebunt* ; tamen nihil aliud ſupe
quam ut conetur eum debilitare, aut auf
do intentionem , aut minuendo ac tep
ciendo devotionem, aut diſtractiones, me
tisque evagationes ingerendo, ut non fruc
ficent preces noſtræ , nec nobis , nec

pro quibus illas perſolvimus. Hujuſmodi malitioſam, ac deſidem evagationem agnoſcere debemus pro vera Dæmonis machina, prout advertit S. Ephræm: *De panop. Si cum oras mens tua diſtrahatur, ſive per oculos, ſive per aures, ſive per cogitationes, aut per quamcunque aliam cauſam, ſcito inimici hoc eſſe opus.* S. Antoninus, digniſſimus Florentinorum Antiſtes: *p. 4. c. 8. paragr. 8.* ſuper illum Eccleſiaſtæ locum: *cap. 10. v. 1. Muſcæ morientes perdunt ſuavitatem unguenti*, demonſtrat, quam debilis, quamque infirmus reddatur vigor orationis, ſi ad illam aditus concedatur diſtractioni: *unguentum eſt oratio, quâ ſanantur peſtes, & vulnera animæ, quæ in ſe ſuavis eſt: Muſcæ ſunt importunæ cogitationes volatiles, quæ menti occurrunt, quæ tunc moriuntur, cum permanent, & odorem perdunt, id eſt deſtruunt ſuavitatem orationis*: Et unus alter Reverendiſſimus Epiſcopus, qui quoque non minus doctrinâ, quam Mitra illuſtravit clariſſimum ſancti Dominici ordinē, demonſtrat ſimiliter, quam parū grata ſit Dei auribus oratio illa quæ cū ſeria mentis applicatione non perſolvitur: *Bellovac. ſpec. mor. l. 3. pag. 10. diſtinc. 83. Non plus delectatur Deus in oratione vocali, ſine attentiõe mentali, quā in garritu aviū, vel in grunnitu porcorū.* Integro ex-

M ercitui

ereitur confuſionē cauſare poteſt unicū i-
mentū bellicū, urbem mœnibus nudare,
& ad terrā uſq; dejicere turres prævalet: Si
tem exigua ferri particula configatur, illi
occludatur orificium, ad omnia manet in
le. *Precatio telum eſt inſuperbile* (eſt ſent
tia ſancti Joannis Chryſoſtomi Tom. I. Hom
*tutumque præſidium, quod æquè militem u*
*ac multa millia profligat.* Oratio, vera
attentione, rectaque intentione perac
ror eſt inferni, expugnatrix cœli, &
Deum omnipotens; aſt, ſi unica diſtra
unica irreverentia, unica voluntaria m
evagatio interveniat, ſtatim obtunditur
ipſius, robur enervatur, totaque redditur
fructuoſa. *Non ſimplicia verba orationi*
*ſunt, ſed illud, quod ex ſeria animi affectione*
*ficiſcitur*, dicit S. Baſilius: *Orat. de precat.* P
quam S. Bonaventura exemplo Archan
Raphaelis demonſtraſſet, Angelos ante T
num ac conſpectum Dei noſtras offerre
tiones, prout ipſemet fecerat de prec
ſenioris Tobiæ, ſubjungit: *Diata ſalut. de p*
*cap. 5. Regi non offert, qui ſibi miniſtrat, ſ*
*lum coopertum cum muſcis, id eſt cogitatio*
*vanis & immundis*; Servitque propo
huic exemplum Abrahami, primi credent
Patris, qui totus intentus erat, ut pelleret

lita

litantes ſuper carnes ſacrificii aves: Dum nos pſallimus, Deo laudis offerimus ſacrificium, prout notat S. Petrus Damianus: *Opuſc. 15. c. 21.* *Dum pſallimus, Deo noſtro, ſacrificium laudis offerimus*: ergo, inſtar Abrahami, longè ab illo pellere debemus, omnes illas cogitationes, quæ per mentem noſtram volare ſolent, ut eo gratius ſit Domino Deo, ſacrificium illud noſtrum.

Nec ſolum infructuoſæ redduntur preces noſtræ, dum inquinatæ ſunt negligentiis, ac imperfectionibus; verum etiam detrimento nobis ſunt, ac pernicioſæ. Sanè, hoc ipſũ erat, quod timebat S. Cæſarius Arelatenſis: *Hom. 31.* *Ne inde acquirat peccatum, unde habere potuit remedium.* Magna ſtultitia eſt, inquit S. Bernardus, *cap. 8. Medit.* à Deo prætendere, ut attentã, benevolamq; vocibus ac precationibus noſtris aurem præbeat, dum nos ipſi, qui articulatim ipſas proferimus, non attendimus ad ea quæ proferimus, volumus, inquã, ut noſtras exaudiat orationes, quæ nil niſi merum tale nomen habet, in rei veritate autem veræ nugæ ſunt: Hoc Deum irridere eſt, (qui tamen *non irridetur*) non placare: *Magnam injuriam Deo facio, cum illum precor, ut meam vocem audiat, quam ego qui fundo non audio: deprecor illum ut mihi intendat, ego verò nec mihi,*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*nec illi intendo.* Reprehendit graviter hu-
modi orandi modum ſupra laudatus Bell-
cenſis, *Diſt. 31. ibid. m.* affirmatque taliter
gis ipſum irritari, nauſeamque ac indigna-
nem erga nos cauſari: *Eſt divinum auxi-
implorandum, non mente vagante, eo quo
lis non ſolum non impetrabit, quod petit, ſe
am Deum magis irritabit, ſicut ſi aliquis
loqueretur, & non attenderet ad ea, quæ p-
ret.* Quid, ſi ſubditus aliquis coram ſu-
ſuo Principe, juſtiſſimè ſibi offenſo, qui
viter læſit, veniam deprecaturus, dum
gna illi conceditur audientia, eodem tem-
vúltum averteret, ac cum alio agere incip-
aut confabularetur, quis prudens non ju-
bit, talem non ſtatim ſolùm expellendu-
& graviſſime, ac ſeveriſſimè puniendum
noſtra cauſa eſt, eadem noſtra hæc con-
eſt, vilium terræ vermiculorum, coram
noſtro: An non meritò timere debemus,
nos pulvis & cinis, cum tanta irreverénti-
ta mentis evagatione, tam ſuperficiali
tione conveniamus, alloquamur, ac dep-
mur, tam immenſam ac incomprehenſib-
Majeſtatem, coram qua cœleſtiũ Angel-
ordinum tremunt Poteſtates? ſimilitudo
eſt S. Ephræm, *Paran. 50.* conformisq; m-
Joannis Chryſoſtomi: *hom. 3. in Gen. Eni-
ro, ſi cũ ad homines accedimus, tã attenti ſ-*

*ut propè ſtantes ſæpè nõ videamus, ſed colligimus mentẽ, & ad eum ſolũ ſpectamus, ad quem accedimus, quanto magis apud Deum idẽ facere continuo, & jugiter precibus inſiſtere congruit?* Digniſſimũ eſt æternâ memoriâ reſponſum illud Caroli V. *Rho. hiſt. virt. l.3.c.88.1.* qui dum orationi intentus admoneretur, adeſſe Legatũ aliquẽ Regiũ, qui de graviſſimis, urgentibuſq; negotiis cum ipſo conferre deberet, repoſuit: *Nec ego quidem hic leviter ſum occupatus, quia cum Deo ago.* Eccleſiaſticus valde pulchrè declarat, cum appoſita ſimilitudine, quam ſit infructuoſa, nulliusq; valoris ac momenti oratio abſq; mentis applicatiõe ac attentiõe peracta, dũ dicit: *Vnus ædificans, & unus deſtruens, quid prodeſt illis niſi labor? cap.34. v.39.* utq; demonſtret, quinã illi ſint, qui dũ eodem tempore ædificare videntur una manu, altera deſtruunt, ſtatim ſubjungit: *Unus orans, & unus maledicens cujus vocẽ exaudiet Deus?* Lingua eſt, quæ articulatè pſalmos pronunciat, recitatq; preces, mens verò, cor & intẽtio, eo ipſo quo diſtracta Deo maledicit, dũ cogitatiõe inhæret diſcurſibus peccãinoſis, profanis & ſæpè mortalibus, cui ergo ex hiſce duobus aurẽ præbebit Altiſſimus, an linguæ, an mẽti, ac intentioni? certũ eſt quod menti ac cordi, proindeq; emanere nõ poteſt pœna à ſe provocata. Refert B. Petrus Damianus *Lib.2. Ep.15.* de S. Severino



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Archiepiſcopo Colonienſi , (quem tam
Cardinalis Baronius opinatur fuiſſe Pelleg
num, ejuſdem quoque Eccleſiæ Archiepiſ
pum) caſum memorabilem, in hac noſtra m
teria valde opportunum ſummèque no
dum. Archiepiſcopus hic poſt mortem c
demnatus fuit ad ardentis fluvii flammas
quod degens in aula Imperatoris , tanq
Conſiliarius ejuſdem, horas ſuas canon
ut per diem occurrentibus graviſſimis ne
tiis melius vacare, imo & deſolatis, ac de
ctis, in cauſis ſuis poſſet ſuccurrere, antic
ſet; & licet hæc, præ omnibus aliis, vide
fuiſſe maximè legitima excuſatio, nihilom
coram ſupremo, ac diſtricto judice non
ſtitit, ſed qualiſcunque hæc oſcitantia,
memorata gravi pœnâ fuit mulctata. Q
dicemus autem de illis, qui non ſolum, n
obſervant tempus aut ordinem in recita
horis, aſt illas ita percurrunt, ac legunt,
pſittacus ſuum promit garritum. *Pſ. 100.*
*Pſallam & intelligam* dicebat David, nec
quam voluit, ut prius illud verbum *Pſa*
deſtitutum eſſet altero , *Intelligam*; hi
pſalmo 46. dum quater invitaſſet ad pſal
dum, *Pſallite*, ſemper concluſit cum nota
adverbio hoc: *ſapienter*, quod idem eſt, a
diceret, prout explicat Dionyſius Carthu

nu

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nus: *De interiore mentis ſapore*: atque hoc illud ipſum eſt, quod in praxi exercuit S. Paulus Apoſtolus, ita ſe declarans: 1. *Cor.* 14. *v.* 15. *Orabo ſpiritu, orabo & mente: pſallam ſpiritu, pſallam & mente.*

Perpulchram reflexionem fecit ſuper hanc materiam venerabilis Dei ſervus P. Antonius Graſſi Congregationis Oratorii Firmanæ, de cujus immaculata, ac inculpata vita, ſummisque virtutibus, ex mandato ſacræ Rituum congregationis, modo formatur proceſſus. Ille dum divinum officium incipiebat recitare, quod ſemper perſolvebat, nudo capite, in pedibus erectus conſiſtens, manus, oculosque elevans in cœlum, cum affectuoſo ſuſpirio dicebat: *Var. ſen. de vit. P. Ant. Graſſi. c.* 3. *Laudemus Dominum, quem laudant Angeli*: hujuſque ſuæ præparationis reddens rationem, inquiebat: Ut quis intelligat, quid nos dicamus, neceſſe eſt, ut loquamur linguâ illius, qui audit; lingua autem Dei ignis eſt, in tali enim forma venit ſuper Apoſtolos Spiritus ſanctus, qui ergo tali lingua orat, debet id facere cum charitate, fervore, ac gratia, prout id inſinuat S. Paulus, 1. *Cor.* 13. *v.* 1. *Si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodeſt.*

S. Bernardinus Senenſis *Tom. 3. ſerm. 3. a. cap. 1.* affirmat triplicem in oratione req. attentionem : *Triplex in oratione attentio curanda: Prima ad verbum, id eſt, ad voca. prolationem, & formationem verborum. cunda ad ſenſum verborum , qua in ora. proferimus. Tertia ad objectum, id eſt ad. um, quem oramus , & etiam ad rem ob qua. ramus, bona eſt intentio prima, melior ſecu. tertia optima reputatur.* Dum in c. pſallitur debita cum pauſa & attentione, gravitate, ſignum eſt reperiri ibidem ſpiri. veri Eccleſiaſtici, ac circumſtantes, mirifi. hoc ædificantur. Narrat ad hoc prop. tum S. Franciſcus Saleſius, *Lib. 2. de amore D. no.* dum Pariſiis ſtuderet , conveniſſe d. ſtudioſos , Hæreticum unum , alte. Catholicum , ac ſera nocte per vicum ſ. Jacobi perrexiſſe, ad quoddam proſtibu. in via autem audientes aliquam campa. quæſivit Acatholicus à ſuo ſocio, quale. foret ſignum, & à quibus daretur ? Re. dit alter, eſſe Patrum Carthuſianorum, q. pulſarent ad matutinas, ſubjunxitque; q. *diverſæ ſunt viæ noſtræ, à viis bonorum illo. Patrum Religioſorum* , perrexitque na. multa de pietate ac devotione quacum ſo. rent pſallere. Tacuit ad hæc Hæreticus,

ſteautem ſequente ivit, ut certam de hoc ipſo caperet experientiam, ac tantoperè fuit ædificatus ſuper pietatem ac gravitatem, quacum Divinum perſolvebant officium, ut hæreſim abjuraverit. *Ignis explorat aurum* (inquit S. Joannes Climachus *Gr.* 19.) *attenta & ſincera oratio charitatem erga Deum.* In tali temporis circumſtantia erat S. Carolus, quando in ipſum exploſa fuit bombarda, plumbo onerata, dumque omnes præ timore aufugerent circumſtantes, nihilominus ipſe immobilis perſtitit in oratione, licet mortaliter læſus putaretur, eligens potius vitam perdere, quam in precibus turbare attentionem.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# VERI ECCLESIASTIC

## LIBRI TERTII

### Caput Primum.

*Dedocentur errorem ſuum Eccleſiaſtici, qui per ambitionem quærunt promotiones.*

IN tanta ſunt apud Deum disgratia Ambitioſi, tam ipſi odioſi ſunt, ut publi verbisque clariſſimis proteſtatus ſit, il los in ſua Eccleſia nolle pati aut ſuſtine *Non habitabit in medio domus meæ, qui fa ſuperbiam*: *Pſ.* 100. *v.* 7. Idque ex ſummo tionis momento: cum enim ambitio Para ſo cœleſti anſam quodammodo querula induxerit, dum ipſum tertia parte Angelorum depopulata eſt, qui omnes deplorandâ meta morphorſi, unico momento, ex pulcherri mis ſpiritibus, in teterrimos Dæmones tran forma

formati ſunt: Deſcendit poſtea exterminatrix illa, de cœleſti ad terreſtrem Paradiſum, primoſque parentes noſtros eo deduxit, ut primam perderent innocentiam, ipſamque originalem juſtitiam, totam ſuam inficerent poſteritatem, & nos omnes inevitabili mortis ſubjicerent neceſſitati, iiſque miſeriis ſupponerent, exponerentque, quarũ incommoda, proh dolor! per momenta ſingula, plus nimio, experimur; nec contenta tantis hiſce malis, zizania ſua longius proſeminare inſtituit, dum ſeſe in ipſum ſacratiſſimum Chriſti intruſit gregem, collegiumque Apoſtolicum, in quo eo uſque res ſuas deduxit, ut ad controverſiam ad litem quaſi deventum ſit, dum, *facta eſt contentio inter eos, quis eorum videretur eſſe major:* *Luc. 22. v. 24.* Atque hinc juſtiſſimam hæc ſcribendi habuit cauſam Hildebertus Archi-Epiſcopus Turonenſis: *Epiſt. 30.* *Superbia natione cœleſtis, ſublimes appetit mentes, & velut ad proprios revolans ortus, in gloriam, & puritatem irrumpit hominum, quæ à gloria & puritate prorupit Angelorum.* Hæcque ratio eſt, quod ſignum majus in domo Dei, deſerant ambitioſi, prout deplorat S. Bernardus: *Lib. 1. de conſid.* *Neſcio quomodo plena eſt ambitioſis Eccleſia.* Carnis, ſen-

ſuumque ſpurcities, licet auro delectatio
illitæ, plurimi tamen Eccleſiaſticorū illas a
horrent, deteſtantur, apprehendunt en
las,& meritò,ut indignas,ac propudioſa
miniſterio,ac gradui; Item,lucrum, pro
umque intereſſe,licet ſit eſca aliqua,ad q
non pauci adſpirant de Clero, illaque li
tiſſimè veſcantur præ aliis, ubi tamen la
tem ſub illa advertunt hamum, illam d
runt,ac ſagaciter ſtatim aufugiunt: ve
honor,reſpectus,æſtimatio,gloriaque hu
na,tam efficacia videntur trahendi media,
etiam inter perfectiores illa omni ſtudio,
labore, fuerint quæſita; quin imo,ubi ſ
fulgor auri,ſplendorque Purpuræ, aut M
dignitas ſpeluncas penetravit, ac erem
ſuoſque ad abſtruſa illa loca immiſit ra
plures fuerūt illos ſecuti,ac tenebroſa ſua
ſeruere latibula: *Ambitionis ſalſugo bibu
animam occupat, ut per fas & nefas ad lo
periora,etiam de latebris eremi nonnulli ſe
rant*; ſcriptum reliquit S. Cyprianus, *de C
oper. Chriſti in Prolego.*

Experientiâ ipsâ videmus hæc omnia,
pars potiſſima eorū, qui ſacros ordines ſu
perunt,aures videtur occludere illi,ſumi
menti, ſancti Pauli Doctrinæ, à ſpiritu ſan
dictatæ,ac conſecratæ; *Nec quiſquā ſumit ſi
hon*

*honorem, ſed qui vocatur à Deo tanquam Aaron; ſic & Chriſtus, non ſemetipſum clarificavit, ut Pontifex fieret.* Heb. 5. v. 4. *Percutiuntur hac ſententiâ* ( repetit S. Anſelmus *in Gloſſ.* ) *qui honores Eccleſiaſticos, ad quos divinitus non vocantur, arripere cupiunt, qui enim ſe ingerit, propriam gloriam quarit; non ſumit honorem, ſed gratia Dei rapinam faciens, jus alienum uſurpat, & Dei non accipit benedictionem, ſed maledictionẽ.* Verùm, quia Aaronis facta eſt mentio, qui primus ſynagogæ fuit ſacerdos; quid myſterii latuit, quod Deus illum, ad ſummum iſtum altiſſimumq; gradum voluerit promoveri, per cœleſte ac ſupernaturale aliquod prodigium, & non per electionem aut Moyſis aut aliorũ Seniorum? Reſponderq; ad hæc S. Ambroſius: *Epiſt 8. ad Vercell. Ideo Aaron Sacerdotem ipſe elegit, ut non humana cupiditas in eligẽdo ſacerdote præponderaret, ſed gratia Dei, non voluntâria oblatio, nec propria aſſumptio, ſed cœleſtis vocatio.* Juſtæ ergo erant ſancti Auguſtini lachrymæ, dum ad Sacerdotium fuit aſſumptus, timebat enim, ne forte in promotione illa, ambitio aliqualis, aut deſiderium minus perfectũ in aſcenſu illo ad dignitatem tantam Eccleſiaſticam ſubrepſiſſet, eratque ipſi ſemper fixa ac rata gnoma illa, digniſſima ſimul ac utiliſſima in praxi illis, qui

ſeſe ſentiunt titillari, ac tentari deſide-rio, ac appetitu majoris honoris, & gloriæ: *Lib. 50. Hom. 13. Honor te quærere debet, non ipſum tu.* Et hæc ipſiſſima cauſa fuit, cur in primitiva Eccleſia ſacri miniſtri tot hominum millia converterint, tantaque fecerint prodigia, quia ſeſe, juxta proprium prurientem, ac inordinatum appetitum, & capricium, non intromittebant, ultrò vel ingerebant in Sacerdotium, nec ad ſublimiorem gradum promoveri avebant; ſed quaſi vi, ac rigoroſo Prælatorum ſuorum mandato coacti, atque ideo non reſpiciebant honorem proprium, ſed ſolum ac unicum unius Dei, eo certe magis honorem meriti, quo ſe illo reputabant indigniores: Placet mihi proinde ſupra omne aliud elogium illud à Sidonio Apollinare datum Simplicio Epiſcopo: *Maximè ambiendus, quia minime ambitioſus, non ſtudet ſuſcipere ſacerdotium ſed mereri.*

Ut ante omnia demonſtrem ambitionem ſummè eſſe pernicioſam Eccleſiæ, puto illud optimè probari ex eo quod pro ſum̃a reputetur ignominia à Concilio Pariſienſi 6. *c.* 6. fundatũ ſupra teſtimonium Nazianzeni: *Religionis ac doctrinæ noſtræ opprobrium naſcitur, quia Sacerdotia, vel miniſteria ambitione potius, & ad gratiam, quam meritorum judicio deferuntur*

*runtur*: hocque etiam volebat perſuadere ſummo Pontifici Eugenio, S. Bernardus, *lib. 4. de Conſid.* dum illius manibus ac directioni commiſſa eſſet œconomia dignitatis ac reſpectûs univerſalis Eccleſiæ, dum eundem monet, ne alicui ſupplicæ, precibus, aut commendationi aures præbeat, ubi agitur de officio aliquo ſacro; qui enim illis tantum ſubnititur, ſemper ſupponi debet, aut minor in meritis, aut amplior, majorque in ambitione: *Sanè huic negotio non ſe ingerat rogans; conſilio non prece agendum eſt, alius pro alio, alius for è & pro ſe roget; pro quo rogarit, fit ſuſpectus; qui ipſe rogat, jam judicatus eſt; nec intereſt, per ſe, an per alium quis roget.* Omnis alia via, quæ non eſt meritorum, diſtorta eſt, & abducens, ac obliqua, nec per talem ſcanditur, aut pervenitur ad ſublimes Eccleſiæ honores, præterquam enim quod quis hoc modo temeritatis incurrat notam, turpiter deſpicitur ab ipſo loco ac ſede, quam indignè occupat. In libro tertio Regum *c. 6. v. 8.* fit mentio graduum, ſeu ſcalæ cochleæ, per quam ad templi eminentiorem, altioremque locum aſcendebatur: *Per cochleam aſcendebant in medium cœnaculi, & à medio in tertium*, illa ergo erat tunc unica tantum, ubi in Eccleſia Chriſti, ad altiora

in

in ipſa aſcendenda loca ab ambitioſis n reperiuntur modo tramites, viæque la tales, ut innumeræ ex hiſce ſcalæ conſtr antur; nec potuit ſeſe continere S. Jo nes Chryſoſtomus, quin tales contumaciæ temeritatis ac audaciæ effrontis inſimu ret: *Eos qui per ſe aſcendunt, honorem iſtum ultrò ſibi ambiunt, contumaciæ, te ritatis, atque audaciæ accuſent.* Lib. 3. de ſac Et quomodo auderet protervus aliquis, n vocatus intrare, ſeſeque intromittere, primariam magni alicujus Principis a manſionem, quin ſtatim cum rubore ac igno minia inde expelleretur, meritas temerita tis ſuæ luens pœnas? Et tamen hoc ipſum fa unt Clerici, qui non vocati ideoque à De reprobati, ſeipſos ingerunt domus ſuæ mini ſteriis, primaque loca ambiunt in ſua Ec cleſia: *Verbum tuum eſt Domine: Dom mea domus orationis, non intruſionis voca tur; domum tuam Domine decet ſanctitud non intruſio*, dicit Bleſenſis Epiſt. 10. Veru quidem eſt, prout notat S. Gregorius 1. P Paſt. c. 8. Deum quidem tolerare illos, qu intruſerunt, non tamen internè approba atq; de talibus hoc modo ſcripſit: *Ex ſe an & non ex arbitrio ſummi Paſtoris regnant, qu nullis fulti virtutibus, nequaquam divinit*

vocati

*vocati, ſed ſua cupiditate accenſi, culmen regiminis rapiunt potius, quam aſſequantur; quos tamen internus judex non provehit, & non agnoſcit, quia quos permittendo tollerat, profectò per judicium reprobationis ignorat.*

Sanè, quantum ornamenti ac decoris adfert Eccleſiæ Clericorum humilitas, modeſtaque continentia, tanto amplius illam deformat, ac devenuſtat eorundem ambitio ac ſuperbia, dum enim nihil aliud captant, nihil aliud intendunt ac quærunt niſi vanam ac tranſitoriam gloriam mundi, ne minimum curantes honorem cultumque DEI, legumque ejusdem obſervantiam, claudunt oculos abuſibus, patiuntur ſcandala, diſſimulant plebis populique inſolentias ac diſſolutiones, ne prætenſæ ſuæ dignitatis curſum interrumpant, non attendentes quod ſplendor ille, qui iis lucendo, ſimul etiam decipit, infauſtus cometa ſit, funeſtumque præſagium infeliciſſimi exitus: *Quos altiores, quam meliores eſſe delectat, non premium, ſed præcipitium exſpectent*, ait in ſuis declamationibus S. Bernardus, *in declam.* & alibi mentionem faciens de caſu luciferi, ſubjungit: *Age ergo, feſtina multiplicare præbendas, inde ad Archi-Diaconatum evola,*

*demum*

*demum aſpira ad Epiſcopatum, nec ibi quidem requiem habiturus, quoniam ſic itur ad aſtra:* verùm, finem imponens illi ironiæ, ſed tandem improperando concludit: *Quò progrederis miſer? An, ut ab altiori gradu, ſit caſus gravior? Neque enim ſic paulatim decidas, ſed tanquam fulgur in impetu vehementi, quaſi alter Satanas ſubitò dejicieris.* Oporteret profectò, ut quos Mitræ fulgor adeo delectat, cujusque poſſeſſionem adeo ambitiosè quærunt, oculos converterent ad periculum, cui ſeſe per illam exponunt, prout fecit S. Petrus Damianus, *l.* 3. *Epiſt.* 9. qui timens ac tremens permiſit ſe indui Purpurâ Vaticanâ, *Quam pavendum eſt, ac tremefactis viſceribus formidandum, omnibus in Eccleſia nunc dignitate præcellere, quos apud neceſſe eſt, ante omnes in tremendi judicii examine reſpondere.* Si ſeſe reflecterent ſuper onus grave indiſſolubiliter dignitati annexum (præter alia incommoda, labores, faſtidia, curas, anxietates, invidias, &c. quæ illam comitantur) inſuper etiam ſi perpenderent ſtrictiſſimam illam rationem, quam coram ſupremo Judice, de illius adminiſtratione aliquando debebunt reddere, credo ſanè, quod tam cautè ac ſollicitè illam ſubterfugerent, quam inconſide-

ra-

ratè eandem quæſiverunt: *Quantò honoribus alios antecellunt, tantò quoque ipſorum peccatum gravius efficitur*, prout advertit S. Iſidorus Peluſiota. *Lib.* 2. Ep. 10. Præter decus, ac ignominiam, inſeparabilia ſunt damna, quæ ab hujuscemodi Eccleſiaſticis in Eccleſiam redundant: Sãnctitas deberet eſſe individua, ac inſeparabilis à noſtro miniſterio: *Sacerdotes ſancti incenſum & panes offerunt Deo, & ideo ſancti erunt Deo ſuo*; *Levit.* 21. *v.* 6. Sed ambitio eſt tinea, quæ illam corrodit: *Tineam ſanctitatis*, vocat illam S. Bernardus, *Serm.* 6. *ſuper Pſl. qui habitat*, eamque tam nocivam Eccleſiæ æſtimat Author operis imperfecti, ut de illa ſcribere non dubitaverit: *Tolle hoc vitium de Clero, ne velint hominibus apparere, & ſine labore omnia vitia reſecantur.* Ambitioſus non attendit ad vitiorum extirpationem, imo verò per luxum ac faſtum, quem ubique demonſtrat, ea potius fovet ac nutrit, cumque pro illo manutenendo, ac majorem etiam pompam exhibendo magnis indigeat expenſis, non tondit, ſed deglubit gregem: *Elati paſtores plebem tyrannicè premunt, non regunt, vulnerare potius, quam emendare norunt*, ſcripſit, cum lacrymis potius, ut credo, quam cum attramento, S. Iſidorus. *Lib.* 3. *ſent. c.* 41. Mon-

ſtrarent

ſtrarentne tales ſe zeloſos, in extirpand abuſibus, reformandis moribus, locis ſ cris reſtaurandis, in viduarum ac pupill rum defenſione, pauperum ſubventione ac tandem in animarum procuranda ſalut Nihil minus, nec illorum quidquam tales c gitant, atque hoc paucis, aſt nervoſis ver confirmat S. Bernardus: *de conſid. l. 4. c. 2.* *des omnem Eccleſiaſticum zelum fervere, p dignitate tuenda; honori totum datur, ſ ctitati nihil*: nec quidquam aliud, à talib expectandum eſt, ſiquidem, prout alibi no idem Sanctus *de converſ. ad. Cler. c. 20. Imp ſibile eſt, ut ex amara radice ambitionis ſ vis fructus prodeat Charitatis,* Ex radice pesſima, verè venenata, proceſſerunt hæ ſium deteſtanda germina, quæ tanto anim rum detrimento concuſſerunt, ac hodie d adhuc concutiunt Eccleſiam Romano-C tholicam, quales fuerunt, Montanus, Vale tinus, Marcio, Novatus, Arrius, Luther aliaq; plura impietatis, ac perfidiæ monſtr

Verumne ergo eſt, quod ſcribit ad Tim theum S. Paulus: *c. 3. v. 1. Si quis Epiſcopa deſiderat, bonum opus deſiderat?* Eſt utique v riſſimũ; aſt ſciendum eſt, Apoſtolum hoc ſc pſiſſe, quando Epiſcopi primi quærebant ad Martyrium, illudque ſuſtinere debeba

ac præter hoc, inſigniter explicat Cardinalis Cajetanus, *ibid.* quid intenderit, volueritque inferre S. Apoſtolus ex illo verbo, *Opus: Si quis ſuperintendentiam cupit, bonum, ſeu præclarum opus deſiderat; non dicit, ſi quis dignitatem, ſi quis gradum, ſi quis proventum, ſi quis honores, ſi quis gloriam Epiſcopatûs; ſed ſi quis ipſum Epiſcopatum, hoc eſt, ipſam ſuperintendentiam, ipſum ſuperintendere deſiderat, procul dubio deſiderat opus; non qualecumque, ſed bonum, & præclarum.*

In quodam Colonienſi Concilio, *P. 2. c. 23.* efficax aliquod motivum nobis ſuggeritur, quo reprimi ac retundi poſſet omnis prætenſio, quam ambitioſa ſuperbia noſtra ſuggerere poſſet: *Meminerimus potius officii noſtri quam dignitatis, neque enim ad dominationem, ſed ad opus vocati ſumus.* Omnia Aaroni præſcripta ornamenta, prout etiam Epiſcoporum, ac aliorũ rituum, & ſacrarum cæremoniarũ ad decus ac honorem ordinatarũ, ſigna ſunt, ac figuræ virtutum, obligationum, laborum, ac moleſtiarum, quibus ſubjacent illi, quibus Epiſcopale incumbit onus, idque vi muneris, ac officii ſui, prout authenticis teſtimoniis probatur in Bibliotheca Morali diſcurſu undecimo, titulo de Ambitione, ad quam me remitto.

Ca-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## Caput Secundum.

*Refelluntur, ac corriguntur illi, qui finem temporalem, ſeſe aggregant militiæ Clericali.*

SUmmus ille profectûs, ac utilitatis Eccl ſiæ S. Catholicæ Zelator, ac promo S. Bernardus Ep. 237. unicè habebat in vo ac anhelè deſiderabat, quatenus adhuc mel, antequam fatalis mortis hora ſibi oc los occluderet, videre poſſet ſacros Mi ſtros, tanquam veros Apoſtolorum ſucce ſores, ſumma intentos ſollicitudine piſca ræ animarum, non verò auri ac argen *Quis mihi det antequam moriar, videre E cleſiam Dei ſicut in diebus antiquis, quan Apoſtoli laxabam retia in capturam, non capturam auri & argenti, ſed in capturam a marum.* Nihil eſt, quod Clerum adeo red ſcandaloſum, indiſciplinatum, deſpectu ac quaſi ſœcularizatum, quam quia, *om quærunt quæ ſua ſunt, non quæ Jeſu Chri* prout lamentatur Apoſtolus Philip. 2. v. 21 enim rectè examinemus intentionem, finem, ob quem ſe plures curant promove ad Ordines ſacros, reperiemus paucos omn no eſſe, qui purè pro fine aut objecto h

bea

beant cultum, ac honorem Dei animarum ve ſalutem, innumerabiles autem alios, qui mendaciter ſubierunt ac intrarunt caſtra Clericalia, in primo ſtatim introitu, linguâ quidem pronuntiantes: *Dominus pars hæreditatis meæ*, corde autem reſpicientes, ac intendentes unum longè aliud intereſſe, de quibus ſcribit. Nazianzenus: Orat. 21 *Quorũ non mores dignitate, ſed dignitatẽ moribus fidem aſtruit, ordine admodum præpoſtero.* Primaria tanti mali cauſa plerumque ſunt parentes, qui clero adſcribi curare ſolent pueros in tenera adhuc ætate, absque ullo plane reſpectu ac reflexione, an utiles, an pernitioſi futuri ſint Eccleſiæ, dummodo utiles ac proficui ſuæ ſint domui: Acriter in ſimiles invehitur S. Carolus, eisque ob oculos ponit, ac docet finem, propter quem parentes filios debent curare in Clerum adſcribi: *Intentione offerant, non rei familiaris augendæ cauſa, non quæſtus cupiditate, non familiæ ſuæ ſuſtentandæ ſtudio, non honoris cupiditate, non ambitione, neque denique rei alterius cujusvis humanæ affectu, ſed ea ſolum cauſa, ut Dei Eccleſiæ ſerviant. Acta eccles. Mediolan.* pag. 548.

Ex ipſa nominis etymologia clarè deduci poteſt finis & ſcopus, in quem collimare de-

debet Clericus, & in quem ſpes omnis ipſi
debet fundari: *Clerici dicuntur à Græco C*
*ros, quod hæreditas ſive ſors interpretant*
*quia de ſorte eſſe Domini, & ſolum De*
*in hæreditatem accipere eligimus*, inquit H
go à S. Victore. *Lib. 1. de ſacr. t. 3. c. 32.* M
ti huic, ac opinioni inhærens S. Carol
*conc. Med. 4. P. 3. tit. Monit.* admonuit om
jam militiæ Clericali adſcriptos, ne ull
alium, præter DEUM, vel qui ad ipſ
ordinetur, finem ſibi præſtituant, tur
ter alioquin hallucinaturi: *Chriſti e*
*nempe de ſorte Domini, & ipſe Dom*
*ſors, & pars ſcilicet veſtra. Tales vos p*
*bete, ut & ipſi poſſideatis Domin*
*& poſſideamini à Domino, verèque dic*
*Dominus pars hæreditatis meæ.* Nec c
nec affectus noſter debet eſſe diviſus, u
illius partem Deo, ſæculo ac mundo c
ſecrando alteram, directè enim hoc co
Evangelium pugnat; *Nemo poteſt du*
*Dominis ſervire*; *Matth. 6. v. 24.* & ſiqui
certè Eccleſiaſtici obligati ſunt, nemini
ri locum dare niſi ſoli Deo: *Veneranda*
*cleſiaſtici forma ſervitii, ſed quæ ad*
*partes animum non relaxet*, monet E
dius Epiſcopus, *Epiſt. 14.* concordatque
illo ſententia ſancti Cyrilli Alexandrini, l

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ador. in ſpir. & ver.*) qui hiſce verbis deſcribit nomen Clerici, *genus illud divinis, ſacriſque miniſteriis mancipatum*, volens inferre, quod quicumque Clero adſcribitur, debeat ſeſe, ſervi inſtar, totum dedere ac mancipare ſervitio, cultuique divino. Hinc ſuos monuit S. Ambroſius, *in Pſl. 128.* ipſos non eſſe ſibi natos, id eſt, ut propriis intenderent commodis, ſed ſolum ad hoc deſtinatos, ut promoveant honorem Dei: *Verus altaris miniſter, Deo, non ſibi natus eſt.* S. Paulus in epiſtola ad Hebræos *c. 5.* apertè docet, quem in finem inſtitutum ſit Sacerdotium: *Omnis namque Pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in iis, quæ ſunt ad Deum; non enim conſtituitur propter gloriam,* explicat Doctor Angelicus *loco citato, non propter cumulandas divitias*, innuuntque præfata Apoſtoli verba, duos præſtitutos eſſe fines, unum, pro proximi adjutorio ac ſublevamine, *pro hominibus conſtituitur*, alterum pro cultu ac obſequio DEI, *in his quæ ſunt ad DEUM*: Verùm S. Bernardus ſcribens *epiſt. 42. ad. Henricum Senon. epiſcopum* alteram quoque adjungit conditionem: *Nec enim purè valet Dei, vel proximi quærere lucra, qui propria non contempſerit*, quod idem eſt, ac ſi diceret, non



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſufficere ad dignè, debitèque ſubeun-
dum ſuum miniſterium, ſollicitum ſe præbe-
re vigilemque pro bono ac commodo pro-
ximi, ſimiliterque promptum eſſe, ac accu-
ratum pro cultu, obſequioque divino,
pariter non deponat dimittatque o-
mnem curam ac ſollicitudinem emolume-
proprii. Hanc à bonis temporalibus ſeq-
ſtrationem legimus apud S. Auguſtinum Se-
37. *ad Fratres.* adeo neceſſariam exiſtimat
fuiſſe Clero, ut reputaverit illam inſepara-
lem ab ipſo: *Pauperes eſſe debemus, quia m-*
*niſtri Dei ſumus.* S. Ambroſius *Serm.* 68.
poſſibile æſtimat, illum promovere poſſe c-
tum divinum, qui alia intentione Clero
non addixit, quam ut per bona tempor-
ſibi ipſi prodeſſe poſſet: *Quis, cum lucris*
*mui ſuæ providet, utilitatibus Eccleſiæ p-*
*providere?* Ad primum Cleri ingreſſũ, non
vana ceremonia, capilli nobis abſcindun-
ac radimur, ſed ut intelligamus, quod
vorum inſtar, ac mancipiorum, totalit-
mundo, & nobiſmetipſis abrenuntiare
beamus, totoſque nos conſecrare di-
ſervitio, prout Annales Eccleſiaſtici Ba-
*An.* 58. *num.* 226. atteſtantur, in propo-
materia de raſura Sancti Petri. Acc-
dit quoque motivum aliud, ac bene a-
ve-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vertendum eſt, capillos non eſſe partes integrales, ſed ſuperfluas, ac excrementitias corporis noſtri, atq; ex hoc ipſo ſymbola bonorũ temporalium, à quibus proinde convenit, ut ſimus alieni, ab iisque, affectu ſaltem abſtracti; unde in notis cujusdam epiſtolæ, ſcriptæ ad Epiſcopos Franciæ, in primo Tomo Conciliorum regiſtratæ, quoad tonſuram Clericalem, hæc exarata legimus: *Ut ſignificetur Eccleſiaſticum animum, qui eſt in homine ſicut vertex in capite, debere eſſe nudatum à vitiis, ſpoliatum affectu ſuperfluitatum, ac demum apertum & expeditum ad divinas inſpirationes facile percipiendas*, idemque definitum lego in concilio Toletano: 4. c. 41. *Raſio capitis, eſt temporalium omnium depoſitio.* Ex hiſce, quis jam non videt, quam ſint fraudulenti illi, qui primam recipiunt Tonſuram, ſolo ducti motivo bonorum temporalium, dum in capillorum abſciſſione, interius planè contrarium intendebant illi, quod exterius promittebant? Audiant hi ex S. Gregorio, *l.* 23. *Mor. c.* 17. quam extremam Dei incurrant abominationem: *Illos Dominus intra ſanctam Eccleſiã deteſtatur, qui per ſacros Ordines ad Dominum propinquantes, non eisdem Ordinibus virtutũ merita, ſed ſubſidia vitæ præſentis exquirunt, nec cogitãt quid*

*vivendo imitari debeāt. ſed quæ compendia per-cipiendo ſatientur*, idemque hoc eſt, quod ſæ-culo duodecimo deplorabat Petrus Bleſenſis *Ep. 15. ad Can. Carnot. Hodie in promotione quorumdam prima quæſtio eſt, quæ ſit ſum-ma redditunm, non quæ ſit converſatio ſubdi-torum; verum tamen Deus non irridetur* quaſi verò CHRISTUS Sacerdotium inſtituiſſet ad accumulandas, congregandas-ve divitias, cum tamen clariſſimis verbis di-cat S. Gregorius, *Lib. 5. Ep. 28.* quod *Re-demptor noſter à Sacerdotis officio non quærit aurum, ſed animas, ut non plus pecuniis, quā animabus invigiles.* Quantis Chriſtus ex-properare poteſt aculeata verba hæc: *Quæritis me, non quia vidiſtis ſigna, ſed quia man-ducaſtis ex panibus, & ſaturati eſtis Joan. 6. v. 27.* Certè, niſi Eccleſia haberet pingues redditus beneficiales, pauci reperirentur, qui ſeſe curarent inſcribi in album Cleri.

Ex quodam facto, à S. Matthæo regiſtrato, *8. v. 20.* clariſſimè eruitur, quam ſint in-digni diſcipuli ac miniſtri Chriſti illi, qui ſerviunt intuitu commodi, ac boni tempo-ralis: *Accedens unus ſcriba ait illi: Magi-ſter ſequar te quocunque ieris.* Poterat-ne fieri oblatio aliqua humanior, ac obſequioſior, magisq; indifferens, quam ea

iſt

iſta? Et tamen Salvator, qui omnes invitabat, ac trahebat ad ſui ſequelam, huic ſeſe ſponte, ultròque offerenti repulſam dedit, dicendo: *Vulpes foveas habent* &c. Quid eſt Fratres, quod Magiſtro invitanti diſcipulus diſplicuit tam paratus? Quærit S. Petrus Chryſologus: *Intelligimus iſtum hominem, ſi ſequeretur Chriſtum ſua quaſiturum fuiſſe, non quæ JESU Chriſti*: Incarnata ſapientia, tanquam penetrans, ac perſcrutans renes, cordiumque intima, attingitque ad finem fortiter, ſtatim cognovit juvenem illum ad ſuis ſequelam, non duci zelo aut motivo puro ſuæ ſalutis, ſed ut proprium temporale promoveret lucrum ac emolumentum, ideoque abſolutè recuſavit, illum in ſuum aſſumere diſcipulum. Deplorat vehementer S. Iſidorus Peluſiota *lib.* 1. *Epiſt.* 147. id quod contingebat in Patriarchali Alexandrina Eccleſia, eamque quodammodo totam pervaſerat, circa beneficiorum Eccleſiaſticorum occupationem: *Ad ſtipendia dumtaxat oculos conjectos habent, ſanctioremque eam Eccleſiam eſſe ducunt, à qua uberiorem victus copiam accipiunt.* Hæ ſunt abominationes illæ, quas DEUS Ezechieli Prophetæ *cap.* 8. *v.* 9. in templo monſtravit: *Ingredere, &*

*vide abominationes peſſimas, quas iſti faciunt hic*; dumque intraſſet Sanctuarium, *vidi, & ecce omnis ſimilitudo reptilium.* S. Gregorius *paſtor. p. 2. cap. 10.* explicat, quænam fuerit illa tam grandis abominatio, quæ tantopere divinos offendebat oculos: *In reptilibus cogitationes omnino terrenæ ſignantur, in animalibus verò jam quidem aliquantulum à terra ſuſpenſæ, ſed adhuc terrenæ mercedis præmia; nam reptilia toto ex corpore terræ inhærent, animalia autem à terra ventre ſuſpenſa ſunt, appetitu tamen gulæ ad terram ſemper inclinant.* Ecce ergo id, quod in Sanctuarii miniſtris tantopere abominatur Deus, ſolum eſt, ipſos intricatos hærere ſæculi negotiis, ſollicitos eſſe de bonis temporalibus, eorumque corda ſemper terræ, ac terrenis manere affixa; *Conglutinatus eſt in terra venter eorum.*

Confuſio quæ oritur ex ſuperflua hujusmodi terrenorum ac tranſitoriorũ cura, graphice deſcribitur à S. Carolo ſequentibus verbis: *act. Eccl. Med. pag. 262. Qui locum dant hujusmodi diſordinatis affectibus, mirum non eſt, quod non ſapiant quæ Dei ſunt, quod ſint aridi in oratione, indevoti in Choro, impatientes ad perſeverandum ac perſiſtendum in Eccleſia pro divino officio, faſtidio illis ſit verbum*

Dei-

*Dei, abhorreantque ab omni rerum ſpiritualium ſtudio, ac exercitio* Quandoquidem Eccleſiaſtici (ſicuti dicit S. Hilarius *in Pſ.* 138.) ſint oculi Eccleſiæ, non debent multum ſeſe immiſcere ac occupare negotiis terrenis, uti enim corporalis oculus omni pulveris atomo aut læditur, aut obfuſcatur, ita quoque ſacri miniſtri, per nimiam rerum temporalium applicationem perdunt vivum lumen, ac fixam Dei cognitionem in cultu divino, ejusdemque myſteriis ſacroſanctis: *Ingenti periculo ſacerdotes, qui Eccleſiæ oculi ſunt, negotiis ſæculi occupantur*, &c. Certum enim eſt, quod, *de mundano pulvere eorum corda & oculi ſordeſcant.*

## Caput Tertium.

*Cum Eccleſiaſtici majus à Deo habeant lumen, ac præ cunctis aliis majori afficiantur honore, eò quoque graviora ſunt illorum peccata, ac pœna illis debita irremiſſibilior.*

SEriam, maturamque merentur reflexionem illa Pontificalis Romani verba in Ordinatione ſacerdotis: *Cum magno timore ad tantum gradum aſcendendum eſt:* Cujus ra-

tio eſt illa, quam allegat S. Gregori
homilia nona in evang. quam ſæpiſſi
in Matutino officio canonico recitamus(C
*augentur dona, rationes etiam creſcunt d*
*rum*, & pro ampliore noſtra inſtructio
deinde ſubjungit, *ne nos qui plus cæteris a*
*piſſe in hoc mundo aliquid cernimur, ab au*
*re mundi gravius inde judicemur.* Quis
qui pondere Sanctuarii audeat librare, qu
tum Altiſſimus dederit ſacerdotibus, c
iisdem plus dare non potuit, quam ani
pretioſi ſui ſanguinis lytro redemptas,
cum iis ſeipſum? *Quanto majus ſuſcipit*
*ditum* (eſt monitum ſancti Petri Chryſo
gi Ser. 26.) *tanto majus debitum ſe non d*
*tat redditurum*: Contra nos ergo ſingul
ſuas per tentationes, victoriæ vexillum
erigere Dæmon; communem averſatur p
beculam, primos, altioresque Cleri flo
aggreditur, dedignatur leo ille infern
qui omnes, *circuit, quærens quem devo*
inſatiabilem ſuam explere ſitim ſanguin
nocentium caprarum, ferocium ac majoru
ferarum ambit, affectatque cruorem, u
cum poeta Martiali dicere poſſem:

*Servantur magnis illis cervicibus ungues,*
*Nec gaudet tenui ſanguine tanta ſitis.*

Hæc prophani Martialis verba ſacrantur, pondusque accipiunt àgraviſſima ſancti Hieronymi authoritate: *ad Euſtoch. de Virg. ſervan. Eſcæ Diaboli, eſcæ electæ ſunt. Job ſubvertere cœpit, & devorato Juda, ad cribrandos Apoſtolos expetit poteſtatem*; atque huic ſimile dicit S. Hilarius: *in cap. 4. Matth. Victoria eſt ei exoptata de Sanctis.* Hoc ipſum quoque inſinuare volebat Job, dum loquens de monſtro hoc infernali hæc capite 40. v. 18. regiſtrata reliquit: *Habet fiduciam, quod influat Jordanis in os ejus*; & quod hoc verum ſit, attendite: Triginta expectat annis antequam cum Chriſto, primo Duce ac Capitaneo noſtro in arenam deſcenderet, ipſoque eodem fermè tempore concertare cœpit, quando æternus Pater ipſum ſuum declaravit eſſe filium, & Spiritus Sanctus ſuper eum deſcendit, hæcque omnia pro noſtra inſtructione, ut ſciamus quod tunc amplius debeamus eſſe ſolliciti; atque anxius timere, poſtquam per Epiſcopi manuum impoſitionem collatus nobis eſt Spiritus



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sanctus, cum dicto : *Accipe Spiritum Sa*
*ctum.* Atque ut in hoc tam utili, quam a
poſito ac fundato conceptu pergam ulteri
Quô detulit tentator ille vaferrimus Salva
rem noſtrum, ac ſacerdotem æternum,
ſeſe præcipitem daret : *Mitte te deorſu*
Supra altiſſimum templi pinnaculum, ut
mnes intelligant Eccleſiaſtici, antiquum a
verſarium noſtrum neminem tentare f
tius, acriusque inſtare, ut ſe præcipitem
dat, quam illos, qui ſublimi templi pinn
culo ſunt collocati, magisque, aut per
gnitatem, aut per ſapientiam, aut ſancti
tem vel venerationem eminent, ac ſunt c
ſpicui, optimè ſciens, quod dum aliqu
in lapſum poteſt pertrahere, illum ſolum
cadere, verum ad inſtar Luciferi, ſecum
here tertiam partem minus cautorum ac p
vidorum ſæcularium : *Quanto altius aſc*
*dit homo, tantò altius cadet. Quid al*
*cœlo? De cœlo cadet in cœleſtibus, qui de*
*quit*, affirmat S. Petrus Chryſologus.
Ut peccatorum, quæ à Clericis comittun
gravitatem melius, efficaciusque exprime
S. Bernardus, ſingulari utitur phraſi,
*clam.* quæ ſpeciali reflexione eſt digniſſim
*In Clero* (dicit Sanctus Abbas) *tanquam*
*cœlo geres iniqua.* Sacerdos peccat
con

conſpectu Dei, quem omni die manibus ſuis contrectat, & in præſentia omnium Angelicorum ſpirituum pro comitatu ſupremi ſui Ducis agminatim indies de cœlo deſcendunt: Jam verò, quemadmodum peccatum Angelorum fuit inexpiabile, illosque tam fœda metamorphoſi in teterrimos transformaverit Dæmones; ita ſæpius Divina permittit juſtitia, ſacerdotes indignos reddi ſuâ miſericordiâ, obſtinatè perſiſtendo in ſua mala ac ſcandaloſa vita. *Grandis dignitas ſacerdotum ſed grandis ruina illorum, ſi peccant*, inquit S. Hieronymus, *lib.* 18. *in cap.* 44. *Ezech.* totaliterque eidem conſentit S. Iſidorus *lib.* 2 Ep. 37. *unusquisque caſus, tantò majoris eſt criminis, quantò prius quam caderet, majoris erat virtutis.*

Quo major eſt dignitas, altiorque locus, quem in Eccleſia Dei tenemus, prout in diverſis primi libri locis demonſtratum eſt, hinc neceſſario ſequitur lapſum noſtrum valde eſſe periculoſum, ac difficillimè reparabilem; *Ut levius eſt de plano corruere, ſic gravius eſt, qui de ſublimi ceciderit dignitate, quia ruina quæ de alto eſt, graviori caſu colliditur*, ſcribit pro noſtra inſtructione S. Ambroſius agens de dignitate ſacerdotali *cap.* 3. Horum ratio deſumi poteſt ex appoſita qua-

dam, valdeque apta ſimilitudine, quam adſe
B. Petrus Damianus, *l. 4. Ep. 14.* in hunc mo-
dum: ſæpius contingit Magni alicujus Princi-
pis miniſtrū, aut per mandati ſibi dati tranſ-
greſſionem, aut per ea quæ ſui erant offi-
neglectum, aut etiam per ſui Principalis d-
bitam non obſervatam reverentiam, magn
ejusdem incurrerit disgratiam, condignam
meritus ſit pœnam, nihilominus tamen a-
huc ſuperſit locus veniæ: at vero ſi hic a
ſtricto gladio ipſiusmet Principis invade
perſonam, ac interficere tentaret, qu
modo talis prioris delicti ſperare aude
remiſſionem? *Si in ejus perſonam auda*
*proſilit, ſi hoſtiliter irruit, quia non pecuni*
*ſed criminalis eſt cauſa, nihil ab eo*
*gitur, quam vindicta: ita nimirum a*
*eſt in DEUM per diverſos modos humanæ*
*gilitatis excedere, aliud in ſacroſancti c*
*poris & ſanguinis ejus oblationem pecca*
*ſicut aliud eſt promulgatæ regiæ legis*
*cta negligere, aliud ipſum ſpecialiter*
*gem vibrato propriæ manus jaculo ſauc*
Aliud eſt offendere Deum, per creatura
abuſum aut diſordinationem, in transgr-
one divinorum ſuorum mandatorum, al
eſt manus ſuas polluere imaculati ſangu
agni, corporis ejus quem indies tractamus
ſum

ſumimus: *Reus erit corporis & ſanguinis Domini,* dicit apertè de Sacerdote ſacrilego Spiritus ſanctus, per calamum ſancti Pauli Apoſtoli; Et S. Gregorius, citatus à Bleſenſe, *Ep. 135.* ultrò hiſce ſubſcribit, dum dicit: *Qui Chriſti corpus indignè conficit, Chriſtum tradit, ut Chriſtus cum traditur dicat; ecce manus tradentis me, mecum eſt in menſa.* Qua excuſatione eximet ſe à pœna aliquis, qui ſub ipſius aſpectu, oculisque judicis, graviſſimum audet deſignare delictum? *Deſperatus incurrit, qui in ipſius Dominantis oculis offendit, & excuſatione caret, qui facinus ipſo judice teſte committit,* dicit S. Petrus Chryſologus *ibid.* in quodam ſermone. Sed quid dicemus, ſi idem ille auſu temerario manus mittat in ipſummet judicem? Atque hoc ipſum eſt, quod faciunt ſacerdotes ſacrilegi. *Diſpenſator divini verbi, & cœleſtis doctrinæ prorogator, qui ante Dominum ſtat jugiter, verſatur inter altaria ſemper, neque à Dei oculis recedit unquam, qui peccatorum cauſas, & dolores populorum ſuſcipit, fert, offert, ingerit preces, accipit, refert, reſtituit impetrata, ex homine totus in Angelum ſubſtitutus, non poteſt niſi in ipſa DEI facie, inter Sanctorum ſancta peccare, ut inde ſibi ſumat crimen, unde aliis ve-*

*niam conſueverat reportare.* Poteſtne major eſſe impudentia, quam compare coram tali Deo, *qui tangit montes, & fumigant, & reſpicit terram, & facit eam tremere,* in ſtatu peccati mortalis, quo ipſum vilipendendo offendimus, & non perhorreſcere, & timere juſtiſſimam fulminis ipſius iram? Liceat mihi hîc proferre ea, quæ in hunc finem ſcripſit S. Paulus: *Hebr.* 6. *Impoſſibile eſt eos, qui ſemel illuminati ſunt, guſtaverunt etiam donum cœleſte & participes facti ſunt ſpiritus ſancti, guſtaverunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutesque ſæculi venturi, & prolapſi ſunt, rurſum renovari ad pœnitentiam.* Quotidiana docet experientia facilius emendari ſœculares, eo quod per fragilitatem ſoleant peccare, ac tenebris obſcuratum habeant intellectum, cujus contrarium reperitur in Eccleſiaſticis, qui cum ſufficienti præditi ſunt doctrina, ex malitia peccant, eſtque hæc mens ac ſententia Authoris operis imperfecti, *Hom.* 41. quam hoc modo declarat: *Laici delinquentes facile emendantur, clerici autem ſi mali fuerint, inemendabiles ſunt.*

Tam verum eſt Eccleſiaſticorum peccata multo eſſe majora, magisque abominanda, ac ſecum habere adjunctam ſpecialem aliquam malitiæ qualitatem, præ delictis ſæcu-

lariu[m],

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

larium, ut in juſtiſſima divina trutina, unicum illorum gravius ſit, ac præponderet cunctis delictis totius populi. Præcepit Deus in antiqua lege, ut pro reatibus ſuis propriis, ac transgreſſionibus, offerret Sacerdos unum vitulum, ſimiliter quoque mandavit, ut pro totius delictis populi, vitulus unicus offerretur: *Levit. 4.* *Inde colligitur, quod peccatum ſacerdotis, totius multitudinis peccato exequatur, quia ſacerdos in ſuo peccato totam facit delinquere multitudinem*, ſcripſit Innocentius Tertius, *Ser. de conſec. Pontif.* idemque authentizatur, ac confirmatur graviſſimo teſtimonio S. Iſidori Peluſiotæ: *Lib. 2. Ep. 131.* *Tantùm pro Sacerdote peccante ſacrificia offerri præcepit, quantùm pro univerſa plebe; quod ſi par non eſſet peccatum, idem utrique ſacrificium non indixiſſet; majus porro peccatum efficitur non ob reatum, ſed ob perpetrantis dignitatem.*

Verùm, ut melius ponderetur noſtrorum gravitas delictorum, revocemus in memoriam verba illa, quæ propriè nobis dicta ſunt, ac nos concernunt; *Fidelis ſervus ac prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam.* Si aliquis Paterfamilias pro tempore aliquo curam domus ſuæ demandaſſet ſervo cuidam provectæ ætatis,

tatis, habitoque pro fideli, prudenteac morato: Quid ſi interim putatitius p bus hic diſſipaſſet rem Domini ſui, ux rem ipſius violenter corrupiſſet, filias d floraſſet, ſicarios ſtipendio conduxiſſet ſubornaſſet, ut ipſummet interficeren quam pœnam, quod ſupplicium judicabi fuiſſe promeritum tam deſperatum, pe dum ſceleſtumque hominem? Sacerd bus, tanquam ſervis fidelibus, Chri ſuam fidit, commiſitque Eccleſiam, *Qu acquiſivit ſanguine ſuo, non habentem macu neque rugam*: Epheſ. 5. v. 27. tradidit cuſto noſtræ animas, filias ſuas, quas toto profuſo redemit cruore, & quod ampl eſt ipſis manibus noſtris, conſignav ipſum; Jam verò, an non juſtiſſimè terna ſumus digni morte, dum ſcelerib noſtris, ac infami vita ſanctam ipſius p ſtituimus Eccleſiam, ac in vilipendium ducimus, fideles animas inficimus, que ipſiuſmet ſacratiſſimum conculca corpus? *Rurſum crucifigentes filium* Hebr. 6. v. 6. Attendite memorabilem ſancti Joannis Chryſoſtomi propoſitionem Hom 83. in Matth. *Dico horribile quoddam atque tremendum, nec eſt ita malum Eccleſia DEI eſſe Dæmoniacos, ſicut p*

*catur*

*catores qui peccatorum ſordibus coinquinantur ; hoc enim peſſimum eſt , ſicut ait Paulus : Chriſtum conculcare , ac ſanguinem ejus pollutum ducere , & ſpiritui gratiæ contumeliam facere.* Quem ſanguinem, quem gratiæ ſpiritum laſciviis ſuis , ſuis ſacrilegiis conculcant perverſi ſacerdotes ? Auſcultate quam lamentabiliter ipſe Dominus noſter illud referat ac exponat ſanctæ Brigittæ : *Lib. 4. cap. 135. Ego conſpicio Paganos & Judæos , ſed nullos video eis deteriores , quia ipſi Sacerdotes ſunt in eodem peccato quo cecidit Lucifer* &c. & alibi dicit : *Deteriores ſunt Diabolo , & ideo præ omnibus Diabolis profundius ſubmergentur in infernum.* Nec prætetire poſſum id , quod de perverſis ſacerdotibus in epiſtola conſignavit Euſebius , qua ſanctum Damaſum Papam informavit de morte Sancti Hieronymi : *Nulla certè in mundo tam crudelis beſtia , quam malus ſacerdos , nam corrigi non patitur , ut breviter dicam , omnes præeminet malitia.* Videmus hoc in cauſa ipſiuſmet CHRISTI , ſiquidem nec Herodes , nec Pilatus , licet crudeles eſſent , ac ſacrilegi , auſi non fuerunt in innocentem Chriſtum Dominum mortis ferre ſententiam ,

prout

prout fecerunt Sacerdotes in ſuo congre-
to conciliabulo, dum reſolverunt: *Ioan. 11.*
*Quid facimus, quia hic homo multa ſigna*
*cit? Expedit ut moriatur*, & Pilatus, ea-
lorum inſtigatione, ipſum Cruci aff-
Sed, qualis erat illa conſequentia, q-
multa facit miracula, quia beneficus e-
mnibus, quia colit, ac veneratur eum
mundus, quia omnibus omnia factus
ergo debet mori, *Expedit ut moriatur*!
hoc eſt unum argumentum Divinitatis ip-
nec ego ad illud aliter reſpondere p-
ſum, quam iterum repetendo illud, q-
jam relatum eſt: *Nulla in mundo tam cru-*
*beſtia, quam malus Sacerdos.* Sola o-
potentis Dei manus prævalet ad frœnan-
hujuſcemodi beſtiam. Bene notanda
phraſis illa, qua utitur David, ut ad vi-
ctam excitet divinam juſtitiam: *Levam-*
*tuas in ſuperbias eorum in finem, quanta m-*
*gnatus eſt inimicus in ſancto.* Pſ. 73. D-
illæ ſeveriſſimæ Ægypti plagæ, à Ma-
pellatæ fuerunt digitus Dei: *Digitus D-*
*hic.* Duo ſolum in pariete apparentes d-
in ſumma hilaritate, ac gaudio, totaliter c-
ſternarunt, maximoque affecerunt mœ-
Balthaſarem Regem Babyloniæ, ita ut e-
*genua ejus ad ſe invicem collidere ntur.* Dan.

v. 6. Dum Deus ſucceſſivis, continuiſque temporibus ſcelera hominum voluit punire, ſemper uſus fuiſſe legitur creaturis, nempe leonibus, urſis, pluviis, terræ motibus, igne, & ſimilibus, ſed dum caſtigare voluit profanos illos ſacerdotes, ipſe propria in perſona, manibus ſuis flagellum arripuit, verberaque inflixit; & in extremo judicii die primum ſuum contra perfidos iſtos exercet rigorem: *Advocabit cœlum deſurſum & terram* &c. *Congregate illi ſanctos ejus* &c. Quærit S. Chryſoſtomus, qua de cauſa ſacerdotes reprobi, ſancti ibidem appellentur? *Cur, quos eſt condemnaturus, ſanctos appellat?* Reſpondet ipſe, & concludit hoc modo: *Accuſationem augens, honorem adjiciens, & majorem ſignificationem ſupplicii.*

## Caput Quartum.

*Mali Sacerdotes Judæ ſimiles ſunt, imo etiam ipſo pejores, & quantum eſt ex parte ipſorum, de novo Chriſtum crucifigunt.*

INter alia motiva, conducentia ac opportuna ad refrœnandam ſacerdotum aliquorum licentioſam, minusque ædificatoriam vi-

vitam , adferri quoque ſolet exem- Judæ , optimi Magiſtri , peſſimi di- li , cui in malitia ac improbitate non ſeſe æquales , ſed & longè ſuperiores monſtrant : Primi illi , qui ſacros or- perceperunt , ac tam ſingulari favore reperti ſunt, fuerunt Apoſtoli , inter erat etiam Judas proditor , cui Sacer- lis Character ſimiliter , uti & aliis , impreſſus ; verùm divina Providen- qua meritò dicitur : *Omnia in ſa- fecisti* , *Pſal.* 103. *v.* 24. juſtiſſimo ſuo j- ad terrendos per cuncta ſubſecutura perverſos Eccleſiaſticos , permiſit, non obſtante externa periculi dem- tione , ac proteſtatione innocentiæ imo & reſtitutione injuſtè receptæ pe- ac pretii ſanguinis, quod, dico hiſce- bus non obſtantibus, impœnitens , ſperatus ſeſe ſuſpenderit , crepuerit disperſaque ſint omnia viſcera ejus , primo novæ legis malo Sacerdote , lum ac exemplum haberent , unde omnes alii ſucceſſores terrerentur. S. annes , qui Chriſti fuit Secretarius cit Dæmonem in ſacrilegum illum quando furabatur, murmurabat, nem manſuetiſſimi ſui Magiſtri mach-

tur, aut quando ſeſe militum ac latronum ductorem obtulit verſus hortum Getſemani, ſed, *poſt buccellam introivit in eum Satanus*; Joan. 13. tunc ſceleſtum illud nefandumque occupavit hoſpitium, poſt quam impius hoſpes ille indignè communicaverat, tamque tremendo abuſus fuerat Sacramento; ut exinde diſceremus, divinam indulgentiam diu ſæpè tollerare ac diſſimulare alios errores, exceſſus ac ſcelera, aſt verò ſacratiſſimi ſui ſanguinis conculcationem, Characteris ſacroſancti vilipendium ac proſtitutionem, vix poſſe, aut velle diu relinquere impunita: *Tales Sacerdotes* (prout revelavit Chriſtus ſanctæ Brigittæ, *Lib.* 1. *cap.* 47. & paulo ante etiam inſinuatum eſt) *non ſunt mei Sacerdotes, ſed veri proditores, ipſi enim, & me vendunt quaſi Judas, & produnt.* In altera autem revelatione, *Lib.* 4. *c.* 132. in impietate peſſimo illi proditori Apoſtatæ præferuntur, redditurque evidens illius ratio: *Sunt deteriores Juda; Judas enim peccatum ſuum recognovit, & pœnituit, licet infructuosè, iſti ſe juſtos dicunt, & oſtendunt: Judas retulit pecuniam ad emptores, iſti autem ſervant ſuis uſibus. Judas vendidit me antequam redemiſſem mundum, iſti poſtquam redemi mundum, & non compatiuntur ſuper ſanguine meo,*

*meo, qui plus clamat vindictam,* q *ſanguis Abel.* Quot ſunt (utinam nu ſent!) qui à proprio ſuo commodo aciu eſſe ita ſeſe faſcinari, ac ſeduci ſinunt, pro illo non ſolum negligant, ſed & e ac vendant Filium DEI, quod veheme deplorat Concilium Remenſe: *Ut im ſaccum ſuum, tradit ſanguinem juſtum;* ficacius autem, ac cum majori ſpiritus re ac vehementia illud exaggerat S. Ber dus: *in declam. Sed nec ſacrilegia eorum cenſemus, qui diligunt munera, ſequu retributiones, vendunt ſacramenta, juſti produnt, quorum necdum guttur tra laqueum, necdum præfocavit fauces ve blaſphemiæ, vox ſacrilega, ſermo nequ quid vultis mihi dare, & ego eum vobis dam?*

Porro, ad ea quæ dicta ſunt de vendi ne ſacramentorum, ac Sanguinis ipſius Redemptoris, non erit extra propoſit per brevem digreſſionem aliquam dem ſtrare quam ſit deteſtabile. Simoniæ vi tam abominandum, quam execrandum Clero. Primus Simoniæ author in lege va ac Evangelica, fuit unus Magus, inſtr mentum verè Diabolicum. Hic videns quod per manuum impoſitionem ſuper ca

ta

tacredentium, viſibiliter deſcenderet Spiritus Sanctus obtulit pecuniam, ut eandem habere poſſet virtutem ac poteſtatem: *Cum hoc videret Simon Magus, voluit tam facere* (inquit ſubtiliſſimè, more ſuo S. Auguſtinus *in Pſ.* 130.) *non talis eſſe, unde in Chriſtianis potentiam magis amaverat, quam juſtitiam*; exemplum hoc infandum ſecuti ſunt plures ex Clero, qui dum facti ſunt Eccleſiaſtici, plus amant ac adſpirant ad pingues redditus, ac dignitates in illa Hierarchia, quam ad ſanctitatem, ac exemplarem vitam, ſtatui illi tam ſublimi convenientem; ex quo ſequitur proprium commodum, & ambitionem, cauſa eſſe ruinæ ac perditionis, ipſorum Fulminavit, ac hodie dũ adhuc fulminat Cathedra ſancti Petri, contra ſacrilegum Hæreſiarcham illum formidabilem perditionis ſententiam: *Pecunia tua tecum ſit in perditionem*, *Act.* 8. *v.* 20. pro ſalubri Eccleſiaſticorum inſtructione, in caſu occurrentis contractus alicujus Simoniaci, qui licet videatur prima fronte valde utilis, ac adferre divitias pro domus ac familiæ bono, nihilominus tamen ſemper ignem adfert, dum experientia, effectuque comprobetur, per ſolum illud malum ſubverſas ac extirpatas domos ac familias; & quod peſſimum eſt, plurimo-

rimorum animas migraſſe in æternam p
ditionem, vim ſuam in illos exerente, 
poſt tot ſæcula, Apoſtolica, ſancti Petri
prolata ac inflicta, excommunicatione.
autem vitio huic, quod undique ferme
undauerat, efficax objiceretur agger, S
cti Petri Succeſſores vallum fortiſſimum
oppoſuerunt ſeveræ Excommunication
rigidiſſimarum pœnarum, ut Clerici vi
tes vitium illud deteſtari Canonibus ſa
infinitis, Conciliis, Bullis, omni ſæculo ſ
riſſimè fuiſſe caſtigatum, atq; ab illo abh
rere leges omnes, naturalem, humanam
divinam, cautè ſeſe ab illo provide
omnique poſſibili modo illud declin
Erat Simonis malitia (ſi mihi hoc dice
ceat) aliquali digna excuſatione, nu
enim rerum divinarum, ac fidei noſtræ
ſteriorum acceperat lumen, hoc tamen n
obſtante Chriſti Vicarius dignum illum
dicavit æterna damnatione; quid eri
temporis noſtri Clericis ex ſcriptura ac
nonibus de tanta prohibitione ſufficien
me inſtructis.

Nec ſolum Judæ, ac Simoni ſimiles 
mali Sacerdotes, ſed etiam Judæis ipſis 
parantur, dum, quantum in ipſis eſt, Ch
ſtum de novo crucifigunt. Valde no

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dum eſt, quod quantumcumque Redemptor in crudeliſſima, ſummèque pœnali paſſione ſua ſuſtinuerit, nunquam tamen pœnarum ac afflictionum ſatur viſus fuerit: *Majora ſitio ſubire tormenta*, prout meditatur S. Bernardus: Et tamen in cruce pendens, recuſavit guſtare acetum felle mixtum: Origenes hoc myſterium appoſitè explicat: *Tract. 31. in Matth.* *Et quidam quidem dant JESU bibere vinum cum felle mixtum, quod non vult bibere JESUS, filius DEI; alii autem non vinum, ſed acetum, & forſitan, quanticunque, ſecundum doctrinam quidem Eccleſiaſticam ſapiunt, vivunt autem malè, dant ei bibere vinum cum felle mixtum.* Quinam inter Judæos fuerunt plus cooperati morti Chriſti? Non ſæculares, quia Pilatus ſæpius ipſum pronunciavit innocentem, variisque tentavit viis ipſum crudelitati Hebraicæ eximere: Non Herodes, nam illæſum remiſit ad Pilatum, cumque hic ſciret communem plebem bene eſſe affectam JESU, utpote à quo plurima acceperat beneficia, hinc ipſum ſimul illi propoſuit cum Barabba, ſperans quod viva voce petitura eſſet liberationem Chriſti. Sed quare non ſucceſſit hic conceptus? Refert hoc S. Matthæus, *Matth. 27. verſ. 20.* *Principes Sacerdotum perſuaſerunt*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*populis, ut peterent Barabbam, Jeſum verò per-*
*derent.* Sacerdotes ergo illi fuerunt, qui ab
initio machinati ſunt mortem Chriſto, ideoq;
jam in primo eorum conciliabulo concluſum
erat : *Expedit, ut unus moriatur homo*; Sacer-
dotes erant, qui Judæ proditori triginta dede-
runt argenteos ; Sacerdotes erant qui matu-
tino tempore ejus diei, quo mortuus eſt, jam
decreverant, *Reus eſt mortis*, eumque Pila-
obtulerant, eumque tantum in finem ipſum
ad montem uſque Calvariæ comitati ſunt,
tandem videre poſſent ipſum expirantem.
Et tamen multò atrocius crudeliuſque tra-
ctatur benigniſſimus Salvator noſter à ſacræ
legis Sacerdotibus noſtris , quam ab im-
piis nebulonibus iſtis : *Gravius pecca-*
*offerentes indignè CHRISTUM regnantem*
*in cœlis, quam qui eum crucifixerunt ambu-*
*lantem in terris* , inquit S. Auguſtinus,
Bleſenſi citatus epiſtola 23[?]. poteſtque hu-
jus ſatis gravis aſſignari ratio , quia illi
*ſi cognoviſſent , nunquam Dominum glo-*
*crucifixiſſent* , ubi noſtri de novo , li-
ipſum cognoſcentes, & Deum verum con-
tentes, crucifigunt. Novam ſuam hanc cru-
cifixionem per manus Sacerdotum Evange-
licorum , revelavit idem Redemptor noſter
ſanctæ Brigittæ : *Lib. 4. c. 33. Corpus meum &*

*mari-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*marius crucifigunt quam Judæi. Ecce amici*
*mei, quos elegi, & ſic dilexi, quomodo rependunt?*
Atque hoc ipſum pro veritate irrefragabili
tenet Origenes: *Hom. 5. in Ezech. ſed neque hi,*
*qui crucifixerunt Salvatorem meum, rei ſunt*
*ngentis pœnæ, ſicut hi, quibus ait Apoſtolus:*
*Spiritum Dei conculcans, ſpiritui gratiæ contu-*
*meliam faciens*: Illi enim una ſolū vice perfidas
manus ſuas polluerunt ſanguine Innocentis
Agni, ubi perverſi ſacerdotes noſtri, toties,
quoties volūt, cū gravis reatus maculata con-
cientia accedentes ad altare, non ſolum re a-
periunt, ſed etiam laxiora faciunt, magisque
dilatant, olim ipſi inflicta vulnera. Sufficiat
pro epilogo hujus capitis, graviſſima quædam
ancti Petri Damiani ſententia: *l. 4. ep 14. Mul-*
*is ſceleribus ſe plebs Iſraelitica frequenter im-*
*iſcuit, nunquam tamen tam crudeliter ſe im-*
*avit, quam tunc, cum Dominum crucifixit. Et*
*rè, qui Dominicum corpus pollutis tractare*
*anibus non veretur, crucifigentium Jeſum*
*rticeps eſſe convincitur, quibus nimirum*
*xpaveſcenda nimis èſt illa Apoſtolica ſenten*
*a qua dicitur: Impoſſibile eſt eos, qui ſemel*
*luminati ſunt* &c. Si in pœnam Deicidii,
Hebræos Deus totaliter deſeruerit, dorſum-
que eis obverterit, quæ ſupplicia exſpectanda,
timenda non manent Sacerdotibus ſacri-

 legis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

legis, qui novo, acerbiſſimoque mod ac inaudita crudelitate propriis ſuis mani eundem, iteratò crucifigunt. Si illi iid ſtrictiſſimam coram Divinæ Juſtitiæ rigid mo tribunali reddituri ſint rationem, injuriis illatis corpori ſuo, quid de illis qui corpus ipſius myſticum, quod eſt Ec ſia, proſtituerunt, ſuis ſacrilegiis, prof runt ſuis irreverentiis, infami ſua ac ſpurc ta, opprobrio expoſuerunt ac contemp *Si reddenda eſt ratio de his quæ quiſque in corpore ſuo; heu, quid fiet de his, quæ q geſſit in corpore Chriſti, quod eſt Eccleſia,* Remenſi concilio reperimus dictum, ac poſitum Clerô à ſancto Bernardo. Sc de cauſa? Illam Chriſtus ipſemet reve ſanctæ Brigittæ: Lib. I. c. 47. *Maledicti anni eorum, maledicta ſit hora, quæ incipit Inferno, & nunquam finietur; maledicti ſu culi eorum, quibus viderunt lumen cœli; m dictæ ſunt aures eorum, quibus audiebant mea, & non curabant; maledictus ſit guſtu rum, quo guſtaverunt dona mea; m ctus ſit tactus eorum, quo tractaverun maledicti ſunt à cœlo & à terra, & ab omn creaturis inſenſatis.* Qui â tam terribili lesti tonitru, necdum concutitur,

d

dum evigilat, adhuc hæret in ſopore, non dormit, ſed mortuus eſt ſaluti.

## Caput Quintum.

### *Quam debeat exulare ab Eccleſiaſticorum cordibus Avaritia, & quomodo DEUS illam in ipſis punierit.*

INter alia maximi momenti monita, quæ S. Petrus pro majori Eccleſiæ ſtabilitate poſteris ſuis tranſmiſit, unum eſt ſingularis notæ, maximæque conſiderationis, quo illos excitat, cordaque Eccleſiaſticorum diſponere ſatagit, ad fervorem ſalutis animarum, eademque abſtrahenda à nimia rerum temporalium ſollicitudine: *Paſcite* (dicit) *qui in vobis eſt gregem DEI, non turpis lucri gratiâ*; 1. *Petri.* 5. *verſ.* 23. qua monitione inſinuat, quantam illi, qui ſunt ordinis Eccleſiaſtici, debeant habere animarum curam, ſi opere ipſo correſpondere velint nomini ſuo ac veſti, nec quærere aut deſiderare debeant



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

aliam hæreditatem aut theſaurum, qu
Chriſtum, conformiter proteſtationi il
quam quiſque fecit, dum ad ſacros Ord
fuit introductus, *Dominus pars hæredita*
*mea.*

Primis Eccleſiæ temporibus, dum ad
in auribus primorum Eccleſiaſticorum re
naret vox illa à Redemptore ad ipſos a
que fideles directa: *Vbi eſt theſaurus tu*
*ibi & cor tuum erit*, mirabantur deferri, ac
ni ante ſuos pedes ingentes ſummas aur
argenti è divenditis patrimoniis redacta
omnesque qui ſua taliter dereliquerant, o
mo corde, plenoque affectu ſe conſecra
paupertati, quod ingenioſa phraſi dedu
Lucas: *Act.* 4. 35. *Ponebant ante pedes Ap*
*lorum*, ut intelligerent, pedes Apoſtolico
eodem honore ac deſpectu habere debere
rum & lutum, ex quo tandem id evenit, pr
Spiritus ſanctus ipſemet atteſtatur, quo
*virtute magna reddebant Apoſtoli teſtimon*
*Reſurrectionis Jeſu Chriſti*, per converſion
tot millium animarum; & quod poſtea
pſit S. Paulus: *noſtra converſatio in cœlis*
erantque hi effectus, nobilis illius ac gen
roſi deſpectus terrenorum, quocum h
vivebant in mundo.

Extrà ſe præ admiratione quodammod

rap

rapitur digniſſimus Maſſilienſium ſanctiſſimuſque Presbyter Salvianus, *l. 2. adv. avar.* dum modum, ordinemque conſiderat, quo Chriſtus Redemptor mundi primos vocavit Eccleſiaſticos ad lucrum animarum per prædicationem Evangelicam: *Nolite*, inſinuat ipſis S. Matthæus, *cap. 10. poſſidere aurum neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris, non peram in via, neque duas tunicas habeatis.* Poſſumne concipere, dicit magnus vir ille, majorem rerum temporalium contemptum? *Quid amplius dici poteſt? Peram de Apoſtoli manu rapuit, & peragrantibus univerſum mundum miniſtris ſuis, uſum unius virgulæ non reliquit. Et poſt hæc parum eſt ſucceſſoribus eorum, id eſt Levitis ac Sacerdotibus, tanta divinarum rerum adminiſtratione fungentibus, ſi ipſi tantum divites fuerint, niſi etiam hæredes divites relinquant. Erubeſcamus, quæſo, hanc infidelitatem.*

In concilio ſexto Pariſino, ſub ſummo Pontifice Gregorio Quarto celebrato, Anno ſalutis noſtræ 829. capite decimo tertio narratur, ſanctum Ambroſium Archi-Epiſcopum Mediolanenſem inceſſantes fudiſſe lachrymas, eo quod videret infectam Eccleſiam, radice ac origine omnis mali, avaritia; dicebatque ab illa provenire infortunia ac calamitates

omnes, quibus illo tempore, felix alias, tu
infelix, conflictabatur, ac premeba
Italia, utque & ſibi ipſi ac aliis efficac
liquod ſuggeret motivum ad tantam fugie
dam ac deteſtandam peſtem: *Væ mibi m*
*ſtro*, inquiebat, *quia nec fine mundi provo*
*mur, ut tam gravi jugo ſervitutis liberari v*
*mus, quod demergit uſque ad profundum*
*ferni, ut faciamus nobis amicos de Ma*
*mona iniquitatis, qui nos recipiant in*
*terna tabernacula.* O, quam gravi cap
oneratus ſummâ comparebit coram rigo
ſo divinæ Juſtitiæ tribunali Eccleſiaſticus
qui pecuniam ſuam poſſederat cum a
ritia, detinuerat in injuſtitia! Dep
rat id S. Gregorius Papa *Lib.* 9. *Ep.* 57. ſcrib
Epiſcopo Arelatenſi: *Tenet captivum*
*ſæva cupiditas, & licitum ſuadet eſſe mal*
*quod imperat, atque id agit, ut uno eodem*
*gladio & dantem, & accipientem interim*
*Quis igitur poſthac locus contra avaritiam*
*tus eſſe prævaleat, ſi Dei illi à pravis ſacerd*
*bus aperitur Eccleſia? Quando ovium*
*inviolata cuſtodiet, qui intrare lupum inv*
Ubi evulſa, ac eradicata eſt avaritia ex cor
dicit S. Ambroſius, *Lib.* 3. *Ep.* 1. *conſt.* 10. ibi
cum ſecuritate ad tribunal Dei, ſubiturqu
cum gaudio ſtatera illa, in qua pondere ſa

ctuar

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ctuarii actiones librantur : *Quam beatus, qui radicem vitiorum reſecare potuerit avaritiam, is præfecto ſtaterã hanc non reformidabit.*

Atque hoc ipſum intendit Oſeas Propheta 4. juxta mentem ejuſdem S. Pontificis Gregorii; dum dicit: *Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatẽ eorum ſublevabunt animas eorũ. Cur autẽ peccata populi comedere dicuntur,* comentatur præfatus S. Doctor, *niſi quia peccata delinquentiũ fovent, ne temporalia ſtipendia amittant.* De talibus locutũ fuiſſe pſalmiſtam David, *Pſ.* 13. credit S. Hieronymus, dum dixit: *Qui devorant plebem meã ſicut eſcam panis.* Optimè quadrat ſimilitudo iſta, dicit Sanctus; ii, qui debebant eſſe cuſtodes, ſunt devoratores, illudque verificatur, quando ob proprium intereſſe, non audent reprehendere vitia, crimina, ac exceſſus plebis: *Sacerdotes diſſimulant, atque laudant peccata populi, ut plurimæ ad eorum quæſtũ ferantur victimæ, & ita populum ſpoliant, atq; comedunt.* Abuſum hunc ita deteſtantur Eccleſiæ Patres, ut in concilio Cabilonenſi ſecundo ſub Leone III. anno 813. celebrato, canone ſexto, ſeveriſſimè hæc mandet, ac præſcribat: *Ap. Serm. 10. 2.* *Animarum ſalutem inquirere ſacerdos, non lucra terrena debet*; & paulo infra, repræſentando Eccleſiæ conſuetudinem, ſubjungit : *Eccleſia ſancta, non ſolum fideles*

 ſpolia-

*ſpoliare non debet , quinpotius inopibus ope ferre , ut debiles , pauperes , viduæ, orpha ni , & cæteri neceſſitatem patientes, à ſancta Eccleſia , ut puta pia matre, & omnium guber natrice, ſubſidium accipiant.*

Accuratè ponderat S. Ambroſius dictum illud ſancti Pauli Apoſtoli , quo præpoſitos Eccleſiaſticos ſui muneris & obligationis memores reddit : *ad Titum. c. 1. v. 7. Oportet Epiſcopum ſine crimine eſſe , ſicut Dei diſpenſatorem* , & quam magnos illos recognoſcit titulum Diſpenſatoris DEI , eo amplius pſos execratur , tantoque encomio indignos æſtimat , ob vitium avaritiæ ſtatui clericali nimis quam familiaris , idque dicit : *Ep. lib. 3. ver. Eccleſ. Quomodo conveniunt ſibi diſpenſantis miſericordia , & cupientis avaritia ?* Et ut demonſtret, in quo conſiſtant veræ Eccleſiaſtici divitiæ digito quaſi id indicat : *Ille eſt dives in Eccleſia , qui pauperi , non ſibi dives eſt.* Gloriari equidem poſſint Eccleſiaſtici de nobili illo titulo portionis ſibi debitæ, quæ eſt Deus ipſe, de qua & in ordinatione ipſorum , & in pſalmodia frequens eſt mentio : *Portio mea Dominus* : verùm, tacete, clamat S. Archi-Epiſcopus, ſi in corde veſtro locum dederitis avaritiæ, non habebitis

Chri-

Chriſtum pro portione in terra, nec eundem pro hæreditate in cœlo: *Non quicunque dicit, portio mea Dominus. Non avarus dicit, quia venit avaritia, & dicit: mea portio es, ego te ſubditum habui, mihi ſerviviſti, mihi te in illo auro vendidiſti, mihi te in illa poſſeſſione adjudicaſti.* Ecce ad quam infelicem deveniat ſervitutem homo Deo ac altari conſecratus, dum ſe ſeduci ac vinci ſinit ſuis à cupiditatibus. Tranſmutatur aſſidua ſacræ ſcripturæ lectio, ſtatui ſuo debita ac correſpondens, in lectionem librorum de mercatura, aliiſque ſæcularibus negotiis tractantium, hique ſemper ſunt præ manibus: dignitatem conditionis ſuæ, Regiâ ſuperiorem altioremque, vilipendit, ut œconomiæ curisque domeſticis inſerviat, & cor illud, in quo nihil aliud deberet ſplendeſcere aut relucere, quam cogitationes de Deo, de Paradiſo, rebusque cœleſtibus, fit proprius nidus, ac receptaculum abjectiſſimarum ſpecierum, ac eloaca terrenarum ſordium, immundi lucri, ac proprii emolumenti, magisque angitur ac cruciatur mundanis curis, etiam ſæpe in choro, quam maximus mercator in foro. Quam indignum eſt videre illum, cui commiſſa eſt legatio componendi, ac confirmandi pacem inter DEUM & hominem, ſemper agentem, diſcur-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rentem, ac occupatum, non cum D
in precibus, aut ſacroſanctis ſacrific
ſed vel in tribunali pro litibus, vel ap
collybiſtam pro cambiis, vel in foro
mercibus, oblitum planè tremendæ ill
Apoſtolicæ ſententiæ: 2. *ad Timoth.* 2. *ve*
*Nemo militans DEO implicet ſe negotii*
*cularibus*, illiuſque diſpoſitionis ſeu
dinationis primi Carthaginenſis conc
in quo expreſsè præſcribitur: *cap.* 4.
*qui ſerviunt DEO, & annexi ſunt C*
*ro, non accedant ad actus, ſeu adm*
*ſtrationem, vel procurationem domoru*
interminando etiam iis, ut, *aut C*
*ci ſint ſine actionibus domorum, aut*
*res ſine officio clericorum.* Quomodo
runt lachrymæ Jeremiæ) *obſcuratum*
*aurum, mutatus eſt color optimus,*
*ſperſi ſunt lapides ſanctuarii, in c*
*omnium platearum.* Quinam ſunt lap
illi ſanctuarii, optimè addit, & q
rit S. Gregorius: *Hom.* 7. *in Ezechi*
*Fratres ſumus lapides ſanctuarii*;
quam cauſam ergo dicuntur Eccleſi
diſperſi per omnia compita, per
mnia platearum Jeroſolymæ capita? Q
in myſtica Jeroſolyma, quæ eſt Ecc
ſia, vivunt ſacerdotes ita intricati

S

gotiis ſæcularibus, ut obliti quaſi ſervitii Sanctuarii, prophanorum ſeu ſæcularium inſtar, ſolis ſuis invigilent litibus, proventibus, aliisque mundi hujus tranſitoriis, ac momentaneis nugis: *Jam pene nulla eſt ſæculi actio, quam Sacerdotes non adminiſtrent*, pergit S. Gregorius. Ut omittamus autem præcedentium Sanctorum exempla, altiusque penetremus in maledictum illud temporale commodum, propriumque intereſſe, poſſemus merito timere, dicebat S. Petrus Damianus, *lib. 1. cap. 62.* ne nobis accidat id, quod apud Esdram regiſtratum legimus eveniſſe filiis Hobiæ; *Hi quæſierunt ſcripturam genealogiæ ſuæ, & non invenerunt, & ejecti ſunt de ſacerdotio*: merito dicit Damianus, *Qui facti ſunt à patrum ſuorum claritate diſſimiles, in paterno non maneant officio ſacerdotes* Hinc eſt, quod in Concilio Antiocheno Paulus Samoſetanus, tunc temporis Epiſcopus Antiochenus, impiusque poſtmodum Hæreſiarcha, acertimè fuerit reprehenſus; *quod cũ antea vilis eſſet, ac pauper, à litigãtibus per fraudes & dolos pecunias extorſerit, iisq; ſe ditavit*; & prout narrat Cardinalis Baronius Annaliũ ſuorum Tomo undecimo, *An. 266. & 1066. n. 13.* Epiſcopus Miſnenſis in cubiculo ſuo repertus eſt mortuus, hor-

rendo aſpectu, ac nigro colore, deformiſſimaque conſtitutione, habituque corporis, incubans ſuis denariis, maledictis ſuis nummis, quos avariſſimè corraſerat; atque hoc manifeſto dexteræ Dei prodigio, orbi notum eſſe voluit juſtiſſimus ipſe DEUS, quantum anima ipſius deteſtetur in ſacerdotibus execrabile pudendumque vitium avaritiæ.

Certum eſt, quod poſito uno abſurdo & inconveniente, ſequantur plura, ac ex radice vitioſa, imo vitio ipſo, nonniſi vitia pullulent, eo pernitioſiora, quo magis à matrice prima intoxicata; atque hinc ex avaritia aliud exſurgit abuſus notabiliſſimus, quod periculam detrahatur honori, cultuique Dei, estque hæc avaritia illa mala, quæ apud Prophetam, Abacuc *cap. 2. v. 9.* vehementer fuit reprehenſa: *Væ, qui congregant avaritiam malam.* Non indigebat ſane vitium hoc, ut notaretur epitheto hoc *Malam*, dum jam Spiritus Sanctus ipſum pronuntiaſſet plane deteſtabile: *Avaro nihil eſt ſceleſtius. Eccleſiaſtici 10. v. 9.* Nihilominus, juxta mentem Ruperti Abbatis, modo illo loquendi videtur Propheta vidiſſe, notaſſe, ac condemnaſſe avaritiam Eccleſiaſticorum, ita enim ſcribit: *Equidem avaritia nusquam bona, ſed ibi excellenter eſt nimis mala:* Horum

enim

enim avarus animus, ſæcularibus comparatus, nimis eſt quam enormis, ex illo namque ſequitur, quod Dei templa, aliaque eidem ſacrata loca, ob ſordidam illorum parcitatem ruinam minentur, aut plane decidant, quod Eccleſiarum, altariumque ſuppellex ſit neglecta, ac deſpecta, Sacræ Menſæ cultus ac ordinatio nauſeam quodammodo provocet, ac cum horrore fermè tractentur, ac aſſumantur paramenta, quorum aliqua præ vetuſtate ſunt lacera, alia præ ſordibus aut immunditia abominanda. Jamdudum ante nos carpſit talia, ac deteſtatū fuit Concilium quartum Toletanum Can. 33. in edit. Garzia Loviſa. *Avaritia radix cunctorum malorum, cujus ſitis etiam ſacerdotum mentes obtinet. Inde labentium Baſilicarum ruinæ non reparantur, quia avaritia ſacerdotali omnia auferuntur.* Multo autem ante hoc concilium miſeria iſta patuit, ac deplorata fuit in concilio Vernenſi, *Can.* 12. dictum de Palatio à nomine loci in quo fuit celebratum Anno 844. Dum non minus ſuper ruinas templorum DEI materialium, quam myſticorum, qui ſunt pauperes, fuit lamentatum: *Videmus enim iram Dei nobis & vobis imminere, dum pro rapinis, & immanibus aliis ſceleribus, tum etiam maxime,*

*quod*

*quod Eccleſiæ facultates, quas Reges & reli[...] Chriſtiani Deo voverunt ad alimentum ſer[...]rum Dei & pauperum, ad exceptionem hoſ[...]tum, redemptionem captivorum, atque temp[...]rum Dei inſtaurationem nunc in uſu ſæcular[...] detinentur.*

Una altera etiam ruina, fortè min[...] conſiderata, aſt non minus gravis ac p[...]riculoſa, ex eorundem Eccleſiaſticor[...] avaritia oritur, eſtque cœcitas me[...]tis, per quam adeo decipiuntur ac [...]ducuntur, adeoque proprio illi ac mi[...]rabili intereſſe alligati tenentur, [...] nullatenus ſe queant reflectere qu[...]tam incurrant miſeriam, quantæ in[...]reant calamitati in hac vita, quamq[...] magna, certe maxima, ipſis maneat [...] vita (potius morte) æterna ruina. [...]*que quo aggravat contra ſe denſum lutum* [...] *Habac. cap. 2. v. 6.*

Narrare ſolitus erat S. Philippus N[...]rius (prout legitur in ejus vita *lib.* [...] 16. *num.* 12.) de quodam Eccleſiaſtico, qui per aliquod tempus frequentav[...] exercitia Oratorii, quod dum primo [...]pſi oblatum fuiſſet beneficium Eccle[...]aſticum, diu multumque fuiſſe tergiverſ[...]

tum

tum ad illud acceptandum, ac poſtquam conſtantiſſimè per longum tempus repugnaſſet offerentium votis, victus tandem parentum importunitate ac violentia, illud acceptavit: Elapſis aliquot menſibus, offertur ipſi unum aliud, nec magnam in hoc acceptando demonſtravit contradictionem; tandem eo uſque proceſſit, ut non expectaret amplius, donec offerretur tertium, ſed ipſemet illud inſtanter ſollicitèque quæſivit. Interrogatus deſuper, unde tam ſubita orta fuiſſet mutatio? Reſpondit, ſe per primum beneficium unum perdidiſſe, & per ſecundum, alterum, ac proinde ambos, atque ita ſe jam cœcè procedere; *Improbæ cupiditatis affectu* (ſerviunt mihi hic verba ſacri Concilii Tridentini) *ſe ipſos, non DEUM decipientes.* Imitantur certe tales Balaam, de quo dicit ſacra ſcriptura, Num. 25. *vir cujus obturatus eſt oculus, qui cadens apertos habebat oculos*, eodem plane modo Eccleſiaſtici avari: *Oculos aperientes in fide, & non videntes in opere, intra Eccleſiam poſiti pia ſpecie, extra Eccleſiam inventi ſunt impia converſatione; de quibus alias bene ſcriptum eſt: vidi impios ſepultos, qui cum adhuc*

vi-

*viverent, in loco ſancto erant.* De hujusm
di cœcitate rectiſſimè monet ſuos Cler
S. Ambroſius, *l. 25. in Iob.* præ oculis ei
monſtrans, quantum deciperentur ex
diviſione, imo ſtulta mutatione, dum
corde ſuo locum dant terrenis rebus,
mundi hujus perituris, evanidisque qui
liis, æternis, veris, ac permanentibus
nis relictis, neque ad illa mentem ſuam
vantes: *idem ubi ſupra. Quid ſtultius, q
relictis cœleſtibus, ad terrena intendiſſe,
poſthabitis perpetuis, elegiſſe ea, quæ
ca ſunt & fragilia.* Hinc concilium P
enſe 6. ſapientiſſimè monet: *Oportet ſa
dotes Domini, ut ab appetitu avaritiæ & 
ditatis ſe cohibentes, ſibi ſubjectis in om
virtutum profectibus imitabiles exhibe
quibus pro omnibus divitiis ſolus Ch
abundat, juxta illud Apoſtoli: Mihi v
Chriſtus eſt, & mori lucrum*; ex quo c
proveniet id; quod dicit ſacrum Conc
Tridentinum Seſſ. 25. de Reform. cap.
*dubitandum eſt, & fideles reliquos ad R
nem, innocentiamque facilius inflamma
Præpoſitos ſuos viderint non ea, quæ m
ſunt, ſed animarum ſalutem, ac cœleſtem p
triam cogitantes.*

# Caput Sextum.

## *De damnis, inconvenientiis, ac pœnis Clericorum proprio commodo, ac avaritiæ deditorum.*

POeta quidam Gentilis volens exprimere ſummam, extremamque aviditatem, qua homines feruntur, imo rapiuntur, in aurum, ac argentum, nullum aptius reperire potuit Epitheton, quam *ſacrum*:

*Quid non mortalia pectora cogis*
*Auri ſacra fames! Virgil 3. Æneid.*

Obſervatum eſt, acutiſſimèque notatum in quadā ſynodo, nullos eſſe ferme in mundo qui majori anxietate ac ſollicitudine aggregent, accumulentque divitias, accumulatas autem prodigius conſumant, aut miſerius perdant, quā Eccleſiaſticos: unde S. Bern. *Serm. ad Paſt. in Synod. Quis obſecro laicorum avidius Clericis accipit temporalia, ac ineptius utitur acquiſitis:* Et tamen, quam ignominioſus, quā indignus eſt affectus talis pectore ac mente ſacerdotali, ſordidi alicujus miſerique lucelli temporalis, prout capite præceden-

cedente illud vocabat S. Petrus? Decipiunt
quotquot ſunt, qui ſibi imaginantur, glori
majorem, majorem applauſum ac laudem
bi accreſcere, quo ampliores accum
lant divitias, theſaurosque impleant, ac
condant inexhauſtos; etenim graviſſi
omnique exceptione majore ſancti Hi
nymi ſententia, ac teſtimonio conſtat,
bem fœdiorem, magisque proſtitutam
gnominiæ notam ſibi inurere non
ſe, quam hoc ipſo: En verba: *Igno
nia ſacerdotis eſt propriis ſtudere divitiis.*
*Nepot.* Fundamentales, primique S. Ecc
ſiæ lapides, pretioſi non fuerunt, pau
res fuerunt, & rudes, quales hodierni
que noſtri ſunt piſcatores; ideoque S.
trus intrando templum, inſtantiam pau
mendicantis, ſuæ propriæ egeſtatis reti
exemplo: *act. 3. Argentum & aurum non
mihi*; eodemque tempore erigebatur cl
dicans, figura, uti ingenioſe obſervat S.
annes Chryſoſtomus, *Hom. 8. in act. Ap*
puli Judaici, avaritiæ vitio planè addicti
*les erant Judæi Claudicantes, opes petebant
jacentes, propter hoc templo aſſidebant, ut*
*rentur.* Per ſuam ingluviem everterant
cerdotes Hebræi ſynagogam, templumque
taverant in ſpeluncam latronum, ſicuti

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

improperavit Salvator: Jam verò, volens idē Chriſtus ac Salvator noſter ſuper everſæ ſynagogæ ruinas erigere Eccleſiam ſuam, ante omnia à ſancto Petro, Apoſtolorum capite ac primario, ſuoque electo in terris Vicario audire: *Matth. 19. v. 27. Ecce nos reliquimus omnia*, atq; hoc non ſine magno myſterio; ſiquidem, ut optimè advertit magnus ille Marſilienſis Eccleſiaſticus Salvianus *l. 2. ad Eccl. cath. Poſſeſſione & uſu opum non fulcitur Eccleſia, ſed evertitur.* Si attentè pervolvere velimus Annales Eccleſiaſticos, reperiemus feliciores fuiſſe Eccleſiæ progreſſus, dum eſſet egena ac pauper, ampliſq; deſtituta bonis tēporalibus, uberrimè tamen floruiſſe ac abundaſſe ſanctitate.

S. Hieronymus *ep. 2.* volens inculcare, ac perſuadere Nepotiano, quam indignum foret animum, mentemq; ſacerdotalem addictā eſſe divitiis, quærere temporalia, atq; im̄odicè inhærere hiſce tranſituris nugis, ſingulari quadam valdeque efficaci utitur ſimilitudine: *Clericum ex inope divitem factum, quaſi quandam peſtem fuge.* Verba ſanè prima fronte dura, in ipſa tamen rei ſubſtantia veriſſima; cujus ratio eſt, quia tales vix unquā ſciūt teneremediū, ſed ſolent inſoleſcere, & ſicuti oris, ita nec animi habent moderationem; ſed melius

lius ad propoſitum noſtrum: *Sicut* peſtilues, ac contagio, facile contrahitur ex converſatione, ita avaritia, per occultam neſcio quam violentiam, absque advertentia aliquem ad ſe trahit, idque eo amplius, dum in Eccleſiaſticis reperitur, hi enim ſuo exemplo, ſordidâ, ac avarâ vitâ illam laicis minus reddunt odibilem: hancque ob causam prohibet Nepotiano S. Hieronymus talium Clericorum conſuetudinem. Idem quoque S. Paulus, radicem omnium malorum appellat, inordinatum rerum terrenarum affectum: *Radix omnium malorum eſt cupiditas, quam quidam appetentes erraverunt à fide*, prudentiſſimèque monent ſacri Canones *1. Tim. 6. v. 10.* Eccleſiaſticos: *Amorem pecuniæ, quaſi materiam cunctorum criminum fugiant. diſt. 23. cap. his igitur.*

Præſtaret ſanè, ut Eccleſiaſtici ſeſe tam ſollicitos demonſtrarent pro bono Eccleſiæ, quā pro bonis ſuis temporalibus, æqualiterque zelarent utrumque atque hæc ſibitam ſocia ac unita, ipſi quoque non ſepararent. Jam verò, ſæpiſſime, ac ordinariè celebrant capitula, non ut emendentur mali mores, vitiaq; inter ipſos graſſantia extirpentur, ac abuſus tollantur, ſed ſolum pro negotiis ſæcularibus ac temporalibus, quomodo redditus

ditus ſuos promoveant, ac recipiant, lucrumque hoc terrenum ac ſordidum augeant: Obſervavit hoc jam dudum Petrus Bleſenſis: 57. *Quotidie capitula ſua tenent, quærentes non morum correctionem, ſed extorſionem nummorum*; atque hinc fit augeri vitia in populo, ac multiplicari ſcandala, nam, ne redditibus, decimis, aliisque ſuis bonis temporalibus, ac lucris quidquã derogent, claudunt oculos, debitam negligunt correctionem, quemque ſinunt agere quod vult, & libet, in Sacramento pœnitentiæ adminiſtrando nimis condeſcendunt, vel non debitè, ac pro merito reprehendendo vitia, ac ſcelera, vel ſæpius nimis facile abſolvendo tales quos merito tanquam indignos repellere, admittere debuiſſent, atque ita pretioſum Chriſti ſanguinem quodammodo prodigendo ac proſtituendo.

Exprimere nequeo, quanta Eccleſiæ damna inferat illa Eccleſiaſticorum cœcitas: *Unde ſuperſtitiones vigent, mandata contemnuntur, peccata fiunt, niſi ex incuria Sacerdotum, qui ne temporale amittant lucrum, permittunt ſubditis agere quid volunt, & contradictionis ſeu correctionis non audent verbum loqui: tanquam canes muti ſunt, non valentes latrare, & veluti mercenarii inutiles,*

vi-

*videntes lupum venientem, Domini gregem* [...] *ſerentes aufugiunt*, exclamat S. Laurent[...] Juſtinianus: *De Compl. Chriſti perfect.* nec ſile[...]tio præteriri debet Hugonis Cardinalis e[...]poſitio ſupra illum Pſalmi 25. verſum: [...] *quorum manibus iniquitates ſunt, dextera* [...]*rum repleta eſt muneribus: manus enim Sa[...]dotum modo inunctæ ſunt pice cupiditatis* [...] *retinendum, quæ deberent eſſe inuncta un[...]ne Charitatis ad largiendum.*

Efficax motivum ad fugiendam avariti[...] eſt, conſideratio illa, quod fideles imm[...]tet in Idololatras: *Avaritia, quod eſt Idolor[...] ſervitus*, dicit S. Paulus; *ad Galat. 4. v.* [...] & in Oſea *cap. 12. v. 8.* legimus: *Dives [...]ctus ſum, inveni idolum meum*; propt[...] enim commodum ſeu intereſſe juxta m[...]tem ſancti Ambroſii, *Serm. 89.* hoc quaſi [...]nexum ac proprium habet, quod cor [...]ſtrum totaliter à Deo avertat, auro aur[...] conſecret: *Avaritia cœca eſt, errorem* [...]*ligionis inducit, non videt quæ divina ſ[...] ſed cogitat quæ ſunt cupiditates:* Ide[...] triumpho palmarum à toto populo Ch[...] acclamatum fuit, exceptis Sacerdotibus, [...] enim lucris ſuis erant intenti, &, ut ſcri[...] Cajetanus, *avaritiâ excœcati non anim[...] verterunt.* Ut autem conſtaret quant[...]

Cl

Clerum dedeceret vitium, Deoque diſplice-ret, voluit Chriſtus propriis manibus vibra-re flagella, ictusque infligere ſacerdotibus, qui mercaturam agebant in templo, eos me-ritò inde expellendo, dum uſuris ſuis, inju-ſtisque lucris illud prophanaverant.

## Caput Septimum.

*De onere, ac obligatione annexa proven-tibus, Eccleſiaſticis, & de ſtricta ra-tione, quam de iis reddere ali-quando debebunt Deo.*

QUanta cum circumſpectione à nobis proventus Eccleſiaſtici ſint exponen-di, digito demonſtrat ex Cathedra ſancti Petri S. Urbanus Papa: *Res fidelium, quæ Domino offeruntur, non debent in aliis uſi-bus, quam Eccleſiaſticis, & Chriſtianorum Fratrum, vel indigentium converti*: Hoc-queidem ſuo intendit perſuadere Clero S. Ca-rolus, *Conc. Med. P. 3. tit. Monit.* hiſce ver-bis: *Prædia Eccleſiaſtica, non avaritiæ præda, ſed inſtrumenta Charitatis relicta ſunt*, volens per hoc inſinuare, ſummè quidem eſſe conve-niens, ut qui altari ſervit, de altari quoq; vivat,

verùm, id quod ſuper congruam ſuſtentationem abundat quaſi ſuperfluum, aut ad divinum cultum, aut ad alia Charitatis opera debeat impendi. Tertullianus *Cap. 3. Apolog.* appellat redditus Eccleſiaſticos: *Depoſita pietatis*: quia ſicuti ſupra depoſita non ſumus abſoluti Domini, nec de illis pro beneplacito noſtro poſſumus diſponere, ſicuti de aliis quæ nobis verè propria ſunt; eodem modo non poſſumus ſuper illos noſtros proventus abſolutum exercere dominium, Paupere enim habent jus ſuper illos: *Non ſunt res Eccleſiæ, ut propriæ, ſed ut Dominicæ, & Domino commendatæ tractandæ*, fuit definitum in concilio Pariſien. ſi. 6. *lib. 1. cap. 15.* Spoliant ſe, exuuntque propriis bonis ac poſſeſſionibus, devoti Chriſti fideles pro fundandis beneficiis, ut miniſtri ſacri de neceſſariis proviſi alimentis, planè ſint abſtracti ac liberi ab omni alio mundano negotio, toti ſint intenti cultui divino, ut ille ſplendidè debitoque cum decore peragatur, ut Evangelium annuntietur, invigiletur ſedulò curæ animarum, ſubveniendo pauperibus, viduis, orphanis, ac magis deſolatis: *Divitias non pro ipſarum amore poſſident, ſed pro amore Dei, ut cultum Dei per illas amplificent, vel pro amore Chriſti, ut proximis iis ſubve-*

nian-

*niant*, prout mentem piorum legatariorum interpretatur S. Bonaventura, *de prof. Relig. lib.* 2. *cap.* 42. nihilque minus illis unquam venit in mentem, quam quod ipſorum ſubſtantiæ in lautas, prodigasque conſumerentur commeſſationes, pro gregibus canum nutriendis, ſimilibusque aliis inutilibus ac non neceſſariis; unde ſi modo ſemel capita ſua è tumulis levare poſſent, haud dubiè, hæc illis exprobrarent: *Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus. Matth.* 15.

Adeo verum eſt, quod id, quod ſupereſt de proventibus Eccleſiaſticis ultra commodam honeſtamque ſuſtentationem, pauperibus debeat largiri, ut pro latrocinio reputet S. Gregorius Nazianzenus *Orat.* 16. fraudem hac in parte commiſſam: *Minimè, fratres, & amici mei, minimè committamus, ut rerum earum quæ nobis Divino munere datæ ſunt, mali œconomi, ac præpoſteri inveniamur, ne alioquin Petrum dicentem audiamus, erubeſcite qui aliena detinetis:* Verùm S. Bernardus ſtylo multo acriore utitur, ut rei illius exprimat indignitatem: *Facultates Eccleſiarum, patrimonia ſunt pauperum & ſacrilega crudelitate illis diripitur, quidquid diſpenſatores, non Domini, ul-*

*tra victum & veſtitum ſibi accipiunt:* Ideo Sancti non vocant illos Dominos, ſed ſolum patronos, ac diſpenſatores, ut per titulum hunc illorum exprimant obligationem; *Non minus poſſidenda tradidit, quam diſpenſanda commiſit*, dicit S. Leo *lib. 5. de Col.* & S. Augustinus *Ep. 50. ad Bonif.* appellat ipſos Procuratores pauperum: *Si privatim poſſidemus quod nobis ſufficiat, non illa noſtra ſunt, ſed pauperum, quorum procurationem quodammodo gerimus, non proprietatem nobis damnabili uſurpatione vindicamus.* Noluit fidelium pietas ſæcularium fidere manibus elargitiones ſeu diſtributiones pauperibus faciendas, cultusque divini ſuis facultatibus conſervationem, ſed beneficia fundantes, ea commiſſa voluerunt manibus noſtris, ut exacta fidelique œconomia illa adminiſtraremus: quam autem præſtaret fidelitatem, qualemve exhiberet prudentiam, qui ſacrorum redituum ſuperflua, loco quod ea impenderet in ſuſtentationem pauperum CHRISTI, aut in ea quibus indigent DEI Eccleſiæ, aliaque ſacrata loca, illa profunderet in equorum, canum, paraſitorum, adulatorum, hiſtrionum, ac ſcurrilium ſervorum alimentationem, dum ſacrum Concilium Tridentinum *Seſſ. 25. c. 1. de Ref.*

*de Reform.* etiam prohibet illa elargiri in parentes aut propinquos ipſorum: *Omnino interdicit Sancta Synodus Epiſcopis, ne ex redditibus Eccleſiæ conſanguineos, familiaresq; ſuos augere ſtudeant, cũ Apoſtolorũ Canones prohibeant, ne res Eccleſiaſticas, quæ Dei ſunt, conſanguineis donent.* Si nos ad normam Apoſtolorũ accomodare, ac gerere debeamus manifeſtũ eſt, quid nobis agendum ſit; etenim, prout præcedente capite dictũ eſt, licet Apoſtoli coram pedibus ſuis congeſtã viderent inſignẽ auri argentiq; molem, nihilominus proteſtatur S. Petrus: *Act. 3. v. 6.* *Argentum & aurum non eſt mihi*; ne unicus in burſa Apoſtolica hærebat, aut reperiebatur denarius, ſed quidquid obveniebat aut offerebatur, ſtatim inter fideles, pro cujusque indigentia ac neceſſitate dividebatur, prout atteſtatur S. Lucas in Actibus Apoſtolorum: *cap. 4. v. 35.* *Dividebatur ſingulis, prout cuiq; opus erat:* Atque hoc ſuo exemplo docebant Apoſtoli Eccleſiaſticos, quomodo ſeſe gerere debeant in adminiſtratione ſuorum proventuum, dum à Chriſto electi, ac deputati ſunt Procuratores pauperum ac egenorum: *Diſpenſatores, ac procuratores*, vocat illos S. Thomas: *2. 2. Q. 85. a. 7.* Væ illi qui receptum ex ſacro altari denarium recondit, ac quaſi

 ſepul-

ſepultum tenet in ſua arca, dum interim pa
fame moritur mendicus, aliæque honeſta
familiæ præ egeſtate ac inedia periclitantur
ſæpius in honore, ac pudicitia: Hinc S. Ba-
ſilius ſcribens ſuper illa verba Iſaiæ: *c. 13. v. 14.*
*Rapina pauperis in domo veſtra*, vocat illos
non Patres, quales eſſe deberent, ſed pau-
perum latrones, quales illos efficit eorum
avaritia: *Quæ ſunt collata reficiendis paupe-
bus, ſublevandæ eorum inopiæ, ſi in ædibus
penes nos retinuerimus, utique inopes ſu
ſpoliamus bonis.* Sanctus Thomas à Vil-
nova Archi-Epiſcopus Valentinus, pari ſa-
ctitatis ac doctrinæ laude excellens, cujus
nam ille fuerit ſententiæ, ac opinionis circa
redditus ac proventus Eccleſiaſticos, decla-
ravit ſemel in quadam concione, habita
Parochiali ſancti Marci Eccleſia Valentiæ
*Dicant alii quod velint*, (ſunt verba ipſius
teſte *Fr. Mich. Salon. in vita.*) *ego non dubito
quin ſit certa ac indubitata veritas, quod
DEUS ſtrictè interrogabit, rationemque ri-
gidiſſimam inſtituet, ſuper res, ac bona Ec-
cleſiæ nobis commiſſa, ut illa pauperibus erog-
remus, eſſeque tanquam res furto ablatas, ſi
in alium expendantur uſum, quam in ſubven-
tionem pauperum: Et ſi vos Domini mei, tem-
pore mortis meæ vel unicum penes me reperietis*

*Julium*

*Julium, ſeu ſchillingum, habeatis pro perdita animam meam, nec me in loco ſacro ſepeliatis.* Plura adhuc ac ampliora profert author vitæ in præfato ſermone ab eodem ſancto dicta: *Dum mihi refertur obiiſſe Clericum aliquem, qui vixerat de bonis Eccleſiaſticis, & repertam eſſe apud illum notabilem pecuniæ ſummam, ita moveor, ac affligor, ac ſi mihi dictum fuiſſet, ipſum expiraſſe in complexibus ſuæ amaſiæ, quia tam bene perditum exiſtimo illum Clericum, qui ſibi de bonis Eccleſiæ theſaurizat, quam illum qui moritur in concubinatu*: Atque hæc mens eſt illius ſancti, à qua non multum abſcedit Petrus Bleſenſis, *Ep. 112.* dum tale format argumentũ: *Si teſtimonio veritatis, in ignem æternum mittitur, qui ſua pauperibus non dedit, ubi quæſo mittendus eſt, qui bona pauperum vel Eccleſiæ rapuit, vel fraudavit.* Vehementer conqueritur S. Bernardus *cap. 11. Apoll. ad Guliel abb.* de illis Clericis, qui loco quod veſtirent nudos pueros ac puellas, redditus ſuos ſacros conſumunt in vanis, ſuperfluis, ac curioſis, luxui tantum ſplendorique externo litantes, quo oculis placeant, nec interim curantes, an pauperes Chriſti præ fame moriantur: *Lapides induit auro, & ſuos filios nudos deſerit, de ſumptibus egenorum ſervitur*

*oculis divitum, inveniunt curioſi, quo de-*
*ſtantur, & non inveniunt miſeri, quo ſuſtenten-*
*tur;* verum melius *Ep. 42. cap. 2. ad Sen. Epiſc.* ex-
primit juſtum dolorem, pauperumque que-
relas mendicorum: *Clamant nudi, clamant*
*famelici, conqueruntur, & dicunt; nobis fame &*
*frigore laborantibus, quid conferunt tot muta-*
*toria ſervata in domibus veſtris? Noſtrum eſt*
*quod effunditis, nobis crudeliter ſubtrahitur*
*quod inaniter expenditur:* Concluditque la-
menta hæc formidandis hiſce verbis: *Vos*
*vanitate peritis, & nos ſpoliando perimitis.*
Optimè hoc intellexit P. Flaminius Ric-
( uti legitur inter alias Sociorum S. Philip-
Nerii vitas ) qui tanquam bene verſatus
ſacris ſciebat Hoſpitalitatem virtutem e-
ſingulariter commendatam, ac compete-
tem Epiſcopis, hac de cauſa, cum ſemel a-
quo tempore dimoraretur apud Fratrem ſu-
um Epiſcopum, omni die largas pauperibus
diſtribuit eleemoſynas, in recompenſame-
penſarum in menſa Epiſcopali factarum, di-
cendo: *Ego volo cibari ſumptibus pauperum,*
*nam redditus omnes Epiſcopales ſunt patrimo-*
*nia, ac proventus pauperum.*

Dum olim ſacrilegi Hebræi ſacerdotes
perfido emiſſent Juda pro triginta argente-
innocentem Redemptoris noſtri ſanguinem

co-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

conſcientiæ remorſu ductus, ac coactus quaſi, impius traditor, noluit acceptos numos hæredibus ſuis relinquere, ſed priusquã ſe ſuſpéderet, retulit ſceleſtũ argentũ, impiusq; ac deſperatus Apoſtolus in templo totũ illud reddidit fœdiſſimis, ac nequiſſimis mercatoribus ſuis, cum dicto: *Peccavi tradens ſanguinem juſtum. Matth. 27. v. 4.* Congregati Sacerdotes, licet plurimum auri ac argenti avidi, nihilominus poſt exactam deliberationem concludunt, ac decernunt: *Non licet eos mittere in corbonam, quia pretium ſanguinis eſt*, proindeque pecuniam illam applicarunt in emptionem cujusdam agri, pro peregrinorum ſepultura. Ergo, dico ego, impii illi ſceleratique ſacerdotes, teneriorem habuerunt conſcientiam circa ſanguinem Chriſti, quam nos, dum absq; ſcrupulo nobis incorporamus, ac in marſupium noſtrum, tanquam patrimonium proprium, recondimus proventus Eccleſiaſticos, qui aliud non ſunt, niſi ſanguis Chriſti? Omnium ſæculorum experientia demonſtrat, familias ditatas ex bonis Eccleſiæ, tractu temporis ad incitas fuiſſe redactas, planeque interiiſſe, ac in fine tam fuiſſe miſeras, quam in initio fuerant ſplendidæ: Hinc Auguſtinus Maſcardus in Pompa Capitolii ſcriptum

reliquit: *Patrimonium Chriſti, cujus Eccleſia-*
*ſtici ſunt diſpenſatores, inſtitutum non pro pa-*
*corum aliquorum, ſed pro totius Cleri ſuſten-*
*tatione, ac pro hoc laborat, deſudatque ſan-*
*cta Eccleſia*; *Res plane notabilis obſerva-*
*eſt à prudente quodam ſcriptore, quod bo-*
*na Eccleſiaſtica, coagmentata inter bona e-*
*terna alicujus familiæ, brevi tempore ip-*
*patrimoniales propriasque familiæ facul-*
*tes perdiderint, ac everterint, ſicut p-*
*næ aquilæ permixtæ aliis, eas conſum-*
Quia Propheta in ſpiritu prævidebat, m-
la eventura Eccleſiæ, injuriasque DE-
irrogandas ab iis, qui ſacris reditibus d-
tare ſtudent parentelam ſuam, prop-
quos ac cognatos, mirabilem apud De-
ſuper hoc negotio fecit inſtantiam: Q-
*dixerunt hæreditate poſſideamus Sanctuari-*
*DEI*; *Deus meus pone illos ut rotam, & ſic-*
*ſtipulam ante faciem venti*, Pſal. 83. v. 3. F-
perſona quædam pluribus annis optimè, -
timèque nota Sancto Philippo Nerio, a-
dum hic audiret, quendam ſuum pœni-
tem, primarium ditiſſimi cujusdam Me-
toris, qui non ſolum Romæ, ſed in tota fe-
tè Europa parem ſibi non habebat, miniſtrum
ſemper creſcere in divitiis, aurumq; accumu-
lare auro, Sanctus ei ſæpè prædixit, ipſum
ali-

aliquando defecturum, ac foro ceſſurum. Contigit tandem uni ex filiis ejusdē pinguiſſimam pluriū millium ſcutatorum annui proventus conferri Abbatiam, unde obviam ſemel factus Sancto, ſemper magis ſua in opinione confirmato, dixit ad ipſum *Quid jam dicit Reverentia veſtra?* Cui Sanctus ſtatim repoſuit, *Jam viciniorem eſſe v.ſtrum caſum ac ruinam*: Atque ita factum eſt, nam poſt paucos menſes ille ceſſit foro. Cardinalis Tarugi, digniſſimus Sancti illius filius, cujus inſtitutum per annos plurimos profeſſus fuit, Idea veri Prælati, ideo recuſabat parentes, ac agnatos ſuos participes facere reddituum ſuorum Clericalium, quia, ut dicebat, *proventus Eccleſiaſtici in domibus ſæcularium, ſunt quaſi ignis, quo intus, & foris accenduntur*; *In vita Card. Tarug. P. Riccii* ideoque, loco quod propinquis ſuis quidquam daret de Eccleſiæ Avenionenſis, cujus erat Archi-Epiſcopus, redditibus, largiſſimas omni die egenis elargiebatur eleëmoſynas, dumq; quadam vice viſitaret miſerabile aliquod hoſpitale, nec quidquam haberet ad manum, quo illius poſſet ſublevare neceſſitatem, è digito ſuo annulum extraxit Epiſcopalem & pro eleëmoſyna dedit. Qui tali modo procedit ac operatur, durus, aut crudelis non

erit erga ſuos, ſed gratus ac benevolus, hoc-
que nobis ſit ſemper perſuaſiſſimum, ac præ
oculis, quod Bleſenſis monet: *Nunquam pau-
perum, nunquam Eccleſiæ ſpolia, proſperum
habuerunt eventus auſpicium.*

## Caput Octavum.

*Quanta Charitate Eccleſiaſtici ſuis pro-
ximis, in rerum temporalium pe-
nuria conſtitutis, debeant
ſubvenire?*

CHriſtus Dominus noſter, dum Eccleſi-
am ſuam fundare inciperet, ſtatim vo-
luit, ut in mundo compareret magna illa Re-
gina, de qua Pſalmiſta ſcribit: *Aſtitit Regi-
na à dextris tuis in veſtitu deaurato circum-
data varietate*, hacque mediante, optime
diſpoſuit in illa ordinem Hierarchicum, ut
licet ex conditione naſcendi homines eſſent
valde inæquales in bonis, ac terrena ſubſtan-
tia, nihilominus æquales redderentur per
Charitatis ſubventionem, ac levamen, prout
ut confirmat dictum Apoſtoli: 2. *Cor.* 8. 15.
*qui multum non abundavit, & qui modi-
cum non minoravit.* Ideo Salvator vi-
cinus ſuæ morti ac paſſioni, volens relin-
qu

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quere Eccleſiæ quaſi certum aliquod patrimonium, dixit collegio Apoſtolico: *Pauperes ſemper habebitis vobiſcum*; & de illis tanquam de hæreditate pretioſa ſemper fuit ſollicitudo talis, ita ut, prout ſcribit S. Lucas, in tanta credentium multitudine, provida Apoſtolorum charitas tam prudenter , ac dexterè operata fuerit, ut, *nec quiſquam egens erat inter illos*; *Act. 4. v. 34.* illiusq; copioſæ collectæ, quā primi credentes fecerant Antiochiæ, ad ſubveniendum Palæſtinæ pauperibus, fame oppreſſis, nō alii fuerunt executores , & bajuli , quam SS. Paulus & Barnabas, exiſtimantes propriū eſſe Eccleſiaſticorum eleëmoſynis ſeſe impendere, ideoque functionem hanc nulli alteri delegare voluerunt ; hicque pius uſus longo tempore in Eccleſia duravit , ūt omni Dominica fierent collectæ, quem S. Joannes Chryſoſtomus ſuo tempore Conſtantinopoli, iterum ad praxim reducere ſategit.

Poſteri omnes, qui in gradu ac officio ſucceſſerunt S. Apoſtolis, edocti fuerunt, quibus viſceribus deberet eſſe plenus is, qui Clericali ac Eccleſiaſticæ militiæ adſcriberetur, dum eo ipſo deſtinaretur ad ſerviendum menſæ, & ut foret fidelis diſpenſator menſæ pauperum, de quibus dicit S. Paulinus: *Ep. 38.* *Cavere debemus, ne damnum animæ, & diſpendium ſalutis adea-*

*mus , negligentes in Eccleſia poſitam à Do-
mino menſam indigentibus* ; de qua loquens S.
Juſtinus Martyr, *Orat. ad Ant.* Pium. modum
deſcribit in diſtributione obſervari ſolitum:
*Quod ita colligitur , ad Præpoſitum deponitur,
atque ille inde opitulatur viduis , & his , qui
propter morbum , vel aliam aliquam cauſam
egent, qui in vinculis ſunt , & peregrè venienti-
bus hoſpitibus , & ( ut ſimpliciter dicam) o-
omnium indigentium curator eſt.* Cunctis
Eccleſiaſticis, tanquam tutoribus, ac curato-
ribus pauperum , hanc reliquit monitionem
S. Urbanus Papa : *Res Eccleſiæ , non quaſi pro-
priæ , ſed ut communes , & Domino oblatæ, cum
ſummo timore , non in alios , quam in præfatos
uſus , ſunt fideliter diſpenſandæ* : dans omni-
bus Eccleſiæ redditibus eundem titulũ quem
iisdem quoque dedit Concilium ſecundũ Ca-
billonenſe, *Ap. Bin. Tom.* 1. *Conc. quia vota ſunt
fidelium , & pretia peccatorum , ac patrimonia
pauperum , atque ad prædictum explendum à
Domino traditæ*; in eademque quoque Con-
ſtitutione videtur origo mutationis collecta-
rum faciendarum , in donationes fundorum,
aliorumque ſtabilium pro Eccleſiarum uſu,
ac conſervatione , & pauperum ſuſtenta-
tione ac ſublevamine ; hinc Concilium
Meldenſe Anno 845. celebratum, vehementer
in-

inſurgit in illos, qui bonis, ac proventibus Eccleſiarum: *In perniciem ſui, & ſine reve-verentia abutuntur.* Titulus ille, quem, ut dixi, hujuſmodi donationibus attribuit Tertullianus, *c. 3. ap.* illas vocans, *depoſita pietatis*, cum magna prudentia ac reflexione iis datus fuit, ut certi eſſemus illas habere naturam depoſitorum, & conſequenter tractandas ac regulandas eſſe juxta normam legum civilium, *l. licet. de depoſitis.* per quas cavetur, ac ordinatur ſuper illa non acquiri dominium, proindeque illis uti non poſſumus pro noſtro libitu ac arbitrio, ſed illa reſervanda, aut exponenda ſunt pauperibus, juxta exigentiam, mentem, ac voluntatem patronorum. Præclara de hac re dederunt exempla, in veteri lege in Onia ſummo ſacerdote, in nova autem in ſancto Ambroſio, ac in Eccleſia Papienſi, prout narrat ipſemet S. Ambroſius in lib. 2. officiorum cap. 29. ubi gravi admonitione Clericos ſuos adhortatur: *Servanda eſt, filii, depoſitis fides:* ſimilique diligentia memores reddit Eccleſiaſticos, Concilium Aurelianenſe, an. 511. ita ſtatuens: *Id eſſe juſtiſſimum definimus, ut reſponſionibus Eccleſiarum, alimoniis ſacerdotum, & pauperum, vel redemtionibus captivorum, quidquid Deus in fructibus dare dignatus fuerit,*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*rit, expendatur.* Cui piæ menti ac intentioni quam graviter contraveniret Eccleſiaſticus ille, qui negligens adimplere diſpoſitionem adeo charitativam, non haberet ſemper in mente illud, quod ei ſuggeritur à Concilio Anglicano ſub Cutberto Archi-Epiſcopo Conturbienſi: *A. 747. ap. ſpel. man. Tom. 1. Preſbyteri indeſinenter reminiſcantur, ad quod divina ordinatione præ cæteris promoti ſint; quod Dei videlicet miniſtri, & diſpenſatores myſteriorum Dei vocantur, & tunc quæritur inter diſpenſatores, ut fidelis quis inveniatur.*

Nolo ego hic diſputare, aut in controverſiam trahere, An Eccleſiaſtici ſint Patroni, an meri tantū Diſpenſatores bonorum Eccleſiæ & utrum, ſi illa inutiliter expendant, aut dilapident, ex juſtitia teneantur ad reſtitutionem ſiquidem, qui fundamentalem hujus Quæſtionis deſiderat videre reſolutionem, adeat legatque Controverſiam trecenteſimam quam doctiſſimo ſuo volumini inſeruit Eminentiſſimus Cardinalis Capiſucchus, *in Thom. ſelect.* Pag. 975. *uſq; ad* 1033. ubi authoritate Sanctorum Patrum, Conciliorū ſacrorum, Divi Thomæ, ipſaq; ratione, cognoſcere poterit Eccleſiaſticus, quæ, qualisque ſit ipſius obligatio, in adminiſtratione redditnum Eccleſiæ, quantumque committat reatum, illos diſ-

diſſipando in extraneos parumque convenientes uſus.

Scio bene, quod S. Auguſtinus, ſicuti in vita ipſius narrat Poſſidonius, *cap. ult.* ſemper habuerit in ore iſtā ſententiam: *Non eſt Epiſcopi ſervare aurum, & revocare à ſe mendicantes.*

Inſuper S. Mater Eccleſia, tanquam provida mater, adminiſtratorum ſuorū refrœnandam cupiditatem, iis, qui in debita ſua defeciſſent fidelitate, dilapidaſſent, malevè adminiſtraſſent commiſſa ſibi bona, variis in conciliis, diverſas, ac rigoroſas dictavit pœnas prout in Antiocheno cap. 25. & in pluribus aliis canonibus, ab eodem Capiſuccho relatis: Simulq; præcipitur, ac ordinatur, ut Eccleſiaſtici ſemper habeant comenſales pauperes, in concilio Remenſi II. Turonenſi III. ac in Aquiſgranenſi II. Vivum, practicumq; hujus rei in diebus noſtris vidimus exemplum, in perſona Eminentiſſima Franciſci Mariæ Tarugi, *in addit. vit. S. Phil.* Archiepiſcopi Avenionenſis, ac deinde S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, qui tam ſanctè, tam religioſe, mandata illa, ac decreta Apoſtolica obſervavit, ut ſingulis diebus centum aleret pauperes, & ſæpius diebus feſtis ducentos, imitator in hoc S. Martyris Thomæ Cantuarienſis, ac Adriani I. ſummi Pontificis, qui omni die de alimentis, centum

paupe-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pauperibus inLaterano congregatis,provid-
bat,præter innumerabiles elëemoſynas,qu
quotidie erogabat: Similiter etiam in conc
lio ſecundo Lugdunenſi præcipitur Epiſcop
ut de victu & amictu provideant pauperib
leproſis; & in Francofurtenſi Prælatis ac Pre
byteris Orphanorũ cura fuit demandata,cu
in re plurimi antecedentes ſummi Pontific
præclariſſima dederũt ſpecimina ac exem
De S.Paulo Primo, dicit Anaſtaſius, quod n
cturno tempore ſolitus fuerit portare ad æ
pauperum ac infirmorũ abundantem pro
ſionẽ,ac congruens ſublevamen: eandem e
hibuit charitatẽ pauperibus incarceratis,ſo
vendo eorum debita,illosq; cuſtodiæ vincu
liberans; deſolatas viduas,miſeroſq; orphan
adjuvabat, habebaturq; Pater comunis,ac u
niverſalis pauperum. Iterum in aliis conci
mandatur Epiſcopis,ut pauperum ſint defe
ſores contra injurias divitũ,ac potentum,ut
illos ſuis in neceſſitatibus ſublevent ac ſu
riis; ita enim definitum habetur in ſexto co
cilio Arelatenſi,& altero Moguntino. Pe-
gius I. ſummus Pontifex, utebatur pro ſerv-
tio pauperum opera Sebaudi Epiſcopi Arel-
tenſis, ut pannis textis in Francia, de veſtibu
provideret pauperibus Romæ exiſtẽtibus, i
enim ſcribebat: *Ep.4.Tom.2.Conc.Gal.ap.Sirm.*
Hor

*Hortamur, ut viro magnificentiſſimo, filio noſtro Patritio Placido genitori tuo dicas, ut quod de penſionibus poſſeſſionum Eccleſiæ noſtræ collectũ eſt, aut per ſuum hominem, aut per harum nobis dignetur dirigere portitorem &c. & ſi poſſibile eſt, ut nobis de ipſis ſolidis ſaga tomentaria, quæ pauperibus erogari poſſint, & tunicas albas, aut cucullas vel colobia, aut ſi qua aliæ ſpecies in provincia fiunt, quæ pauperibus, ut diximus, erogari debeant.* S. Nicolaus I. omnes totius urbis pauperes deſcriptos habebat, iiſque quotidie providebat de neceſſariis; *Baron. an. 757.* ſimile legimus practicaſſe S. Gregorium, S. Pium V. & venerabilẽ Nicolaum Forteguerra, Epiſcopum Alerienſem, ſacri ordinis Prædicatorum. *Faſt. Sen.* De Adriano II. ſum̃o Pontifice narrat Anaſtaſius, adeo profuſa ipsũ habuiſſe charitatis viſcera erga pauperes, adeoque propenſũ, largumq; in erogandis eleëmoſynis fuiſſe, ut merito Deus in manibus ipſius num̃os multiplicaverit, ſicuti alias auxerat frumenta in granariis S. Ulrici Epiſcopi Ratemburgenſis, & S. Thomæ Archi-Epiſcopi Valentini; Supra memoratus Anaſtaſius refert quoque de S. Paſchale I. ſummo Pontifice hæc notabilia: *Hilariter, in eleëmoſynis pauperum, omnia quæ habebat, diſtribuens:* in ſeipſo adimplens egregiam illam S. Ambroſii admonitionem; *Lib. 1. offic.*

*offic. cap.*30. *Neq́ enim propterea te Domini... caſti, ut tuos divites facias, ſed ut vitam tibi pe... petuam fructu boni operis, & pretio miſera... nis peccata redimas tua.* Sed quia hujuſmo... ordinationes ſæpiſſimè ab Eccleſiaſticis pa... curantur, & ideo eas ipſi tranſgrediun... hinc obſervat Card. Baronius eaſdem à con... cilio III. Carthaginenſi ſeveriſſimè eſſe ... tutas ac renovatas, ſcribens: *can.* 49. *Ann.* 39... *Memoriâ quidem dignum illud à Patribus ... ſancitum eſt, ut quæ Epiſcopus, vel quis Cler... ex paupere ditior factus, emiſſet ex bonis Ec... ſiæ, eadem Eccleſiæ cederent, nec illa in quem... quovis titulo transferendi ei facultas eſſet. Cu... enim reddita pace Eccleſia ubiq́ bonis afflu... complures ex iis, qui eidem miniſtrabant, pi... tem convertentes in quæſtum, tepeſcente ... ſanctitatis vitæ ſtudio, vel cura pauperum ... geſcente, colligendi divitias tantummodo ar... flagrabant.*

Ex viva hujus obligationis apprehenſi... ſingulare in pluribus Sanctis crevit deſide... ac appetitus, proprias etiam diſtrahend... cultates, ut illi ſatisfacerent, & quidem ... tum effecit in ſancto Gregorio Nazianzen... ut proprios ſuos vendiderit libros ad ſucc... rendum pauperibus, deditq; nonnulli hac... re ſibi obloquenti, actionemque ſuggillan...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

non minus acutum, quam gratioſum, ac charitate plenum reſponſum: *Quod ſi hæc quidem rectè dici videntur, & minimè Philoſophicum eſſe librorum pretium poſtulare: tu mihi pecuniam ſolve, objectionem autem tuam ſolvent pauperes.* Bar. ann. 389. n. 43. Exemplum hoc ætate noſtra egregiè imitatus eſt ſervus Dei Joannes Juvenalis Ancina Epiſcopus de Saluzzo, ideoque communiter appellatus Pater Pauperum.

In Canonibus Apoſtolicis præſcriptum eſt; *Omnium rerum Eccleſiaſticarum Epiſcopus curam gerat, & eam adminiſtret Deo intuente; ne liceat autem ex eis aliquid ſibi vendicari, vel propriis cognatis quæ Dei ſunt largiri.* Magnam ſemper habuit emphaſim ac robur in verorum Eccleſiaſticorum pectoribus, onus illud utendi redditibus illis, *Deo intuente*, dum ſeſe reflectunt, oculosque vertunt ad præſentiam Dei. Narrat S. Laurentius Juſtinianus Patriarcha Venetus, quendã ſuum nepotem, qui non erat adeo pauper, à ſe petiiſſe ex charitate aliquam eleëmoſynã, pro dotanda nubili filia ſua, Sanctus autem Prælatus eandem ipſi negavit cũ dicto: In vita c. 6. *Conſidera quæſo Frater, ſi parum dedero, non eſt, quo opus habes; ſi multum, defraudabo multos, ut uni ſatisfaciam; & præterea quidquid illud eſt, quod* 

*eſt,*

*eſt, ad cibos potius pauperum, quam ad intorti*
*crines, aut margaritas, ab Eccleſia traditum eſt.*
*Lib. 2. c. 6. vitæ.* Et S. Thomas de Villanova tam
fuit circumſpectus, tam providus, ac accura-
tus in adminiſtratione proventuum Epiſco-
palium, ut dum quodam tempore ex propin-
quis ſuis aliqui ipſum inviſiſſent, paucisque
diebus in palatio Epiſcopali dimorati fuiſſent,
dato tandem viatico, quò in patriam redire
poſſent, illos dimiſit; ut autem pauperibus
recompenſaret id, quod etiam quaſi pro elee-
moſyna ſuis fuerat largitus amicis, ſubtraxit
idipſum ſibi ex victu ſuo neceſſario, nonob-
ſtante quod & ætas & conditio ipſius, am-
plius requireret nutrimentum, & etiam non
fuiſſet rogatus.

Ideo obſervat Petrus Bleſenſis, *Ep. 102.* ve-
titũ fuiſſe in veteri lege, ne quis admitteretur
ad ſacrũ miniſteriũ, niſi prius divortiũ feciſſet
ac receſſiſſet à ſuis parentibus: *Nec in domo*
*Dei ſacerdos, aut Levita eligitur, niſi dixerit*
*patri vel matri, neſcio vos;* *Deuter. 33.* commen-
tumq; hoc fundatum eſt ſuper verba Moyſis,
dũ benediceret tribui Leviticæ: *Perfectio tua,*
*& doctrina tua viro ſancto tuo, qui dixit patri*
*ſuo, & matri ſuæ, neſcio vos, & fratribus ſuis, i-*
*gnoro vos, & neſcierũt filios ſuos: hi cuſtodierunt*
*eloquium tuum, & pactum tuum ſervaverunt.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Noverat Moyſes zelum illum, quem demonſtraverant Levitæ in caſtigando Idololatras Vituli aurei, non obſtante quod ſtricta cognitione fuiſſet ſibi conjuncti, debent enim Eccleſiaſtici omnem ſeponere reſpectum, altioresque eſſe quovis affectu, ubi agitur de honore Dei, ſuæve Eccleſiæ: *Præceptum evidens* (inquit S. Ambroſius) *quia præferenda eſt religio neceſſitudini, pietas propinquitati; ea eſt enim vera pietas, quæ præponit divina humanis.*

Plures aliæ in antiqua lege reperiuntur figuræ plane ordinatæ, ac directæ ad noſtram inſtructionem, poſſumusque ex iis clariſſimè perſpicere, quantum horreat ac deteſtetur Deus in miniſtris altaris tenerum erga carnem & ſanguinem affectum. *Exod.* 28. *v.* 17. Ordinavit Deus, ut in Rationali Aaronis duodecim includerentur lapides pretioſi, aſt inter illos non numeratur Adamas, licet gemma ſit in pulchritudine ac valore excellens ſuper omnes alias. Similiter in fundamentis myſticæ Hieroſolymæ, per quam præfigurata eſt Eccleſia, fecit mentionem S. Joannes in myſterioſa ſua Apocalypſi, omnium aliorum lapidum pretioſorum, excepto Adamante. Rupertus Abbas *l.* 3. *in Zach. cap.* 8. utriuſque hujus rei aperit recluſum myſte-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

myſterium. Lapides illi denotabant varias virtutes, quibus debet fulgere, ac adornatus eſſe Eccleſiaſticus, ſed quia Adamas, licet ad fortiſſimos hominum ictus non frangatur, ſi tamen hircorum adhibeatur ſanguis, emollitur, ac rumpitur, atque in ſymbolum eſt affectus erga conſanguinitatem ac parentelam, ideoque noluit DEUS, ut in habitu ſacerdotali collocaretur, ut intelligeremus, quam alienus debeat eſſe à Chriſto ſuperfluus ſanguinis ac conſanguineorum amor ac affectus. Vaccæ illæ, quæ deportarunt Arcam in Bethſames, non expoſuerunt illam periculo, ſicut fecerunt juvenci illi in arca Nachor, ſed recta proceſſerunt, nec in unam, nec in alteram deflectentes partem, ſalvam conduxerunt. Jam verò, quis non credidiſſet illas pro remuneratione non fuiſſe exemptas jugo, ac libertate donatas? Et tamen, non ita evenit: in partes enim diſſectæ igni impoſitæ fuerunt, perdito omni merito, quod alias lucratæ fuiſſent, ſi incedentes rectam non demonſtraſſent temeritudinem ac affectum erga fœtus ſuos in ſtabulis relictos.
1.Reg.6.v.12. *vitulos earum concluſerunt domi*
verum quidem eſt, quod dicit ſacer textus, quod, *ibant in directum*, ſed dicit etiam, quod

gem

*gentes, & mugientes*, non poterant reprimere maternum erga vitulos ſuos affectum ac inclinationem, licet portaſſent Arcam Domini. Quot ſunt, qui voluntariè humeros ſuos Arcæ ſuppoſuerunt, fatigarunt ſe in Evangelii prædicatione, infirmorum viſitatione, zelo Eccleſiaſticæ diſciplinæ, populi reformatione, aliiſque excellentibus functionibus, ita ut inſignem ac ſpecialem quandam à Deo viſi fuiſſent promeriti laureolam, verum unicus immoderatus, tenaxque ſuam erga parentelam affectus ſuſtulit omne meritum, perdidit omnem gratiam, diſſipavit, dejecitque omnia, dumque ſuis extiterunt nimis blandi ac lenes, facti ſunt ſibimetipſis crudeliſſimi. Non adeo conſentio veritati cujuſdam viſionis S. Ludgardis, licet à ſcriptoribus graviſſimis relatæ; verùm, data illa, & non conceſſâ, quis non videt quanto ſeſe exponat periculo vir aliquis Apoſtolicus, qualis erat Innocentius III. qui interceſſione Beatiſſimæ Virginis ab inferno liberatus fuiſſet, ad ultimũ tamen uſq; extremi judicii diem, ad purgatorii piaculares condemnatus flamas, ſolummodo ob affectum inordinatum erga cognator ac propinquos.

Reſpiciendus erat, accuratèq; perpendendus infauſtus Heli ſummi Sacerdotis exitus, qui improviſa ſua, ſuorumque filiorum

Q morte,

morte ſubtumque in perpetuum ſuæ familia ſummo ſacerdotio, homo aliàs ſatis Capax ac dignus, graviſſimas teneræ ſuæ erga filios indulgentiæ, luit pœnas: *Honoraſti filios tuos plus quam me.* 1. *Reg.* 2. *v* 29. Hujus tam neceſſariæ à propinquis ac amicis alienationis, inſigne poſteris reliquit documentum ac exemplum, Chriſtus Dominus, ac Salvator noſter, qui licet ſemper ſeſe exhibuerit obſequentiſſimum Matri ſuæ ſanctiſſimæ, ac Patri putatio ſancto Joſepho, per triduum tamẽ ſe ſubtraxit Beatiſſimo illorũ conſortio, ut Patris ſui cœleſtis obſequeretur voluntati, hærens, docens in templo: omnem quidem adhibuerunt diligentiam S. Joſeph, ac Beatiſſima virgo, quærendo ipſum apud cognatos, ac nepotes, ſed fruſtra; dicit enim S. Lucas Evangeliſta *cap.* 2. *Requirebant eum inter cognatos, & notos, & non invenerunt*: tunc autem tandem ipſum repererunt, dum intraverunt templum, eorumque induſtriæ ac diligentiæ reſpondit, dicendo: *Neſciebatis, quia in his quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe?* Factumque hoc occaſionem ſancto Bernardo *in ſpec. diſ. c.* ... hæc ſcribendi dedit: *Quomodo te bone Jeſu, inter meos cognatos inveniam, qui inter tuos minime es inventus?* Et Hugo de S. Caro Cardinalis S. Sabinæ *de fuga ſæculi cap.* 2. traxit ...

eadem

eadē actione, pro iis qui Clero adſcripti ſunt, documentum præſtantiſſimum: *Parentes Domini, ſunt Prælati; cognati eorum, ſunt nepotes eorum, fratres, & conſanguinei, inter quos revera non invenitur JEſus, quia non propter JEſum, ſed propter carnis cognationē introducuntur in Eccleſiam, quaſi jure hæreditario poſſidere volētes unde dicunt in Pſalmo, poſſideamus ſanctuarium Dei.* Hinc S. Ambroſius, diſcurrens de hæreditate, quæ reſervatur illis, qui adſcripti ſunt militiæ Clericali, ita infert: *Cui Deus portio eſt, nihil debet curare præter Deum, ne alterius impediatur neceſſitatis munere. Quod enim ad alia officia confertur, hoc religionis cultui, atq; hinc noſtro officio decerpitur: hæc enim vera eſt Sacerdotis fuga, abdicatio domeſticorum, & quædam alienatio Chariſſimorum.*

Ut hactenus dicta magis confirmentur, non erit extra propoſitum, ſi nonnihil nos reflectamus ſuper ſolemniſſimam electionem illam, qua Sacerdos æternus ſuum in Vicarium inſtituit S. Petrum: *Petre, ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam*, quod eodem quoque tempore ipſum à carne & ſanguine pronuntiaverit extraneum: *Caro & ſanguis non revelavit tibi.* Hinc eſt, quod in electione ſummi Pontificis conſanguinitas locum non habeat, ſicut in ele-

ctione aliorum Monarcharum, quorum unus ſuccedit alteri hæreditariâ conſequentiâ; unde dicit S. Leo: *Serm. 2. in anniverſ. aſſumpt. Hujus divini Sacerdotii ſacramentū non per generationū tramitem currit, neq; quod caro & ſanguis creavit, eligitur, ſed privilegio patrum & familiarium ordine prætermiſſo, eos Rectores Eccleſia accipit, quos ſpiritus ſanctus præparavit.* Verùm clariſſimū hujus rei exemplum nobis reliquit Chriſtus, dum à duorum Fratrum Joannis & Jacobi ſollicitaretur matre, quæ licet eſſet una ex Mariis, quæ ipſi miniſtraverunt, *de facultatibus ſuis*, & ſupra meritū hoc proxima agnata eſſet ex parte Beatiſſimæ Virginis, dum inquam mater iſta ſuis pro filiis peteret primas ſedes regni, manifeſtá retulit repulſam, ſaluberrimam per hoc Eccleſiæ ſuæ ejuſdemque Rectoribus relinquens doctrinam, ne ſe ab affectu carnis & ſanguinis ſeduci permittant.

Opportunum eſt huic propoſito id quod legimus in vita Patris Flaminii Ricci, ſancto Parenti noſtro congregationis oratorii Philippo Nerio, plurimum dilecti, gratiſſimique, quod cum ſummus Pontifex valde urgenter eidem obtuliſſet Epiſcopatum quemdam, hic autem conſtantiſſimè eundem recuſaret; ubi intellexit Fratrem ſuum hoc in negotio fuiſſe cooperatum, eo magis alienatus fuit ab illius

acc

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

acceptatione, eidemque ſcripſit, ſe ægrè tuliſſe, quod operam ſuam impendiſſet in hac ſua promotione, hocque unum ſufficere ut ſibi hanc ſuam vocationem ſuſpectam redda-, eo quod motivum ipſius, veniat à parentela.

Clemens IV. qui olim in aula S. Ludovici Regis Franciæ Advocatũ egerat, aliquamdiu vixit in ſtatu conjugali, in eoque ſua cum conſorte duos habuit liberos, quos in Patria ſua S. Ægidio reliquit: Mortua conjuge ad ſcriptus eſt militiæ Clericali, ac tractu temporis ad ſummum cleri evaſit apicem: conſtitutus in præeminenti celſiſſimaque hac dignitate, ſcripſit Petro Groſſo Nepoti ſuo, ſe eidem ex bonis Eccleſiaſticis concedere tria millia Turonenſium, putareque hoc ſufficere, aut ad intrandũ aliquem Religioſum ordinem, aut nubendũ perſonæ alicui, ſtatui ac conditioni ſuæ non inferiori. Ita agunt Eccleſiaſtici, qui vero Dei ſpiritu animati ſunt, ac ducuntur; Et ideo ſi perſonæ ſacræ noſtri tẽporis velint ſe totaliter liberare ab hujuſmodi familiarium ſuorũ incõmodis, ac importunitatibus, ſtatui ſuo ac vocationi plane contrariis, exempla hæc ſequantur, agnoſcantque pauperes Chriſti pro ſuis primogenitis, *Attichi. Hiſt. Car.* prout illos vocat Religioſiſſimus Cardinalis Paulus Aretius, & pro ſuis filiis, quo titulo illos compellavit Servus Dei Juvenalis

Epiſcopus de Saluzzo , cujus verbis etiam concludo; *Bacci.l.2.c.3. vitæ ipſius.* Denarii iſti non ſunt Juvenalis, ſed Epiſcopi de Saluzzo; debentur hi filiis Epiſcopi, qui ſunt pauperes, non verò amicis, ac conſanguineis Juvenalis. Nec audiebantur in ipſius Diœceſi lamenta illa, quæ Alvarus Pelagius ſuo tempore ſcripſit audita fuiſſe à pauperibus: *Pupilli facti ſumus abſque Patre. Lib.2.de planct. Eccl.*

## Caput Nonum.

*Agitur contra intemperantiam ac guloſitatem Eccleſiaſticorum, quam illa ſit pernitioſa, quamque ipſos eorumque ſtatum dedeceat.*

PLenæ ſunt myſteriis epitheta illa, quæ S. Petrus Chryſologus *Serm.12.* jejunio tribuit, vocans illud, *Dei arcem, Chriſti caſtra, murum Spiritus*, qu ſi vellet dicere, tunc Eccleſiam forè optimè munitam, dum in clero reperitur ſobrietas, ac frugalitas. Et, ut verum fatear, quis alius evertit templum Dei, civitatem ſanctam, ſacerdotium, Sacrificium, ſupellectilem ſacram, & quidquid ad veri Dei cultum ſpectat, niſi Nabuzardan? *4.Reg.25.v.1.* De quo ſcribit S. Iſidorus; *Lib.2.ſent.cap.4.*

*Prin-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Princeps coquorum muros Hieruſalem evertit*; Erat Nabuzardan ille coquorum Caput, illiusque figurâ exprimitur Gula, machina fortiſſima, qua utitur tyrannus infernalis ad concutiendam, ac evertendã Eccleſiam, per proprios ſuos miniſtros; hocque videtur voluiſſe indicare S. Bernardus *Serm. 59. de inter. domo,* hiſce verbis: *Gula ſemper eſt in pugna, & in culpa,* imo etiam tam potentia, ac efficacia arma ipſius ſunt, ut tyrannidem quodammodo exerceat in totum univerſum, unde veriſſimè illam appellavit S. Joannes Climachus, *Gradu 14. n. 24.* quod ſit, *totius humani generis crudelis dominatrix*: In terreſtri paradiſo ſuam erexit, conſtituitque primam ſuam manſionem, ac quaſi palatium, dum unius pomi, alteriuſve fructus dulcedine, primorum noſtrorum parentum juſtitiam ac innocentiam extinxit originalem, noſque omnes poſteros, miſerè intoxicavit. Inſolens tantâ victoriâ Dæmon, poſt plurima ſæcula volens dejicere, ac proſternere abſtinentiam CHRISTI, iiſdem omnino armis in deſerto contra illum uſus eſt, ſecurus quaſi de triumpho: *Tetenderat Diabolus primum laqueum gulæ, dicens: dic ut lapides iſti panes fiant*, dicit S. Ambroſius; *lib. 1. de Abel & Cain in cap. 5.* ſed deluſum ſe invenit in CHRISTO, non item

ſæpe fuit in miniſtris , contra quos , ſu-
um ut obtineat intentum , laqueos tendit
producitque in campum delicatos carnium
ac exquiſitarum cupediarum odores: Pro-
vidit ergo hiſce inconvenientiis ac pericu-
lis , prudens mater Eccleſia ſalubribus de-
cretis : Legimus in concilio Cameracenſi
anno 1569. celebrato , in decreto de vita
& honeſtate Clericorum cap 2. hæc fuiſſe or-
dinata : *Homini Eccleſiaſtico quacumque di-
gnitate fulgeat, plus laudis affert frugalitas in
menſa, quam ſumptus; plus dedecoris, exqui-
ſitus apparatus , quam ſimplex. Sit cultus in
menſa, & conviviis potius in gravitate, & ſobri-
etate , quam in pompa & deliciis.* Similiter
etiam ordinavit Euſebius Papa: *Decret. 4.* *O-
portet moderatis epulis contentum eſſe ſacerdo-
tem , ſuosque convivas ad comedendum &
bibendum non urgere , quin potius ſobrietatis
præbeat exemplum.* S. Anſelmus ſcribens ſuper
illud verbum Apoſtoli, *Non vinolentum, 1.
Tim. 3.* ait: *Non ſit vinolentus Sacerdos, ſed ſi
bibat, ut ignoretur, an biberit.* Sanctus Carolus
expreſſo rigoroſo mandato prohibuit, ne ad
Clerum aſſumerentur tales, vitio gulæ dediti.
*Act. Eccl. Med. pag. 142.* Licet in antiqua lege
Sacerdotes continuo manducaverint immo-
latorum carnes animalium , nihilominus
tamen

tamē voluit Deus ipſos eſſe ſobrios, quod manifeſtè liquet ex juſta ac rigoroſa pœna, inflicta ſummi Sacerdotis Aaron duobus filiis Nadab, & Abiu, qui ob vini evaporationem, negligentes ſanctum altaris ignem, dum in thuribula prophanum imponunt, ac incenſum deſuper, ſæva morte, turbatæ ex ſuperfluo vino mentis caliginem luerunt: Levit. 10. v. 1. dicit hoc manifeſtè S. Petrus Chryſologus: Serm. 26. *Peccatum illis ſuſcitarat Ebrietas nam vini odor, odorē fugerat incenſi: Ebrietas in alio crimen eſt, in ſacerdote ſacrilegium, quia alter animam ſuam necat vino, Sacerdos ſpiritum ſanctitatis extinguit.* Hæc cauſa fuit rigoroſi adeo præcepti à Deo lati, ac in eodem capitulo regiſtrati: *Dixit quoque Dominus ad Aaron:* verſ. 9. *vinum & omne quod inebriare poteſt, non bibetis tu & filii tui, quando intratis in tabernaculū, ne moriamini.*

Quid non facit, quid non poteſt vitium gulæ, maximè ſi ſemel occupaverit, ac inſiderit cor aliquod ſacerdotale? Ita Deo renuntiant, ita redditus ſacros prodigunt ac dilapidant, & plus dico, ſæpius omnia vendunt, ut uno prandio abliguriant. Vendidit Eſau unà cum primogenitura Sacerdotium, quod illo tempore inſeparabiliter erat annexum alteri, prout



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

notat Doctor Angelicus, pro uno ſolo, idque vili edulio, ut propterea ab Apoſtolo merito profanus ſit appellatus: *Heb. 11. v. 16. Profanus, ut Eſau, qui propter unam eſcam vendidit primitivn ſua; longè à Phano, id eſt templo Dei* (expōit Hugo Cardinalis,) *id eſt penitus irreligioſus*; & ſæpius, ſed ſemper inutiliter, deplorant ſuam guloſitatem, eo quod mentē, ac obfuſcatam habeant rationem, hincque non curant quidquid ſpectat ad jus hæreditatis paternæ, dummodo inordinato poſſint ſatisfacere appetitui. Inter alias peſſimas qualitates, quas Gulæ vitium habet annexas, una eſt, quod quantum hominem inclinat ad peccatum, tantum illum avertat ac alienet à virtute: *Oneratus venter*, dicit Chryſologus, Serm. 26. *ad vitia cor deponit, premit mentem, ne ſupernam valeat ſentire pietatem*: Sed melius Propheta Iſaias, qui poſtquam capite quinto locutus fuiſſet de quibuſdam, qui toti ſomno dediti, nihil aliud cogitant, quam de cibo & potu, ſtatim ſubjungit, *verſu* 11. *opus Domini non reſpicitis*; ſuper quæ verba ſcribit Carthuſianus: *Id eſt, divino cultui non vacatis, neque Divina officia frequentatis, quoniam Gula acediam comitatur, & omnis boni negligentiam.* Vinum à ſpiritu ſancto conjungitur cum Apoſtaſia, quæ eſt ſeparatio à DEO, per ebrietatem:

*Vinum*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Vinum & mulieres apoſtatare faciunt*, Eccl. 19. verſ. 2. obſervatque S. Hieronymus ſuper caput tertium Jeremiæ, quod omnes hæreſes pro matre ſua agnoſcere debeant intemperantiam: *Omnis hæreticus habitat in Aquilone, & calorem fidei perdit: nulla hæreſis niſi propter gulam ventremque conſtruitur*: Hinc eſt, quod quam primum ſeſe Hebræi à Deo elongarunt, per cultum ſacrilegum ac adorationem vituli aurei, jam plenis & ebriis præ continua crapula, ratio ac intellectu naufragium paſſi erant in continuis, ſibique invicem ſuccedentibus crateris: *Sedit populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere*, dicit textus: Exod. 32. Non abſque ratione ergo dixit Apoſtolus, Philipp. 3. verſ. 19. Guloſos nullum aliud adorare numen, quam ſuum ventrem: *Quorum DEUS venter eſt*: dum illi conſecrant omnes ſuas cogitationes, cunctas illi impendunt facultates, totamque pro eo conſumunt ſubſtantiam; unde Tertullianus, Adverſ. Phyſich. cap. 16. pro confirmatione ſententiæ Apoſtolicæ Divi Pauli, ironicè cuidam ex his paraſitis dixit: *DEUS tibi venter eſt, & pulmo templum, & aqualiculus altare, & ſacerdos coquus, & ſanctus Spiritus nidor, & condimentum*

*charisma, & ructus Prophetia. Apud*
*Agape in cacabis fervet, fides in culinis cale,*
*ſpes in ferculis jacet.* Quis noſtrum non adver-
tit abominabilem ac enormem injuriam, q
irrogamus Deo, qui tanta nobis præſti
beneficia, adeo nos exaltavit, dum eum
troducimus in animam totam deditam
temperantiæ ac guloſitati? *An ignoras* (cla-
mat S. Baſilius *homil. de fide. jejun.*) *quem*
*ſpitio es accepturus? Nimirum illum qui*
*bis pollicitus eſt; Ego & pater veniemus,*
*manſionem apud eum faciemus. Cur igi*
*prius recipis temulentiam, ac Domino ingr*
*ſum præcludis? Cur permittis, ut hoſtis m*
*nimenta tua prius præludat?* Ideo indubita
eſt axioma S. Bernardi: *ep. 8. ubi crapulam*
*rantis inter pocula ſenſerit Chriſtus, vina*
*dulciora ſuper mel & favum menti propin*
*non dignatur.*

Alibi diffuſius latiusque diſſeruimus, ac i
culcavimus puritatem ac caſtitatem, vocat
ni ſtatuiq; noſtro convenientem, quid a
directius illis opponitur, quam intempe-
tia in cibo ac potu? Sæpius mentionem fe-
mus, quamvis ſemper in diverſo propoſi
conceptu, Filiorũ Heli ſum̃i Sacerdotis, q
fuerint puniti, prout & alibi diximus, mor
repentina, violenta, & æterna, ſimulque

pe

perpetuum ſtirps eorum fuerit privata ſummo ſacerdotio, idque ideo, quia avida violentia rapuerant meliores carnes crudas, quæ in altari offerebantur: Obſervandum autem eſt, quod poſtquam ſacer Textus inſatiabilem illorum notaſſet, ac carpſiſſet voracitatem, ſtatim ſubjungat: 1. *Reg.* 2. *Dormiebant cum mulieribus, quæ obſervabant ad oſtium tabernaculi*; ex quo clarè eruitur, gulam eſſe individuam laſciviæ ſociam, & quod proinde Deus illam in ſuis miniſtris, non ſinat impunitam. *Gen.* 39. Arduus ſane, ſummèque periculoſus fuit aſſultus ille fœminæ impudicæ in caſtitatem probi Joſephi; ut autem triumphi relati cauſam exprimat Moyſes, circumſtantiam addit valde notabilem in illo deſcribendo, poſtquam enim dixiſſet, quod induſtriâ operâque ipſius, plurimum proſperatus fuiſſet Dominus ipſius in bonis temporalibus, ſubjungit: *Nec quidquam aliud noverat, niſi panem quo veſcebatur*, ſupra quæ verba ait Lippomanus: *Nihil ex cibis Domini ſui cognoviſſe præter ſiccum panem, quo veſcebatur*, quaſi dicere voluiſſet Moyſes: Quis in dubium auſit mittere conſtantiam Joſeph, in eludendis inſidiis, ac impetu repellendo procacis laſcivæque mulieris, dum

mucido pane famem ſedavit, alimento ſine luxurianti appetitui inconveniente? Quomodo ergo honeſtas noſtra puritasque non erit expoſita periculo, qui facie ad faciem, ſoli cum ſola muliere, à noſtra directione, ac ſpirituali inſtructione dependente, ſæpius agere debemus, ſi gulæ nihil ſubtrahamus, ſed illi quidquid appetit, quidquid deſiderat, concedamus? *Saturitas caſtitatem prodigit*, eſt axioma ſancti Ambroſii, *Serm. 31.* experientia quotidiana authenticatum; ideoque libidini hoc dedit epitheton Philo: *l. de agr. col.* *Pediſſequa ſaturitatis.*

In convenientiæ, famæque imminutio, quas vitium hoc cauſat ſæcularibus, motivum efficax debet eſſe ad illud fugiendum, deteſtandum. *Diabolus, qui manducantem contempſerat Chriſtum, & bibentem velut hominem computarat, ubi jejunantem vidit, ſuſpicatur Deum*, obſervat ingenioſè S. Petrus Chryſologus: *Serm. 12.* Dum populus videt Eccleſiaſticos ſobrios, atque abſtinentiæ deditos, in ſumma habet ipſos veneratione; ubi contrarium, licet in aliis eluceant virtutibus, ac ſint exemplares, ſi guloſos videant, gaſtrimargiæ ac ebrietati deditos, ſcandalizantur homines, non valentes percipere, quomodo licitum ſit de redditibus

ſacris

ſacris lauta inſtituere convivia, dum Apoſtolus dicat: *Qui altari ſervit, de altari debet vivere.* 1. Cor. 13. *Vivere, non luxuriari, gloſſatur* S. Bernardus. Jam vero à divina juſtitia, à Providentia non errante, hæc obligatio addita eſt, hoc onus impoſitum: *Quod ſupereſt, date pauperibus*; qua conſcientia ergo totum poſſunt abligurire, ac conſumere, cum de eo quod ſupereſt, cibari debeant pauperes? *Qui tam injuſtus* (inquit D. Ambroſius) *quam qui multorum alimenta, non ſuum uſum, ſed abundantiam & delicias facit comedens pretioſa, quod multi pauperes poſſent ex eo vivere?* Eſt doctrina ſancti Ambroſii, relata à S. Antonino: P. 2. 1. 6. c. 1. §. 3. Optimè fecit, ſecundum meam opinionem, Eminentiſſimus Cardinalis Baronius in ejus vita, ſingularis ſplendor, ac gloria noſtræ congregationis, quod, cum medicus ordiaſſet juſculum fieri ex caponibus, ad ipſius corroborandum ſtomachum, à quo acerbiſſimos ſæpe patiebatur ſpaſmos, ordinationem revocaverit, ſuoque mandaverit œconomo, ne præparatet, addens ſe non adeo infirmum, ut putaret Medicus, quem & indiſcretum nominabat, quod pro ſalute, ac ſanitate unius homuncii potionem talem præſcripſiſſet, de cujus

cujus pretio ac valore, duæ pauperes familiæ ali potuiſſent: timebat *Bonus* Cardinalis clamorem, ac improperationes mendicorum, qui præ fame moriuntur: *Clamant famelici* (ſcripſit cuidam Archi-Epiſcopo S. Bernardus *Ep. 24. t. 2.*) *conqueruntur & dicunt; noſtrum eſt, quod effunditur, nobis crudeliter ſubtrahitur.* Sed id, quod magis deplorabile eſt, edicit Propheticum Oraculũ: *Dederunt pretioſa quæque pro cibo; Thren. verſu* 11. plures enim ita videntur ſeducti & quaſi faſcinati ab effrœni, immortificatoque appetitu, ut venalia exhibeant ſacramenta, ſi unus illis detur Regalis, & hoc ipſum nefandum ſcelus confitenti, nec convenientem pœnitentiam, nec debitam imponant ſatisfactionem, ſed claudant oculos ſcandalis, ac abuſibus, nihil curantes juſtam correctionem, ac emendationem.

## Caput Decimum.

### *Otium & joci condemnantur in Eccleſiaſticis.*

LAbor continuus à vocatione noſtra debet eſſe inſeparabilis (prout etiam alibi demonſtratum eſt) penituſque à nobis exulare otium, utpote qui ſumus deſtinati, ad myſticam Eccleſiæ colendam vineam. Qu-

*hic ſtatis tota die otioſi?* Improperat Paterfamilias illis, qui ſtabant plicatis manibus, tempusq; terebant obambulando forũ. *Matth.* 10.

Si integros revolvamus Annales Eccleſiaſticos, reperiemus miniſtros ſacros maximum ſibi formaſſe ſcrupulum, de vel unico minimo, male impenſi temporis momento, atque ideo ad ultimam, usque vitæ periodum, curis ac laboribus implicati, imo conſecrati reperti ſunt, uti de Paſchale ſecundo acta teſtantur: *Vir ſanctus moriebatur, & operabatur. Mart. Rom.* Valde attentè conſideravit Urbanus Secundus, graviſſimum illud Chriſti Salvatoris dictum; *Non veni miniſtrari, ſed miniſtrare, & animam meam ponere pro ovibus meis*: Hinc poſtquam manibus ſuis conſecraſſet Epiſcopum Carnotenſem Ivonem, eumq; ſermone efficaci ſui admonuiſſet officii, intulit *Baron. T.* 11. *An.* 1992. *Quantò magis nos deſidioſi ſervi ſummi Patrisfamilias, debemus maximo ſudore incumbere, oves Dominicas, nobis à ſummo Paſtore conſignatas, ad ovile Dominicum, divina ſuffragante gratia, absq; morbo & macula perducere?* Peracta hac paterna admonitione à Sancto Patre, novus Prælatus plenus zelo ac ſpiritu, reverſus & ad ſuam Diœceſim hanc inſuper inſtructus ſaluberrimâ doctrinâ: *Epiſtol.* 10.

*Quan-*

*Quanto ſtudioſius perverſorum temeritas & audacia, rectitudinis ſtatum labefactare conantur, eo vehementius eſt eorum improbitati reſiſtendum, & Religioni Chriſtianæ conſulendum, & lamentabilibus Eccleſiæ ruinis obviandum.* Quapropter excluſo omni otio, indefeſsè vigilandũ eſt ſupra gregem Chriſti, reputando damnũ maximũ ſi in aliud tempus impendamus, quam in procuranda ſalute animarum. Digniſſimus ſancti Auguſtini imitator, de ſe ipſo loquens, hæc ſcribebat: *Ob diverſas curas, quas noſtræ ſervitutis neceſſitas habet, vix mihi pauciſſimæ temporis guttæ ſtillantur, quas aliis ſi impenderem, contra officium meum mihi facere videor.* Narrat de ſancto Carolo Giuſſanus, *vita S. Caroli l. 8. c.* 10. puod cum quidam ſuæ Provinciæ Epiſcopus illi ſcripſiſſet, parum ſe habere agere, eo quod Diœceſis ſua foret anguſta; miſit ad ipſum ad ſexaginta millia paſſuum diſtantem zeloſiſſimus Archi-Epiſcopus, unum Prælatum qui ipſum ſuper verba illa reprehenderet, additis ſimul litteris in quibus ipſi demonſtrabat, quid deberet agere, repetitis ſemper iſtis verbis, *ergo Epiſcopus non habet quod agat?* Deplorat vehementer Cleri otium S. Laurentius Juſtinianus; *de complanc. Chriſti perfect. In Clero pa-*

cij

*ciſſimi reperiuntur, qui honeſtè vivant, raiores autem, qui pabulum ſalutis gregibus valeant præbere fidelium*, idque ideo, quia omnes incurii ſunt ac vecordes, propriis attendentes commodis, diem ac tempus in deambulationibus, ac in foro, in circulis ac conventionibus novellis audiendis, inutiliter conſumentes: *Nempe Sacerdotum, Clericorumque magna pars dedita jacet voluptatibus, incedunt quotidie per plateas.* Ideo prudentiſſimè ordinavit S. Carolus, *in Act. Eccl. Med. pag.* 170. ut qui Diœceſin ſuam viſitarent, omni exquiſita poſſibilique diligentia inquirerent, quibus occupationibus, aut negotiis Clerici tempus ſuum impenderent, an in nugis, novitatibus audiendis, ludis ac inutilibus evagationibus, vel in exercitiis vocationi illorum correſpondentibus: *Videant atque inquirant diligenter, quibus in rebus Clerici tempus inſumant, an in iis potiſſimum, quæ ab illis agi curarive debeant, qui in Dei cultum ſe dediderunt.* Ex otio illo ſequitur, plurimos Clericos æternam perdere ſalutem propter venationem, maxime ſi clamoroſa ſit, ac magno fiat cum ſtrepitu, hæc enim ſummè à vocatione noſtra aliena eſt, ideoque in quodam Concilio Aquileienſi 1. *de Vit. & hon. cler.* ita dicitur:

*Quam*

*Quam ſit modeſtia clericali indignum, qui paulo ante Breviarium manibus tractabat, eum publicè accipitrem deferre; quiq; cum Angelis laudes Deo perſolvebat, eum inter canum latratus venari, & incompoſitis perſtrepere vocibus, omnes ſatis intelligunt.*

Verum ex peſſima otii radice, plura alia adhuc pullulant virulenta germina, reliquis omnibus pernicioſiora, ſuntq; luſus alearum ac chartarum, indigni omnino, ac planè dedecentes vocationem noſtram, à qua nihil boni, ac ædificatorium, imo ipſam probitatis normam exſpectant ſœculares, ubi è contra de luſibus illis ſcripſit S. Cyprianus: *de alea*: *Alea eſt alveus mali.* S. Antoninus P. 1. T. 1. c. 23. 2. 6. lanceæ inſtar calamũ ſuum vibrat contra iſtud vitiũ, illudq; vocat compendiũ & epilogum omnis mali: *Vix eſt dare actũ, in quo concurrant tot mala, quot ex ludo; quot enim in taxillis ſunt puncta, tot ſcelera ex eo procedunt, unũ gravius altero.* Ludi ſunt (quis crederet) ſacrificia facta Diabolo. S. Bernardinus op. 4. *Serm.* 32. P. 1. *Prin.* è cathedra dixit olim, quod dum ſemel Dæmones Principi ſuo Lucifero relationem facerent de progreſſu Hierarchiæ Eccleſiaſticæ quoad cultum divinum, & juvamen animarum, ut ſeſe progreſſibus hiſce felicibus opponeret, manda-

vi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vit ſuis; *Quilibet inveniat diverſos ludos, ut diverſimodè poſſit nobis ſacrificari, & deleri ſacrificium Chriſti.* Quam ergo erit indignum ſacrificare vero Deo, eodemque tempore ſacrificium offerre Diabolo? *idem ibid. Luſores Presbyteros Diaboli*, appellat idem ſanctus in eodem loco, jamque dudum ante ipſum de luſoribus alearum pronuntiaverat S. Cyprianus: *ibid. Qui alea ludit, ad ſacrificium Zabuli immolantibus pœnis auctoris manus polluit: purifica manum tuam à ſacrificiis Diaboli.* Chriſtus apparuit ſemel S. Petro Alexandrino ſciſſa laceraque veſte, lamentans Arium hæreſi ſua hanc ſibi irrogaſſe injuriam, eo quod per illam diviſiſſet, ac turbaſſet unitatẽ veræ, catholicæq; fidei, ex quo clare elucet inconſutilem ejus tunicam figuram fuiſſe ſuæ Eccleſiæ: Jam vero, quis ignorat, quod milites, de quibus Poeta canit:

*Nulla fides pietasque viris, qui caſtra*
*ſequuntur*,

Luſerint ſupra illam in monte Calvariæ? Quot non ſunt è Clero, multo pejores militibus, qui aleæ committunt, ac maximo cum ſcandalo, ac præjudicio populi, proſtituunt bonũ nomen, famã, ac integrã exiſtimationem Eccleſiæ, tam remotè ſe per alearũ

luſum

luſum à Chriſto elongantes, quanto arctiu deberent ipſi eſſe uniti exemplo bonæ con- verſationis? *Vah alearum luſoribus* ( mina- tur fulminando illis in illos S. Ephræm T. 1. *Var.* 101. *inf.*) *quandoquidem ſe à corpore, & ſanguine Domini noſtri JESU Chriſti alienos reddunt: Væ iis, qui tempus pœnitentiæ per- dunt in jocis.* Haud abſimilia hiſce, prædi- cat Seraphinus Senenſis *Bernardinus* 8. *Ser.* 42. *cap.* 3. Aleator diſſolutâ perfidia, vero De- dorſum obvertit, eligitque pro vero ſi- numine aleam, conſecrande illi totum ſuum amorem, omnes ſuas cogitationes, ſeipſum totum: *Luſor ludum facit Deum ſuum, quod in amore præponit ipſi altiſſimo Deo,* modo quo populus Hebræus per multa ſæ- cula veri Dei cultum, ac fidem tenuit, quam tandem fœdè, ſtultiſſimèque rupit vitulum, adorando, poſtquam otioſè, in valle montis Sinai, in crapulis ac luſibus tem- pus transegiſſet; *ſedit populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere.* Exod. 22.

Quodnam majus poteſt eſſe abſurdum, ac inconveniens, quam aleis profanare illas easdem manus, quæ paulò ante per con- tactum Sacroſancti Chriſti corporis, fuerant ſanctificatæ? *O, quantum utique vitupe- randus eſt* (exclamat S. Antoninus *ibid.*) qui

ma-

*manibus ſuis perdit, quem Dei filius, manibus cruci affixis acquiſivit!* Nos, præ omnibus aliis viciniores, videmus Redemptoris noſtri ſacratiſſimas manus, duris perforatas clavis, merumque ſtillantes cruorem, ipſasque incruento miſſæ ſacrificio, cum toto ejusdem corpore, tangimus, & non movebit hoc nos, ut manus noſtras à tam profano, ac peccaminoſo exercitio abſtineamus? Ergo manus illæ, quæ paulo ante elevaverant, populoque adorandum exhibuerant corpus Chriſti, auſu temerario paulo poſt impendi poterunt ad tractandas, projiciendasque aleas? Ergone lingua illa, quæ paulo ante legerat Evangelium, quæ è ſinu Patris æterni, ac à dextra ipſius, ad proprias manus ſuas traxerat, unigenitum ejusdem Filium, quæ ipſum unit conjungitque carni diviniſſimi ſui corporis, intingitque pretioſiſſimo ejus ſanguine, imo quæ & ipſa inæſtimabili illo rubricatur ac madeſcit cruore, illa, illa lingua audebitne prorumpere in verba indigna, ſcurrilia, obſcœna, blaſphema, quæ alearum individui ſocii ſunt, ac ſodales? Et tamen quot ſunt ex Clero, qui omnia hæc nihil curantes, cum ſæcularium fece dies, noctesque integras conſumunt in tam deteſtando exercitio, mane autem, aut ſuperficie-

ficietenus, & ob proprium intereſſe, aut ex mera conſuetudine, non abſtinent à celebratione, ſed à tabula luſoria tranſeunt ad altare quaſi verò ſimul eſſent compatibilia, Arca Teſtamenti, & infame Idolum Dagon.

Plura alia, eaque notabiliſſima abſurda, ac inconvenientia producit in Eccleſiaſticis, vitium illud. Unum aſſignat S. Antoninus: *Luſores, propter hoc, ut habeant magis tempus negligunt divina.* Quoties, dum vocantur Parochi ad indrmis providendum aſſiſtendum, occuptia inveniuntur perdito hocalearum luſu, dumque aut ex affectu lucri, aut ut deperdita reacquirant, aut ut luſû perficiant, aut ne ſocietatem disguſtent, offendantve moras nectunt, differuntque adminiſtrare ſacramenta, cum manifeſto perditionis animarum periculo? In praxi ac effectu ipſo, non absque graviſſimo ſcandalo, non ſemel id viſum eſt, idque maximè dum confeſſiones excipiendæ ſunt ac confeſſarius ob hujusmodi futiles cauſas venire tardat, non raro contingit ut bene præparatus infirmus, aut loquelam perdit, aut vi morbi oppreſſus, inconfeſſus decedat. Deinde, dum deberent intendere, ac vacare iis, quæ neceſſaria ſunt ad annuntiandum verbum Dei, ut rite, ac tuto poſſent ex-

cipe-

cipere confeſſiones, ac ſolvere, quæ in confeſſionali ac foro illo, occurrunt dubia, & ut bene poſſint regere animas, potiſſimam temporis partem impendunt in tractandis aleis, advigilantes, non animarum ſibi commiſſarum cuſtodiæ, ſed propriæ recreationi, aut etiam lucro; hinc ſæpius videmus congregari, ac convenire Eccleſiaſticos, non pro ſacra aliqua, ac erudita conferentia, ſed ut aleis ludant aut chartis, exciti ac animati capitis eorum, aut ſuperioris exemplo, non reputantes eſſe peccatum ſeu malum id, quod tam liberè ab illo vident practicari. Optimè dicit ſupracitatus Florentinus Archi-Epiſcopus, dum luſibus illis alearum (de Chartis pictis idem eſt) occultum aliquod attribuit venenum: *Videtur infectivum, cum enim videt quis alium ludere, ubi nihil cogitabat de ludo, inclinatur ad ſimile.*

Ex hiſce naſcuntur ſcandala, præſertim apud ſæculares: *ſcandalizantur illi* (inquit S. Raymundus citatus ab Abulenſi *Q. 55. in. c. 6. Matth.*) *qui vident aliquos ſic ludentes, potiſſimũ ſi ſint viri alicujus authoritatis, quos alii debeat ſequi in exemplo vivendi*: & Abulenſis ipſe, reddit rationem, cur præ aliis ab hujusmodi luſibus abſtinere debeant Eccleſiaſtici: *Quia tota gravitas, & authoritas illorum ſublata eſt, ita ut ſubditi non*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*attendant ad eos, niſi ad juvenes; & ideo lic[...] actus in ſe parum mali ſint, efficiuntur va[...] increpabiles in iſtis, propter ſcandalum ſub[...]torum.* Ex alio etiam capite creſcit ſca[n]dalum illud, quia redditus Eccleſiaſti[ci] quorum ſuperfluum habere deberent pa[u]peres, quibus ſumus debitores, tali mo[do] conſumuntur, cum non exiguo horum pr[æ]judicio, & uniuscujusque ſcandalo, q[ui] profanos illos luſus ſpectat. Hac de cauſa [tam] Canones, quam Concilia, ſingulariter i[n]vigilant, ſeque opponunt iſti vitio. S. A[n]toninus *lib. 2. ibid.* citat unum Canone[m] diſt. 36. cap. 1. *Epiſcopus, aut Presbyter, a[ut] Diaconus aleæ ſeu ebrietati deſerviens, [aut] deſinat, aut certè damnetur.* Similiter e[tiam] decrevit S. Carolus: *Act. Eccl. Med. pag. 15. C[le]ricalis Ordinis hominibus ludos, præſertim [ve]rò aleæ, ac teſſerarum, ac talorum interd[ici]mus; prohibemus etiam globos, qui ma[...] ligneis imponuntur; item follis, id eſt pilæ [ma]joris; nec ſolum ludere vetamus, ſed e[tiam] eos ludorum ſpectatores eſſe nolumus, aut q[uem]quam ludentem in ædibus ſuis permittere.* N[i]hilominus tamen, quantum erat zel[o]ſus, tantum etiam erat diſcretus, Sanctus [hic] Prælatus, ideoque prohibitionem iſtam [...]

tigavit, ac limitavit ſequentibus verbis: *Si valetudinis interdum cauſa parvâ pilâ, aut alio non indecoro ejusmodi exercitationis genere uti contigerit, nec publicè id faciat, nec pecunia intercedat in ludo, nec quidquam quod facile pecunia æſtimari poſſit.*

Excuſant ſe multi, dicentes quod luſus pro recreatione à S. Thoma virtus nominetur, & ab aliis Eutrapeliæ titulo inſigniatur; verum advertere debuiſſent, hæc non eſſe ita indifferenter tradita, aut edocta pro omnibus, & maximè pro Clericis. Ut luſus ſit virtuoſus, requirit, ut notat Doctor Angelicus, *ut congruat perſonæ, tempori, loco, & ſecundum alias circumſtantias debitas ordinetur, ut ſcilicet ſit tempore, & homine dignus.* Ob harum circumſtantiarum defectum, graviſſime correptus fuit à B. Petro Damiano, *lib.* 1. *Ep.* 11. quidam Florentinus Archi-Epiſcopus, qui cum B. Cardinale in itinere conſtitutus, dum ad publicum diverti ſſent hoſpitium, latrunculis luſerat. Exprobrabat ipſi, quod luſu iſto contaminaſſet illam manum, ſolitam offerre Corpus Chriſti, linguamque mediatricem inter Deum & populum. Confeſſus eſt & alter ſuum errorem, ſpopoditque emendationem, pro pœnitentia tamen à Sancto accepit, ut

tribus vicibus pſalterium meditando recita-
ret, pedes duodecim pauperibus lavare-
ſingulisque eleemoſynam daret. Sanè opor-
ter dicere, Sanctum illum, dictum luſu-
pro gravi culpa apprehendiſſe, eo quod no-
conveniret, nec loco, nec tempori, nec pe-
ſonæ, & tamen erat tantũ luſus latrunculo-

## Caput Undecimum.

### *Pigritia ac Socordia in Eccleſiaſticis ſummè eſt deteſtabilis.*

INter alia pernicioſa vitia, quæ ſolent i-
ficere, ac infeſtare Clericos, non mi-
mum eſt pigritia, ac ſocordia, de quo S. Be-
nardus *Serm. 6. de mod. Ben. Viv. Deſidiam*
*cimus, quando per torporem languidi, ea*
*Dei ſunt operamur.* S Ignatius Loyola, op-
rarius indefeſſus in vinea Domini, volen-
num ex ſuis, quem advertebat nonnihil de-
dem ac ſocordem in ſuo munere, corrige-
eum ad ſe evocarum, hoc compellavit dile-
mate: *Cuinam daret operam, Deo, an ho-*
*nibus? Cum ſe Deo utique deſervire dixi-*
*plecteris igitur, inquit, nam in rebus ho-*
*nis minus accurratè verſanti, forſitan*
*verit quiſpiam, at immortali Deo mini-*

*negligenter id nullo pacto ferendum eſt. Maffejus in vita c. 6. li. 3.* Hoc ſervivit S. Iſidoro *de Sum. bono. lib. 2. cap.* 10. pro remedio, ac motivo potentiſſimo, ad pellendum illum lethargum: *Omnis ars hujus ſaculi ſtrenuos habet amatores, & ad exequendum promptiſſimos.* Spectemus militiam, in qua milites pro exiguo ſtipendio, prompti, cunctisque aeris expoſiti injuriis, per noctes integras vigilant, ne latum pedem à ſua diſcedentes ſtatione, aliàs precioſa eſt eorum vita. Reſpiciamus Aulicos, qui quantumcunque ſerviles in cruribus portent catenas, nihilominus proteſtantur cum S. Auguſtino, necdũ etiam converſo, noluntq; deſerere delitioſam illam ſervitutem; *Captivitas noſtra delectat:* ideoque de hiſce loquens S. Bonaventura *de inſt. ad miſſ. Sacerd. l.* 7. ſcripſit: *Si diligentiâ magnâ quis ſervit alicui Principi ſingulari, tanto majori diligentia debet Domino ſuo ſervire ſacerdos.* Attendamus ad venatores, qui non curantes moleſtias, labores, vigilias, fatigationes, plana percurrunt & alta, ut aliquantulam feram accipiant, & ideo id nobis improperant S. Auguſtinus: *de bono Viduit. cap.* 21. *Vide quam pudendum ſit, ſi delectat labor, ut fera capiatur, & non delectet, ut DEUS acquiratur?* Facta

itaq; inductione omnium artium concludere debemus, ſolum Deum ſuis in ſequacibus reperire tepiditatem, torporem, pigritiam: *Habet ſectatores tepidos, languidos, & pigritiæ inertiâ congelatos*; rationem autem deſignat hujus confuſionis, ac erroris: *Hoc proinde fit, quia merces laboris eorum, non in præſenti vita, ſed in futura dabitur.* Jam verò, licet poſſit hoc habere locum in ſæcularibus, certum tamen eſt non poſſe admitti in ſacerdotibus, dum enim hi quotidie in incruento ſacrificio cibantur carnibus immaculati agni, arrham recipiunt ſecuritatis: *Futuræ gloriæ nobis pignus datur.* Stamus omni die faciem ad faciem coram noſtro Duce, & in nobis reperiet, aliquem nidum, aliquod receptaculum ſocordiæ, aut deſidiæ? *Quomodo negligens poterit fieri, qui intuentem ſe Deum, nunquam deſinit intueri?* Eſt motivum S. Bonaventuræ. *in Pſ. Qui habitat.* Dum Apoſtolus inſtrueret, ac informaret Eccleſiam primosque Chriſtianos, antequam illis daret characterem, ſeu nomen ſervorum DEI, myſteriosâ prudentiâ, ac ſingulari dexteritate præmiſit: *Sollicitudine non pigri, ſpiritu ferventes*, Rom. 12. ver. 11. ac deinde immediatè ſubjungit: *Domino*

*ſer-*

*ſervientes:* Ideo Eccleſia à Spiritu Sancto directa, omni ſtudio, omniqueposſibili è Clero expellere conatur perniciosum illum pigritiæ ſomnum, idque per multos hymnos officii canonici in Matutinis, præcipuè per principium illius de Dominica, dum Clericos ita jubet canere: *Pulſis procul torporibus, ſurgamus omnes ocyus.* Si vita Sacerdotis conformis debeat eſſe vitæ Chriſti, profectò procul exulabit ab illa omnis torpor ac pigritia, cum certum ſit totum vitæ curſum ejusdem unam non intermiſſam, pro genere humano, fuiſſe laborum ſeriem. *Pſal.* 87. *v.* 16. *In laboribus à juventute mea*, vel ut alia littera habet, *à puero*, prædictum fuit multis ſæculis ante ipſius nativitatem. Vix natus, collocari voluit, non ſuper Cherubinorum alas, ſed inter duo animalia, quæ præ reliquis aliis ſunt laborioſa; voluit, ut Paſtores qui vigilabant, & præfigurabant Sacerdotes ac Prælatos Eccleſiaſticos, eſſent primi qui ſe agnoſcerent, & adorarent. Elegit ſibi in terra in patrem putatitium fabrum lignarium pauperem, qui victum ſuum manuum ſuarum labore lucrari debeat, ipſeque in eodem exercitio, meliores, potioresque ætatis ſuæ annos tranſegit,

anno namque trigeſimo prius prædicare incepit. Dum S. Petrus ipſum voluit manifeſtare Gentilibus, dixit, *Act.* 1. *v.* 11. *Qui pertranſiit bene faciendo*; unde ſcribit S. Bernardus epiſtola 253. *Ipſe hominis, ſæculique auctor, quamdiu in terris viſus eſt, & cum hominibus converſatus eſt, nunquid ſtetit? Et quidem, teſte ſcriptura, pertranſiit benefaciendo, & ſanando omnes.* Paucis ante ſuum in cœlum aſcenſum horis, imponit Apoſtolis generalem in univerſum mundum miſſionem, *euntes prædicate Evangelium*, dumque illi ſtupefacti fixis in cœlum, verſus ipſum oculis hærerent in monte Oliveti, ſtatim ad eos ex paradiſo duos expedivit Angelos, qui edicerent, *Quid ſtatis aſpicientes in cœlum, & negligitis?* (repetit S. Thomas de Villa nova *Conc. de Aſcen.*) *ſi non videritis, levior eſſet culpa.* Videre apertum cœlum, & ſtare plicatis ad cingulum manibus, peccatum eſt, quod DEUS ſummè deteſtatur. Non ita fecit Jacob, dum admirandam in ſomnis vidit ſcalam, ſed ſtatim pigram interrupit quietem *Gen.* 28. *verſ.* 18. *ſurgens manè, tulit lapidem &c.* Super quæ S. Gregorius *lib.* 2. *Ep.* 21. inſignem facit reflexionem, propoſito noſtro opportuniſſimam; *Vocatur locus iſte Bethel, id eſt*

*domus*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*domus Dei, in qua quotidie aſcenditur, & deſcenditur, ſancti ex ea corruunt, ſi fuerint negligentes.* Habemus hunc caſum noſtrum in terminis expreſſũ in Apocalypſi, ſimulq; inſinuatam averſionem maximã, qua fertur Deus in illos, qui in ſervitio ipſius deſides ſunt, pigri ac vecordes, quantoq; tales expoſiti ſint periculo. Ante omnia notari debent verba, quæ præmittuntur: *Qui habet aures audiendi audiat, quid ſpiritus dicat Eccleſiis;*, volens inferre, hiſtoriam illam regiſtratam eſſe pro Eccleſiaſticis, ut ferventes ſint, ſervitio, cultuq; divino. *Apoc. 3. v. 16. Angelo Laodiceæ Eccleſiæ ſcribe.* Non legitur de Epiſcopo illo, quod fuerit diſſolutus in moribus, diſſipator redditũum ſacrorũ, aut alterius alicujus gravis criminis reus, ſed ſolum, quod piger fuerit ac negligens: *ſcio opera tua, quia neq; frigidus es, neq; calidus; utinã frigidus eſſes, aut calidus, ſed quia tepidus es, incipiam te evomere ex ore meo,* Magis expreſſa, ac efficaciore phraſi exprimere non poterat nauſeam ac averſionem, quam Deus habet à miniſtris ſacris, qui deſides ſunt ac pigri in ſuo ſervitio.

In ſacris Canticis, in quibus per ſponſam præfiguratur ac exprimitur, anima divino cultui dedita ac conſecrata, obſervo, quod quotieſcumque illa facit mentionem quietis, ſemper ipſi ſtatim dederit reſponſum:

*Indica mihi, ubi paſcas, ubi cubes in meri-die?* Cant. 1. verſu 6. Quale fuit reſponſum quod retulit? *Si ignoras te, egredere, & abi poſt veſtigia gregum, & paſce hædos.* Altera vice, dum facit mentionem lecti: *Lectulus noſter floridus*, ſtatim audivit, *Ego flos campi*; unde S. Bernardus *Serm. 40. in Cant.* dixit; *Illa appetit quietem, & ille incitat ad laborem.* Habemus in Michæa *c. 6. v. 6.* textum unum valde evidentem pro hoc propoſito: *Quid dignum offeram Domino? Curvabo genu? Nunquid offeram holocauſtomata, & vitulos anniculos? Nunquid dabo primogenitum meum?* Nullum ex his oblatis gratum eſt, aut comparandum cum diligentia, ac ſollicitudine in ſacro miniſterio, atque ideo ſequitur: *Utique indicabo tibi, quid ſit bonum, & quid Dominus requirat à te: utique ſollicitum ambulare cum Deo tuo.* Nec ſolum eſt conveniens aut expediens hujusmodi ſollicitudo, ſed debita, ſiquidem, ut bene notat S. Laurentius Juſtinianus: *De diſci. & perfec. Mon. converſ. Divinum atque naturale jus, nec non & humanæ leges clamant, ut cui plus dilectionis & muneris elargitum eſt, tanto amplius erogatur ab eo, & tanto magis ingratitudinis vitio quisq; ſit reus, quanto contra honorē, voluntatē & præcepta ſui largitoris ſegnior extiterit.* Qui

prom-

prompti ſunt, quã agiles, quam veloces pedes malè viventium, de quibus hæc ſcriptura: *Pedes eorum ad malum currunt; laſſati ſumus in via iniquitatis.* Nunquid cum rubore noſtro, de nobis verificari poteſt: *Filii hujus ſæculi, prudentiores filiis lucis ſunt, in generatione ſua:* dum videmus, quam illi ſint ſeduli ac diligentes pro rebus terrenis, ac ſervitio mundi, nos autem tam inertes ac ſegnes pro Deo rebusque æternis ac cœleſtibus?

Examinemus jam, quam enormis ſit pigritia illa noſtra & acedia, quæ damna ex illa deriventur, quantisq; pœnis è cœlo fuerit caſtigata. Serpens invidus infernalis, ante omnes, veneno ſuo ſpecialiter inficit Eccleſiaſticos, utpote reperiens in illis majorem diſpoſitionem, conducitque huic propoſito, quædam ex Jeremia Propheta reflexio: Jer. 1. 14. *Ab Aquilone pandetur malum ſuper omnes habitatores terræ*, fortaſſis quia *ab Aquilone venit aurũ*, quod eſt ſcaturigo omnis mali? Minime; ſed vult inſinuare, quod omne peccatũ originem ſuam trahat ab Aquilone, nimirum ex hoc fundamento: *Sedebo in lateribus Aquilonis* Lucifer pulcherrimus ille Angelus, cum ſuis ſequacibus ac adhærentibus, in illo inſtante Angelico, quo cepit ſedere, non cooperabatur donis ac gratiis à com-

muni Creatore ſibi conceſſis: *Diabolus* (ita S. Joannes Chryſoſtomus *Tom. 1. Hom. 57. de pœn. 10.*) *ante hæc* (id eſt antequam deſignaſſet, ſeu reſolviſſet ſedere) *bonus erat, pigritans vero cecidit, tantâque obrutus eſt malitiâ, ut in poſterum non reſurgat.* Non ſolum factus eſt inflexibilis, ac obſtinatus in ſua malitia, verum etiam ex pulcherrimo Angelo Empyrei, transmutatus eſt in horrendiſſimum monſtrum inferni: *Pigritans* &c. Hocque S. Antonio *P. 2. Tr. 9. cap. 14.* ſcribendi dedit occaſionem, fundatam in authoritate S. Bernardi, quod neſciret, quid deberet dicere, an moveri commiſeratione illorum, an vero eorundem ſtultitiam, inſaniamque mirari deberet: *O impudens, ô imprudens præſumptio! millia millium miniſtrant ei, & tu ſedere præſumis?* Jam verò, nonne foret una monſtroſa improportio, ac inæqualitas, quod in cœleſti Hierarchia ſpiritus illi in operando ferveant inſtar ignis: *Qui facis Angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignem urentem*, licet de facto ſint comprehenſores, & nos in Hierarchia Eccleſiaſtica, qui tantum viatores ſumus, maneamus deſidioſi, pigri, ac negligentes?

Audiamus jam mala perniciosiſſima, mali illius vitii; S. Ephræm *de Reconc. Mor.* hoc dicit de

de illo: *Fidei ardorem deprædans, efficiensque, ut voluptatibus, tanquam Dominis ſerviamus.* Quos nam elegit æternus Pontifex ad ſuſtentandam, ac conſervandam fidem? nonne Eccleſiaſticos? Si ergo illi à pigritia ac ſegnitie ſe vinci ſinant, ſi deſides ac otioſi in oſcitante quiete ac ſomnolentia degant, nonne illa multũ patietur, concutietur, tandemque ſenſim ſine ſenſu plane deſolabitur? Duodecim illi panes propoſitionis, qui ſemper in menſa aurea eſſe debebant in conſpectu Domini, omni die renovari debebant, in illum finem, ut ſemper eſſent calidi: *ut ponerentur panes calidi*, 2. *Reg.* 26. *v.* 6. ad denotandum, quod nos, qui ob miniſterium noſtrum ſemper debemus ſtare in conſpectu Dei, ſemper quoque debeamus eſſe fervidi, & ardentes: *Spiritu ferventes, Domino ſervientes.*

Zizania illa quæ malignus ſparſerat ſupra frumenta, juxta expoſitionem Dionyſii Carthuſiani, ſymboli fuerunt Hæreſum, quæ ſeſe tunc maximè dilatant, dum abſentes cuſtodes alto ſopore preſſi, zelantem, vigilantemq; omnem gregis ſui deponunt curam: *Cum autẽ dormirent homines, venit inimicus ejus, & ſuper ſeminavit zizãia:* Matth. 11. 15 *Hæc autẽ dormitio negligentiã ſuperiorum ſignificat, circa cuſtodiã gregis ſui*, dicit S. Hieronymus *ibid.* tempore

illo, quo diſciplina Eccleſiaſtica, in optimo erat vigore. Plane propudioſa fuit fuga illa Apoſtolorum in Gethſemani, dum, *omnes relicto eo aufugerunt*, idque eo amplius quod immediatè ante paſti fuerint pretioſiſſimo Chriſti corpore, ordinati Sacerdotes, ac excitati & animati forti illo nutrimento divinorum verborum ipſius, in ferventiſſima illa, plenaque amore peroratione in ultima cœna; cur ergo illi tanta ſocordia, puſillanimitate, vilitate, ac ingratitudine tali tempore, tantum Magiſtrum deſerunt, pro quo millies debuiſſent, erantque obligati ſuam exponere vitam? In promptu c uſa eſt, nullaque eſt alia quam illa à Chriſto ipſis facta exprobratio; *Sic non potuiſtis nnâ horâ vigilare mecum?* Et quidem ad S. Petrum, tanquam collegii Apoſtolici caput ſingulariter directa fuit illa opprobratio: *Simon dormis? ſequebatur eum à longè &c. calefaciens ſe &c.* omnia evidentia indicia teporis, remiſſique fervoris illius, quo parum antea aſſeruerat: *Etiamſi oportuerit me mori tecum, non te negabo.* Quam autem mirabilis mutatio, tam cito à tepore hoc labi in negationem, ac perjurium! Si fides adhibenda ſit Hugoni à S. Victore: *Hom. 2. de erud.* nulla alia tam præcipitis ruinæ Judæ proditoris cauſa fuit, quam una inconſidera-

tanc-

ta negligentia, ſegnities quædam: *Itaque Judam in baratrum nequitiæ præcipitavit, neglecta minimorum cautio.* Tunc totaliter Dæmon ipſum egit præcipitem, dum characterem accepit ſacerdotalem, ad inſinuandum, quam grave ac nocivum ſit illud vitium, dum aſſociatum reperitur characteri ſacro.

Non poſſum hic præterire pulcherrimam illam ſancti Joannis Chryſoſtomi Antitheſim, affabrè propoſito noſtro congruentem: Ecce Adam, dicit ſanctus ille, *Hom. 2. ad popul.* ante tranſgreſſionem, terreſtris quodammodo erat Deus: terra nullo ipſius perfuſa ſudore, nullo culta labore abundantiſſimos illi proferebat fructus, placidiſſima gaudebat quiete, faſtidioſa nulla movebatur cogitatione, nullâ moleſtâ angebatur curâ, ſed in ſumma recreatione, pacatiſſimoque mentis ſtatu, amœniſſimo illo fruebatur loco, non ſolum non ſentiens incommoda, ſed etiam ignorans nomen laboris aut fatigationis: ſed quid inde ſecutum eſt? *Quando illaborioſam vitam degebat Adam, Paradiſo excidit.* Ecce ab alio latere Divum Paulum feſſum, defatigatum, ſollicitum, quodammodo abſque reſpiratione, ut ſuccurat provinciis, juvet animas, inſtruat indoctos, confirmet inſtructos, totum-

que

que mundum trahat ad Chriſtum,idq; abſq; reſpectu hominum, timore tyrannorum,tormentorumve barbarorum,abſq; horrore carceris,catenarum,vinculorum,imo & millenarum mortium. Sed quid inde? *Quando laborioſam Paulus agebat vitam,in labore & ærumna,nocte & die operans,tunc in paradiſum raptus eſt,& tertiũ in cœlum aſcendit.* Formemus jam argumentum: Ergo illi qui ſunt incurii, deſides, otioſi, plicatasq; manus cingulo apponunt,qui immerſi ſunt delitiis,deſidia languent,non aſcendent cũ Paulo ad cœlum, ſed cum Adamo cadent in præcipitium,luentque cum Lucifero ſegnitiei ſuæ pœnas in Inferno. *Proverb.20.v.4.* *Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo æſtate*, eſt oraculum ſpiritus ſancti,cui magnus aliquis Eccleſiaſticus hanc addit interpretationem: *Id eſt, noluit Deo ſervire in agro, vel in vinea Eccleſiæ,mendicabit ergo æſtate,in die judicii.* Certè,in tremendo illo judicii die otium,quies,commoditas mutabuntur in ſpinas acutiſſimas, quæ corda negligentium Eccleſiaſticorum crudeliſſimè affligent ac cruciabunt, dum contra ſe audient fulminari: *Quantum in deliciis fuit,tantum illi date tormentum & luctum.* *Apoc.1.v.16.* Qui ad tantum tonitru,ad voces tam horrendi

das non expergiſcitur, ut ſe emendet, non dormit, ſed mortuus eſt.

## Caput Dnodecimum.

*Neglectus divini officii, proprii in ſpiritu profectûs, & curæ animarum, ad æternam mortem condemnat Eccleſiaſticos.*

INnumerabiles ſunt recalcitrantis humani genii prævaricationes, ſcelera multiplicia, immenſa peccata, aſt inter hæc omnia (ex ſenſu S. Joannis Chryſoſtomi) nulla graviora, nulla Dei iram magis irritantia, quam illa, quæ ab impiis Sacerdotibus committuntur, qui dum honorem Dei promovere, ac ſanctæ Eccleſiæ dignitatẽ ac reſpectũ tueri, ac augere deberent, conformiter ipſorũ vocationi, illum proſtituunt, hanc inordinatâ conſpurcant: *Nulla re Deus magis offenditur, quam quod indigni, & peccatores Sacerdotes, dignitate præfulgeant.* *Hom.* 14. *in Mat.* Si culpæ correſpondeat, acæquetur pœna, (uti decet & debet) quis mirabitur, ſi nos præ reliquis aliis ſeverius judicemur, acrius puniamur? *In judicio Dei, ignis æterni tormenta ſuſtinebit, qui Eccle-*

*ſiaſtica*

*ſiaſtica decreta neglexerit*, monet ſeriò S. Clemens Papa, *Ep.* 1. eſtq; proinde in miniſtris ſacris peccatū graviſſimū, neglectus punctualis obſervantiæ eorum, quæ ad munus eorum ſpectant. *Cum autem dormirent homines, venit inimicus homo, & ſuperſeminavit zizania in medio tritici*, *Matth.* 13. v. 25. quam primū dormiunt agricolæ, ſtatim Dæmon vigilat, eſtq; paratus, ut bona ſemina zizaniis, lolioq; permiſceat; ita quoque mox, ut ſacerdotes, deſtinati â magno, ac ſupremo Patrefamilias operarii, ac cuſtodes ſuæ vineæ, S. Eccleſiæ, langeſcere incipiunt, ac dormitare, quam primum deſidioſæ ſe dare quieti, curam ſibi commiſſam aut obiter, ac perfunctorie, peragere planeve negligere incipiunt, ac pernicioſa diſſimulatione oculos quaſi claudunt, è vextigio adeſt Dæmon, introducitque abuſus, ſeminat corruptelas, ac quævis bene ſata confundit: Hæc ratio eſt, cur in horto dormientibus omnibus, ſolus Petrus ſpecialem retulerit reprehenſionem: *Simon dormis?* ut intelligamus, quod, qui à Chriſto deſtinati ſunt gregis ſui paſtores, qualis erat Petrus, non debeāt ſeſe dedere, aut mancipare inerti otio, aut deſidi pigritiæ. S. Ambroſius ſuper illa Divi Pauli verba, 1. *Rom.* 12. *Sollicitudine non pigri*, addit alia Jeremiæ Prophetæ, qui dicit: *Male-*

*dictus,*

*dictus, qui facit opus Dei fraudulenter*, quod ille legit, *negligenter*; & alibi ſcribit: *idem in Pſ.118. Piger enim in converſatione Divina ſine ſpe eſt.* Formidabilius autem in alio loco inclamat: *Negligentes Deus deſerere conſuevit.*

Res valde iniqua ac præpoſtera eſt, quod ubi mundani homines pro ſuis delictis, ac exceſſibus, per nos, noſtraſque orationes divinū numen repropitiare volunt, ad quod non ſolum ex lege Charitatis, ſed etiam juſtitiæ obligamur, ipſimet per peccata noſtra in Dei reperiamur diſgratia, cujus divinam juſtitiam, ſceleribus ac negligentiis noſtris exacerbavimus, quis ergo erit qui ſe interponet, quis offenſum placabit Deum? Fuit hoc argumentum Heli, dum ob ſacri miniſterii profanationem ſuos reprehendit filios: *Si peccaverit vir in virum, placari ei poteſt Deus, ſi autem in Dominum peccaverit vir, quis orabit pro eo? Si peccaverit populus, orabit pro eo Sacerdos* (inquit S. Auguſtinus *in Pſ.36*) *Si autem Sacerdos peccaverit, quis orabit pro eo?* Fecerant filii Heli, prout omnibus notum eſt, peſſima quæque, quæ à perverſis ſacrilegiſque Sacerdotibus accidere ſolent, de quibus ſcripſit Oleaſter in caput 20. Numerorum: *Mirum valde eſt non poſſe Sacerdotem Deum, quem omnibus aliis placabat, ſibi propitium reddere; quæ tu Sacerdos*

*cerdos quæſo expende, ut ſcias quanto difficilius Sacerdotibus, quam aliis Dominus peccata condonet.* Verè formidabilis eſt revelatio iſtud Chriſto facta S. Brigittæ, *Lib.1. c.47.* ex qua eruere poſſumus, clarèque intelligere, quam Deo ſit abominabilis pravorum Sacerdotum oratio: *Nunc dico tibi judicium eorum; horum judicium eſt maledictio: Maledictus ſit cibus & potus eorum, qui intrat in os eorum, qui paſcit corpus in cibum vermium, & animam ad infernum: Maledictum ſit corpus eorum quod reſurgit in inferno, ſine fine arſurum.* Poſſumusne credere, tanta maledictionum plauſtra fuiſſe exaudita? Obſervo, Apoſtolum ſcribendo Hebræis, *cap.7. v.7.* dixiſſe, Chriſtum orantem in Golgotha, exauditum fuiſſe à ſuo æterno Patre: *Cum clamore valido, & lachrymis exauditus eſt pro ſua reverentia.* Hiſce omnibus, atq; primâ ſuâ ſupplicâ, quam porrexit, veniam petivit pro iis qui morti ipſi crucisq; patibulo condemnaverant, allegans pro motivo, *non enim ſciunt quid faciunt;* nec tamen accepit reſcriptum, reſponſum propitium, ſiquidem populus ille in pœnam hujus ſui delicti abductus eſt in ſervitutē, diſperſusque per omnes totius orbis nationes, cunctorum irriſui ludibrioq; expoſitus, ac majori parte exterminatus. Ratio hujus p-

ti

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

teſt reddi, quia ſummi Sacerdotes concitave-rant contra illum populum, ſæpiusque ſuis in conciliabulis mortem ipſi machinati fuerant, idque non per ignorantiam, prout in alio loco manifeſtat ipſemet Chriſtus: Ioan. 15. v. 22. *Si non veniſſem & locutus fuiſſem eis, peccatum non haberent; nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo.* Quia ergo peccaverant ex mera, puraque malitia, facti ſunt inexcuſabiles, indignique, pro quibus Chriſti preces, licet profuſis lachrymis oblatæ, pro illorum venia ac remiſſione, ab æterno Patre acceptarentur.

Unum aliud motivum, ad nos ad diligentiam, in muneribus noſtris ac functionibus excitandum, eſt bene conſiderare, accuratèque perpendere, quod coram inappellabili ſtrictiſſimoq; æterni Judicis tribunali, non ſolum de noſtris, ſed etiam de omnibus aliis, quæ culpâ noſtrâ perierunt, animabus, rigidam exactamque rationem ſimus reddituri: *Quid miſeris illis dixeris, qui ſe conjiciunt in tantam abyſſum ſuppliciorum?* (deplorat S. Chryſoſtomus, Hom. 34. ad Hebr.) *Omnium, quos regis, virorum ac mulierum, & puerorum, à te reddenda eſt ratio. Tanto igni caput tuum ſubjicis? Miror an fieri poſſit, an aliquis ex rectoribus ſit ſalvus;* Nonne magna, nonne tremenda

menda ſunt hæc, quæ à tam ſancto, tam docto, tam experto viro, quique in Eccleſia plenam fidem facit, dicuntur? Et illud ipſum quoque confirmatur à ſancto Iſidoro *lib. 3 ſentent. Pro populorum iniquitate damnantur* (loquitur de ſacerdotibus, & in particulari de iis, qui curam habent animarum) *ſi eos aut ignorantes non erudiant, aut peccantes non corrigant, teſtante Domino apud Prophetam: Speculatorem dedi te domui Iſrael: Si non fueris locutus, ut ſe cuſtodiat impius à via ſua mala; ille in iniquitate ſua morietur, ſanguinem autem ejus de manu tua requiram.* Plures, ut ſe ſubtrahant labori ac moleſtiæ, quam habet annexa cura animarum, unum alium ſubſtituunt, quem pro tali officio capacem idoneumque judicant, verùm non reflectunt ſe ad graviſſima verba, pronuntiata ab illo, qui ſeveriſſimus judex noſter futurus eſt: *De manu tua ſanguinem eorum requiram.* Oza etiam ſubtraxit ſe labori portandi ſupra proprios humeros Arcam commiſitque ferendam duobus juvencis, ſed quid contigit: *Calcitrabant boves, bos quippe laſciviens inclinabat eam,* fuitq; hoc modo ob imperitiam ac ferociam indomitorum boum in viciniſſimo lapſus periculo; nihilominus tamen, non ſuper petulca animalia, ſed ſu-

pra Ozam repentina de cœlo ſupervenit pœna, dum ſubitanea, morte extinctus eſt, unde dicit S. Hieronymus: *Ep.* 48. *ad Sab.* *Oza Levites Arcam Domini, quam portare ipſe debuerat, quaſi ruentem ſuſtentare voluit, & percuſſus eſt*; ut intelligamus, quod ſi fortè per Miniſtros ſubſtitutos, licentioſos, ignorantes, ſua coṁoda quærentes, laboris ac curarũ impatientes, periclitentur animæ, fulminaturum nihilominus Deum ſupra Rectores ipſos, principales ac primarios, graviſſimas pœnas ſuas. Obſtupuit olim S. Auguſtinus, *lib.* 50. *hom.* 7. videns jubilum ac lætitiam alicujus, qui ad curam animarum erat promotus, eique dixit: *In gravi periculo eſſe cognoſcitis, ſi enim pro ſe unusquisque in die judicii vix poterit rationem reddere, quid de ſacerdotibus futurum eſt, à quibus ſunt omnium animæ requirendæ?* Quis inſanum aut mente captum non judicaret illum, ſimulque ei optimo cum fundamento prædicere ac prognoſticare poſſet mortem miſerrimam tetro in carcere obeundam, qui lætus ac feſtivus congratulationes reciperet, eo quod ſpopondiſſet, fidemque ſuam interpoſuiſſet, pro mille, decies mille perſonis, etiam pro integro populo, circa quas omnes & ſingulas, debito ſuo muneri, ac obligationi

vel-

vellet ſatisfacere ? Sane hujuſcemodi eſt ſponſio ac fidejuſſio illius, qui in ſe ſumit curam animarum, proindeque temeritatem illam deteſtatur S. Gregorius, ſequentibus verbis: *Hom. 10. in Ezechiel. cap. 13. Super ea mala, quæ propria habemus, alienas mortes addimus, quia tot occidimus, quot ad mortem ire quotidie tepidi & jacentes videmus.*

Præter hæc obſervanda eſt doctrina aliqua maximè neceſſaria, ac punctum aliquod ſummi momenti, in quo ceſpitaverunt interdum aliqui, graviſſimèque hallucinati ſunt, qui ſibi probi ac virtuoſi eſſe videbantur, eſtque hoc, quod non ſufficiat, eſſe exemplarem, orationi deditum, ſolitudinis amatorem, abſtractum à proprio commodo; humilem, continentem, ſobrium, ſi alias per incuriam aut negligentiam pereant animæ, curæ alicujus aut gubernationi commiſſæ; hoc dicit S. Proſper: *Lib. 1. c. 20. de vit. conten. pl. Certum quod ei ſua juſtitia nihil ſuffragatur, de cujus manu anima pereuntis exigitur. Illi, cui diſpenſatio verbi commiſſa eſt, etiamſi ſanctè vivat, & tamen perditè viventes arguere, aut erubeſcat, aut metuat, cum omnibus, qui eo tacente perierunt, perit; & quid ei proderit non puniri ſuo, ſi puniendus eſt alieno peccato?* Hanc eandem plane doctrinam prædicat S. Joannes

Chry-

Chryſoſtomus: *Hom.86. Tu rem tuam curas, quam ſi bene ordinaveris, nulla tibi alia ſollicitudo impendet: Sacerdos, ſi vitam ſuam diſpoſuerit, tuam autem nō diligenter curaverit, cum impiis in gehennam detrudetur, & non nunquā, nō ſuis actionibus, ſed tuis damnatur, niſi omnia, quæ ad te ſpectant, efficiat.*

## Caput Decimum Tertium.

*Deteſtabilis eſt Eccleſiaſticorum ignorantia, hinc demonſtratur ſummè illis eſſe neceſſariam ſcientiam ſacram.*

LAmentabatur olim, acerbèq; deplorabat S. Laurentius Juſtinianus *de ſpir. animæ inter.* Eccleſiaſticorum ignorantiam, tanquam ſummè propudioſam S. Eccleſiæ: *Nonne Eccleſiæ quoddam eſt dedecus, inſcium videre Presbyterum, cui utiq; congruit erudire populum, & ad ſe confluentibus monita propinare ſalutis?* Quæ autem major deformitas quā videre in Eccleſia ſacerdotem, occupantem locum Magiſtri ac Doctoris in populo, qui tamen totus ignorans eſt? Tam neceſſaria ſacerdoti eſt ſacra doctrina, ut S. Hieronymus *In cap. 2. Aggæi*, talem ſacerdotis nomine indignum judicet, qui illa caret: *Si ſacerdos eſt, ſciat legem*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Domini; ſi ignorat legem, ipſe ſe arguit non eſſe Domini ſacerdotem; ſacerdotis enim eſt ſcire legem, & ad interrogationem reſpondere de lege.* Hinc eſt quod in Synodo Romana ſcriptum fuerit ad Clerum Conſtantinopolitanum: *Diſt.38. ex Ep.23. S. Leonis. Si vix in laicis tolerabilis videtur inſcitia, quanto magis in eis qui præſunt? Nec excuſatione eſt digna, nec venia.* Singularem meretur reflexionē pro hoc propoſito, illa cœleſtis Magiſtri Sancto Petro facta exprobratio: *Matth.16. v.23. Vade poſt me Satana, ſcandalum es mihi;* hæcque tam acria dicta ſunt ad unum quem ex toto humano genere elegerat ad ſtabiliendam ſuam Eccleſiam, ad debellandas portas infernales, & huic datur nomen Satanæ? In eodem capitulo, paulò ante ipſum vocaverat Beatum: *Beatus es Simon,* & jam refert titulum Diaboli? Certè, de ipſo ſuo proditore nihil ejus dixit, cum jam factus eſſet dux eorum, qui ipſum morti erant tradituri: *unus ex vobis Diabolus eſt;* Petrus autem ob hoc ſolum reprehenditur, quia ex mero amoris motivo, quo erga ſuum ferebatur Magiſtrum, morti ipſum ſubtrahere volebat: Reſpondet difficultati huic Baſilius Epiſcopus Seleucienſis: *Petrus amoris fert contumeliam, ex ignorantia offendens, verbis vapulat:* Imo & textus ip-

ca-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cauſam genuinam exprimit : *Quia non ſapis ea quæ Dei ſunt, ſed ea quæ hominum*; ſummènamque erat inconveniens, quod is, qui paulo ante electus fuerat paſtor ovilis Chriſti, inſtructus non eſſet doctrinâ ſacrâ : *Non ſapis ea quæ ſunt.* Glorioſè militaverat in exercitu Imperatoris Nepotianus, cum tandem ex ſuaſu Avunculi ſui Epiſcopi Eliodori, ſe tranſtulit ad caſtra Clericalia : cognoſcens ſtatim utriuſque militiæ differentiam (ſicuti & alibi tetigimus) totum ſeſe dedit divino cultui, ſtuduitque ut ſummo cum decore, ac ſplendore omnia in ſacris peragerentur : in pietatis ac devotionis exercitiis erat aſſiduus, ac ſpecialiter oratiōi incumbebat continuus; & tamen per hæc omnia, ſpirituali ſuo directori S. Hieronymo non ſatisfaciebat, monuitque ipſum in una ſua epiſtola 2. *ad Nepot.* hiſce formalibus: *Diſce, quod doceas eum, qui ſecundum doctrinam eſt fidelem ſermonem, ut poſſis exhortari in doctrina ſana*: notum eſt enim omnibus illud Malachiæ oraculum: *Labia Sacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent de ore ejus*; *c.2. v.7.* Ideo non abſque myſterio ordinavit Deus in Rationali ſummi Sacerdotis exarari verba iſta : *Doctrina & veritas*, optimèque advertit S. Hieronymus in Malachiam, quod, *idcirco in ſacerdotis pe-*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ctore Rationale eſt; in Rationali doctrina & ve-*
*ritas ut diſcamus ſacerdotem, doctũ eſſe debe-*
S. Ignatius Lojola in ætate ſatis provecta D
ſeſe conſecraverat, cumq; militiæ, ac vitæ
licæ totus fuiſſet deditus, ſtudiis parum in
buerat, atq; ideo, licet ſum̃o ſuo cum rubo
ita ut etiam digitis monſtraretur, non de
ctavit publicas frequentare ſcholas, ac in
rili ætate prima diſcere rudimenta, quæ ali
lent ſcire ac callere in pueritia: Dum e
fundare debebat Societatem, in qua, tanq
in elevato quodam ſidere ſplendere deb
cum pari ſanctimonia ac pietate, doctrin
ſcientia, ut foret ornamentum Cleri, decu
cerdotalis dignitatis, ac promptuarium c
ſtianæ eruditionis; Sanctus ille, dico, nec
rium ſibi duxit adhibere litterarũ ſtudia,
obſtante quod jam egregium feciſſet prog
ſum in libro crucifixi, optimè gnarus, non
nus Eccleſiæ fore neceſſariam, ad hoſtiu
adverſariorum retundendos impetus, co
riosq; incurſus, ſanctitatẽ quam doctrin
Verum quidem eſt, Chriſtũ ad fundand E
cleſiam ſuam, elegiſſe idiotas, rudes miſſ
piſcatores, aſt iterum verum quoq; eſt, q
quamprimũ illi fuerunt deſtinati, ut Evan
liũ prædicando divulgarent, ipſis infuſam
ſpiritum ſanctum omnis veritatis adpr
ſerit ſcientiã; *Cũ venerit ille, vos docebit om*

*Joan.14.v.26.* dumq; Apoſtoli ſolliciti eſſent, ut in locum proditoris Judæ alius eligeretur ac ſubſtitueretur Apoſtolus, hacq; in electione concurrerent Barſabas, qui triũ Apoſtolorum erat frater, & per Antonomaſiã dicebatur juſtus, & Matthias, hic alteri prælatus fuit, cujus causã ſimul & myſteriũ pandit S. Antoninus: *Ab Apoſtolis Matthiã doctũ eligi, ad inſinuandũ poſteris Rectoribus Eccleſiarũ, quod periti viri, nõ idiotæ ſunt ad Clerũ, & ad regimẽ animarũ aſſumendi.* Debet ergo unusquiſq; ſeſe reflectere, quẽ in finẽ à Deo aſſumptus ſit, ac præ reliquis electus tanta cũ gloria, ad intimã, ac ſecretiorẽ domus ipſius aulæq; familiã: *Non ad multiplicandũ numerũ familiæ* (ſunt verba Petri Blesenſis, *Ep.15.*) *aut equorũ, nõ ad dandas parẽtibus dignitates, ſed ad dandã ſciẽtiã ſalutis plebi ejus.*

Doctrina illa, illud lumẽ ſcientiæ ſacræ, pro duce nobis ſervire debet, ut ſecure deducamus animas, per horridas vitæ illius tenebras. *Illuminare his, qui in tẽbris & in umbra mortis ſedẽt, ad dirigẽdos pedes noſtros. Nõ debet errare, qui eligitur viã errantibus demõſtrare*, ſcripſit *S. Gregorius Lib.7. Reg. indo.3. Ep.100.* Non abſq; ratione exprobraverit quis Sacerdoti idiotæ; *Nomen habes quod vivas, & mortuus es,* dum ſcientia (ut ita dicam) quaſi anima Sacerdotis eſt, ipſeque *Presbyter à ſapientia* denominatur ut notat S. Iſidorus: *De offic. Eccl. Lib.2. cap.7.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ergo, concludit idem Sanctus, *ſi Presbyteri à ſapientia nominantur, miror cur inſipientes conſtituantur.* Inter reliquas ordinationes à DEO Moyſi præſcriptas *Exod. 25. verſ. 18.* circa diſpoſitionem Tabernaculi, hæc una fuit: *Duos quoque Cherubim facies, ex utraq; parte oraculi.* Quænam cauſa fuit, aut ratio, ob quam ad ornatum hunc potius electi fuerint Cherubini, non autem Throni, Principatus, vel etiam Seraphini? Reſpondeo, per illos præfiguratos fuiſſe Eccleſiaſticos, qui ad cuſtodiam Paradiſi poſiti ſunt, dum illis ejuſdem conſignata commiſſaq; eſt clavis. Quomodo ergo illi, ut ſubſiſtant, non debent eſſe angeli per puritatem, per firmam in divino cultu ſubſiſtentiam, per benignitatem ac beneficentiam, per contemplationem? ſed ſuper hæc omnia, quomodo non debent eſſe ſcientiâ, ſapientiâque Cherubinorum inſtar, præditi, quos alii tanquam oracula auſcultent, in deciſionibus caſuum conſcientiæ, exhortationibus ſpiritualibus, conſiliis, prædicatione Evangelii, confutatione errorum, & inſtructione ignorantium? Ideo advertendum eſt, in Diœceſibus bene ordinatis, conſtituta eſſe ac fundata collegia & ſeminaria, in quibus doceantur ac prælegantur variæ, maximèque utiles ſcientiæ, qui ſervent diſputationes, fre-

quen-

quentent Academias, omnique cura ſtudeant à Clero profligare tenebras ignorantiæ, utpote à quo dependet lux, ſalus, bonaque directio animarum. Experientia monſtrat in omni facultate ſeu arte, ſive Juridica, ſive Medica, ſive Militari, aut quavis alia, ſemper eligi eos, qui majori polleant ſcientiâ ac doctrina, tractant enim illæ de ſalute corporali, de bonis temporalibus, ac utilitate publica, quanto ergo magis doctos ac expertos requirere debemus, pro animarum regimine, pro cultu divino, pro conſervanda, ac propaganda Religione, pro recta diſciplina in populo, quæ omnia ſummi momenti negotia ſunt, quæ in Eccleſia, ac Chriſtianiſmo reperiri poſſunt? Non minus quoque malè viventes ac ſcandaloſi ab ordinibus ſacris arceri debent, quàm ignorantes, & idiotæ, ſiquidem, *illi exemplis ſuis vitam bonorum corrumpunt, iſti ſua ignaviâ iniquos corrigere neſciunt*, eſtque hæc fortiſſima ratio S. Iſidori. *Lib. 3. ſen. c. 35.* Non vacat myſterio cæremonia illa in Eccleſia Dei, qua in ſacro poſt ſolemniter decantatum Evangelium apertus liber ſacrificanti Sacerdoti porrigitur oſculandus, ſed per hoc intendit, juxta mentem S. Bonaventuræ, *in Pſ. 56.* ſignificare, ſacerdotibus, ac miniſtris Altaris ſacrã Scripturam debere eſſe patulam, apertam, ac obviam:

*Liber ſignificat ſacram Scripturã, quæ debet eſſe aperta ſacerdotibus*: Poſtquã Apoſtoli conſecrati fuerunt Sacerdotes, nó caſu aut fortuito dixit illis cœleſtis Magiſter; *Scitis, quid fecerim vobis?* Notatu dignũ eſt verbũ illud *ſcitis*; Exhortatus illos fuerat prolixo ſermone, adpromiſeratq; adventũ Spiritus ſancti, qui tanquã Magiſter ipſorum, eos foret inſtructurus de cunctis neceſſariis: *Ille vos docebit omnia*; vix à mortuis reſurrexerat, cum in itinere in Emaus dedocet duos diſcipulos ſuũ erroré, eoſque in ſacræ intelligétia ſcripturæ inſtruit, quáS Ambroſius *Lib. 3. de fide c. 7.* vocat; *Librũ Sacerdotalé*, & per 40. dies, in diverſis apparitionibus eos catechizavit de myſterio Regni Dei, ac Eccleſiæ: Dumque ipſemet ſternere, ac confundere vellet Luciferũ, S. Scripturæ armis uſus eſt, ut ſuo hoc exemplo hanc nobis relinqueret doctrinã, quod *Clericorũ arma ad debellanda vitia, atq; aëreas poteſtates, Divina eſt Lex*, prout advertit S. Laurentius Juſtinianus. *ibidem.*

Quis credat? Calamitatem, miſeriam, populiq; diſſolutioné derivari, originemq; trahere à noſtra ignorantia? *Propterea captivus ductus eſt populus meus, quia non habuit ſcientiã*, legimus in Iſaia, *c. 5. v. 13.* Per nihil aliud magis in urbibus, vicis, ac cōmunitatibus multiplicantur abuſus, ac invaleſcunt ſcelera, quam quia ſacerdo-

ſacerdotes in pulpitis contra vitia non exardeſcunt, ac ſimplicibus & rudioribus Religionis noſtræ dogmata, ac ſacramenta non explanant: *Maledictũ, & mendacium, & homicidiũ, & furtum, & adulteriũ inundaverunt; propter hoc lugebit omnis terra, & infirmabitur omnis, qui habitat in ea*, hujusq; rationem ſubjungit Propheta Oſeas, *cap.* 4 *non eſt ſcientia Dei in terra*, loquiturq; Propheta de ignorantia Sacerdotum, in cujus pœnam paulo infra dicit, Deum illos rejeciſſe à ſacro ſuo munere ſacerdotali: *Quia tu ſcientiam repuliſti, repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi.* Non ſine myſterio exponit hoc Gloſſa interlinearis, Scientiã Domini, ut ſciremus Deũ ſuis in miniſtris non expetere vanam aliquam, inutilem, planèq; prophanam ſcientiam, ſed ſolidam, ſacram, totam Divinã: hinc fit, quod plures, vivaci pollentes ingenio, pluribusq; à Deo ditati talẽtis, abducantur ad captandã vanã in Academia Parnaſſi aurã, aut vulgi in theatris ac ſcœnis aucupandũ applauſũ, qui in pulpitis ac cathedris, quæ ſcholæ Chriſti ſunt, inſtruere debebant populũ, ac docere fidei noſtræ veritatem, ſimulque praxim ejuſdem, quid facere, quid evitare teneantur; hocq; eſt, ut credo, quod S. Auguſtinus *Ep.* 41. hac ſimilitudine iñuendo exprobrare voluit: *Si calicẽ aureũ invenires in terra, donares illũ Eccleſiæ Dei, accepiſti à Deo ingeniũ*

 *ſpiri-*

*ſpiritualiter aureum, & miniſtras inde libidinibus, & in illo Satanæ propinas teipſum* : Quot, quantosq; videmus electos, deputatos ac cõſecratos Eccleſiæ ad promovendum cultum honoremque Dei, ad extirpanda vitia, inſerendas virtutes, & in timore Dei inſtruendos fideles, huncque in finem largiter proviſos redditibus beneficialibus, totos ſeſe impendentes, abſque ullo ſuæ dignitatis, ſtatusve ac conditionis reſpectu, in componendis vanis ac inutilibus tractatibus, &, quod pejus eſt, ingenio ſuo abutentes ſæpius ad ea quæ bonis moribus ſunt contraria, & quandoque ſcandaloſa: habent, quod timeant tales æternam reprobationem, ſiquidem verbum illud, *repellam te*, etiam intelligi poteſt de expulſione ex cœlo. Utitur hoc in propoſito Albertus Magnus *ibid.* exemplo filiorum Heli: *Filii Heli. filii Belial, neſcientes Dominum, & officium Sacerdotum ad populum, & hoc eſt quod ſequitur, repellam te*, illique, prout dictum eſt, improviſa morte occubuerunt, cum evidente æternæ damnationis ſigno. Dionyſius Carthuſianus ſuper citatum Oſeæ textum ſcribit: *Sacerdotes de tribu Levi in Regno Juda meruerunt, Sacerdotium peccare, & à Chaldæis vaſtari, quoniam doctrinam Prophetarum repulerunt*: ergo (ex hiſce præmiſſis, & pluribus

ali-

aliis ſupra quæ prætermitto, deduco hanc conſequentiam) *quantò magis Sacerdotibus Evangelicæ legis congruit ſcientia?*

## Caput Decimum Quartum.

*Agitur de peccato Omiſſionis, ſummè pernicioſo in Eccleſia, & graviſſimo in Eccleſiaſticis.*

OMni viâ modoque ſtudet antiquus infernalis ſerpens, nos inficere peccatis omiſſionis, optimè ſciens illa parum adverti, ac proinde minus quoque caveri, ex quo tandem ſequitur irreparabile damnum noſtrum, ſummumq; diſciplinæ Eccleſiaſticæ diſpendium: *Tigna domorum noſtrarũ cedrina*, dicit ſponſa in Canticis *c*.1.*v*.1. quæ figura fuit Eccleſiæ; nihilominus cedrinæ iſtæ trabes putrefient, ſi per negligentiam noſtram non arceatur, ac avertatur aqua cadentis ſtillicidii: *In pigritiis humiliabitur contignatio, & in infirmitate manuum perſtillabit domus*, ita ſcriptum repetimus in Eccleſiaſte, *c*.10. *v*.20. quæ verba magnus Hugo Purpuratus explicans in ſenſu myſtico, confundens, ac redarguens præteritas noſtras negligentias, inſigne pro futura



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cautela ſubminiſtrat documentum : *Domus eſt Eccleſia; contignatio, quæ ſummum locum in ædificio domus obtinet, clauſtralis vitæ eminentiam, aut Cleri altitudinem ſignificat; ſed utraq; contignatio pigritiâ Prælatorum, vel etiam propriâ, penè corruit.* Si exigua una perſtillatio fuiſſet reparata: id eſt, ſi ſuis in germinibus ac principiis ſuppreſſi fuiſſent abuſus, ac ſublata, cum modeſtia aliqua; ac moderamine ſcandala, non tam latè potuiſſent ſerpere, ſæpiſſimeque conniventia ac diſſimulatio levis culpæ in initio, integras civitates ac populos in ruinas irreparabiles egit præcipites.

*—— Qui parvis obvius ibit;*
*Is nunquam præceps ſcelera in graviora feretur. Naz. c. 3. ad virg.*

Hoc erat, quod acerbiſſimas lachrymas elicuit ex oculis Prælati zelantiſſimi, Ivonis Epiſcopi Carnotenſis, qui impatiens quodammodo, nec amplius videre ſuſtinens tot tantorumq; animarum periculum, ex pura Paſtorum negligentia, omiſſione, ac deſidia, reſolvit ſuffragium petere à ſuo calamo, ſuumque lenire dolorem, informando Paſchalem Secundum, tunc temporis Caput Eccleſiæ quatenus tam evidenti damno, maloque

tam

tam præſentaneo, opem ac medelam ferre dignaretur, *Ep.* 53. *Quoniam apud nos quotidie videmus Eccleſiam ruentem, & nullam, aut penè nullam manum erigentem, Charitas CHRISTI urget nos, ut dolorem cordis noſtri, quo pro morte, & morbis ovium Chriſti eructamur, Paternitati veſtræ revelemus, intereſt enim capiti, membrorum imbecillitatibus providere.* Hoc unum ſcio, quod Sacerdos in æternum Chriſtus monuerit, malignum advigilare ſemper, ut ad unius aut alterius ſomnolentiam aut oſcitantiam ſpargere poſſit ac ſeminare ſua zizania.

Refert R. P. Franciſcus Eſcriva, in libro ſuo de variis hominum ſtatibus, idiomate Hiſpanico impreſſo, quod dum in Hiſpaniis adeſſet cuidam Epiſcopo, hicque dixiſſet, ſe non habere ullum conſcientiæ remorſum, circa ea, quæ manus, officiumque ſuum concernerent, Patrem eundem replicaſſe: *Scio fuiſſe Epiſcopos, qui magis timebant, erantque ſolliciti de omiſſionibus, quam commiſſionibus.* Tacuit ad hæc aliquamdiu Bonus Prælatus, dumque ſe, ſuper auditis nonnihil reflexiſſet, diſcurſum habitum repetendo dixit: *Habes cauſam, imo verè habes cauſam, Reverende Pater, hæc dicendi: multa & gravia poſſunt eſſe peccata*

*omiſſionis alicujus Epiſcopi: dum enim ſomnolenter ſuum facit officium, venit Diabolus,* & *in agro Eccleſiæ ſibi commiſſæ, ſeminat zizania.* Nihil amplius ſtudet deſideratque inimicus, quam ut Prælatum, aliosque animarum habentes curam, in ſoporem agat, ſcit enim, vigilantibus illis, fraudes ſuas ac technas nullum ſortiri effectum, cuncta in caſſum cadere, ac quidquid prætendit, eludi: *Scit Rex Aſſyrius, non poſſe ſe oves decipere* (moraliter intelligit Dæmonem) *niſi paſtores antea conſopierit,* ſcripſit S. Hieronymus ſuper caput quartum Nahum. Propterea non ſufficiebat Apoſtolo inculcare iis, qui curam animarum gerunt, ut vigilarent, idque exprimere per ſimplex verbum *Heb.* 13. *v.* 17. *vigilant*, ſed verbum compoſitum adhibuit, magis expreſſivum oneris, ac periculi imminentis, dixitque, *pervigilant. Speculatorem dedi te domui Iſrael*, dixit olim DEUS Ezechieli ſacerdoti, *cap.* 3. *v.* 17. de quibus verbis, alibi ſæpius fuimus locuti. Nõ absq; myſterio Eccleſia hæc militans nominatur, nã ſicut in arte militari omnis error omiſſionis poteſt eſſe adeo damnoſus, ita ut ex aliqua negligentia in regimine commiſſa, ſæpius oriatur detrimentum irreparabile. Qui in alta turre eſt conſtitutus, ut vigilet,

ho-

hoſtemque obſervet, ſi is dormiat, ſi negligens ſit, ſi ſuum non adimpleat officium, nunquid poteſt eſſe cauſa perditionis, ac traditionis fortiſſimæ alicujus arcis ac munitionis, & integri populi ruinæ? Nunquid perditio, ac everſio Iſraelis à Deo apud Iſaiam adſcribitur negligentiæ ac oſcitantiæ Sacerdotum? *cap. 56. v. 10. Speculatores cæci omnes.* Additque Propheta immediatè poſt unam aliam ſimilitudinem, non minus huic noſtræ materiæ aptam ac accommodam: *Canes muti non valentes latrare, dormientes, & amantes ſomnia.* Si canes paſtorales gregis cuſtodiæ deſtinati dormiant, aut ſeſe blanditiis, aut ob bona pinguiaque fruſta ſeu bolos ſinant ſeduci, ſtatim latrones furantur, lupi rapiunt ac vorant, totusque grex diſpergitur: ita quoque contingit in ovili Chriſti; ſi enim Eccleſiaſtici ſe permittant trahi ac excœcari, à proprio intereſſe ac commodo, ſi gratiam ac favorem Magnatum aucupent, ſi debitam intermittant correctionem, remediaque neceſſaria negligant, quibus exceſſibus ac abuſibus obvietur; contra hujusmodi Epiſcopos, qui ſeſe non opponunt malis ſuarum Diœceſium conſuetudinibus, inveteratis malis, ac confuſionibus, fortiter clamat concilium Meldenſe:

*cap.* 10. *Canes muti non valentes latrare, nec opponentes murum pro domo Iſrael, hæc ſcientes ſilent, & ſurda aure pertranſeunt. Sicut canes Prælati gregem debent cuſtodire*, eſt ſententia Gloſſæ in præfata Iſaiæ verba. Sed demus exemplum aliquod oculare, in quo eluceant pateantque damna quæ ex peccato omiſſionis ſolent oriri, ut evitentur.

Peſſimè certe conſequentiæ oriuntur, ſi Epiſcopus aliquis negligat diſciplinam, exactamque legum & canonum obſervantiam, ſi deficiat in Cleri ſui reformatione, in perſonali ſuæ Diœceſis viſitatione, in bonorum, beneque meritorum remuneratione, in malorum, ac delinquentium caſtigatione, in progreſſu in virtutibus, in bonis moribus, in extirpandis abuſibus, in procurando conveniente decore ac reverentia cultus divini, in ſuccurrendo pauperibus, ac locorum piorum bona gubernatione: *Qui criminoſos impunè patitur tranſire* (eſt monitum S. Ennodii *Opuſc.* 3.) *ad crimina hortatur inſontes.* Qui ſtatim permittere currere, quod currit, currentium auget numerum, facitque quod malè viventium turba, *bibat iniquitatem quaſi aquam. Iob.* 15. *verſ.* 16. Si is qui conſecratus eſt, ac inſtitutus, ut promoveat honorem

De

Dei diſſimulet abuſus, ſcandala, concubinatus, luſores, proſtibula, ſaltus, tripudia, ſpectacula, ſeu comœdias laſcivas, à Tertulliano *de ſpect. cap.* 17. appellatas, *Conſiſtorium impudicitiæ, Veneris Sacrarium*? Quomodo abſque manifeſto æternæ animæ ſuæ ſalutis periculo, omittere poterit, innocentium defenſionem contra oppreſſiones ac injurias potentum, tutelam pupillorum, protectionem viduarum deſolatarum, Eccleſiaſticæ immunitatis manutenentiam; quomodo, dico, præterire aut continere poterit zelum, contra irreverentias in loca ſacra commiſſas, aut ut publicas vindicet injurias, & omnia reliqua, quæ in ſupremam ſuam divinam Majeſtatem committuntur, deſignantque ſcelera, licentioſi, perjuri, blaſphemi, ſacrilegi, Simoniaci, uſurarii, violenti emunctores, & quidquid tandem eſt enormium ſcelerum, aut graviſſimorum exceſſuum? Certè Innocentius Tertius dum intellexiſſet, Epiſcopum Petragoricenſem, debitam officii ſui non habere curam, ut damna præverteret, quæ Eccleſiæ illi poſſent obvenire ex illa negligentia, mandavit Archi-Epiſcopo Turonenſi, ut ex ſua Apoſtolica ac ſuprema authoritate, ipsũ Epiſcopatu exauthoraret, ac deponeret, ſcribens in hunc modũ:

*Præter*

*Præter multa gravia & enormia, quæ de ipſo publicè dicebantur, usque adeo erat negligens, & inutilis circa officium Paſtorale, ut non ſolum ad inſtar infœcundæ ficulneæ terram inutiliter occuparet, verum etiam ex ipſius defectu, gregi ſibi commiſſo multiplex periculum immineret.* Ex lib. 10. Reg. Innocent tertii M S.

Sed deſcendamus ad alteram omiſſionem, communem quidem enumeratis, inter illas tamen non ſpecificatam. Hæc omiſſio concernit ſuperfluum illud ex redditibus noſtris beneficialibus, quo, pro congruo, honeſtoque ſtatu, ac alimentatione noſtra non indigemus, ac in pauperes foret expendendum, quod adeo plurimorum conſcientias percellere, ac aggravare deberet, ut S. Ambroſius de hoc ipſo reatum ſibi formaverit, furti, rapinæ, imo ſacrilegii: *Si non paviſti, occidiſti*, trita notaque eſt ſententia. Ulterius jam: Si quis ſe capacem, habilemque non reddat, ut fidei dogmata poſſit declarare, ſolvere quotidiana occurrentia dubia, diſcernere inter lepram & lepram, ut verbum Dei annuntiet, ſacramenta æqualiter adminiſtret, imponendo cuivis pœnitentiam & ſatisfactionem, prout neceſſitas exigit, ipſiusque pœnitentis conditio ac ſtatus requirit, ut denique cuncta alia gradui ſuo convenienti-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

munia punctualiter obeat obſervetque ; ex hiſce tandem omnibus deduci poteſt , quanta ſint damna quæ ex negligentia ac omiſſione poſſunt reſultare.

Similiter , plane pernitioſa eſt omnis negligentia , in cathechiſanda tenera ætate , ſiquidem : *Adoleſcens juxta viam ſuam , etiam cum ſenuerit, non recedet ab ea* , æſtimat enim magnus ille vitæ ſpiritualis Magiſter Joannes Caſſianus *Collat. 26. cap.* 18. non minus eſſe homicidium , cœcum non abducere à loco aut rupe præcipite, unde cadere poſſet , quam illum ex eodem præcipitio detrudere; ideoque timendum eſt , ne rei aliquando habeamur pereuntium animarum , quas per ſecurum verbi Dei conductum , ab æterno , infauſtoque præcipitio illo liberare , ac eximere potuiſſemus , & fortè debuiſſemus : *Mundus à ſanguine omnium eorum non eſſet* ( inquit S. Gregorius *lib. 1. in dict. 9. Ep. 33.* ) *ſi eis Dei conſilium annunciare potuiſſet , quia cum increpare delinquentes noluerit , eos procul dubio, Paſtor tacendo occidit.* Mandat Deus Iſaiæ, prout & modo facit ſacerdotibns : *Clama ne ceſſes , quaſi tuba exalta vocem tuam , & annuncia populo meo ſcelera eorum* , huncque in finem de proventibus proviſi ſumus , ejusque miniſterio conſecrati , ut per oppro-

brium

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

brium ac vilipenſionem noſtram Illius zela-
remus honorem, & per offenſas, ac injurias
perverſorum, ipſius laudes deprædicaremus
& encomia, & ſicuti S. Athanaſius *Ep. ad Drac.*
monuit Dracontium Epiſcopum: *Ex quo
Epiſcopus factus es, populi exſpectant, ut cibum
illis feras, ex doctrina ſcripturarum.*

Refert Matthæus Pariſius, in Anglia fuiſ-
ſe duos Eccleſiaſticos, ſibi invicem adeo ami-
cos, ac confidenter familiares, ut mutuo
compromiſſo ſeſe obligaverint, ut, qui ex ipſis
primus morte interveniente commune vitæ
humanæ perſolveret debitum, alteri ſuper-
ſtiti (ſi DEUS annueret) ſuum in æterni-
tate, intra triginta dierum ſpatium, ſta-
tum revelaret. Stat ergo contractus hic,
data fide confirmatus, dum ecce illorum
unus, absque confeſſione moritur, vivo
interea cum anxietate expectante, an pa-
ctis initis ſuccederet promiſſus effectus. E-
lapſo autem termino præſcripto, hicque
ſuperſtes deſperaret jam de ullo nuntio,
improvisò quodam die apparuit huic defun-
ctus, igne flammisque totus circumda-
tus, ac involutus, aperuitque æternam
ſuam damnationem, eo quod impœnitens
obiiſſet, & ut vivus hic experiretur noni-
hil pœnarum acerbitates, intenſiſſimosque
quo-

quos pateretur dolores, & ardores, unicam ſudoris ſui, quo madebat, guttam manui alterius inſtillavit, quæ ſtatim, inſtar carbonis ardentis, maximam impreſſit cicatricem, cum ſalubri hac admonitione: *Hoc erit tibi quam diu vixeris, & pœnarum grande documentum, & nihil neglexeris ſalutis tuæ ſingulare remedium, quapropter dum potes, muta animum, muta & habitum, quo poſſis iram effugere tui conditoris.* Non volebat, aut non poterat ad hæc defuncto vivus verbum reſpondere, cum ille ſevero verſus hunc obtutu, dixit: O te miſerum! Si dubitas, aperi, & lege hæc, quæ inibi ſcripta ſunt, & cum dicto porrexit alteri libellum, in quo igneis litteris hæc erant exarata: *Satanas, & omne contubernium infernorum, omni Eccleſiaſtico ſtatui gratias emittit, quod in nullo ſuis voluptatibus deſint, tantum numerum ſubditarum ſibi animarum ſua incuria patiuntur ad infernum deſcendere, quantum ſæcula retro acta nunquã viderunt*, hisq; peractis hic evanuit; alter autẽ diſtributis bonis ſuis omnibus inter pauperes, perrexit ad ſanctũ Melanũ, aſſumptoq; religioſo habitu, narrabat omnibus ea quæ ſibi acciderant, quæ viderat, quæq; audierat, admonens quoq; ſingulos, ut caute caverent

pec-

peccata omiſſionis, quæ quantò minus curantur in hac vita, tantò ſeverius plectuntur in altera, eòque gravior de illis eſt reddenda ratio.

Pro hiſce omnibus optimè advertit, ſingulariterque monet S. Bonifacius Martyr, & Archi-Epiſcopus Moguntinus, *Epiſt. ad Cusbert. Archiep. Cant.* ut Eccleſiaſtici omni diligentia ſtudeant probitati vitæ conjungere exercitium doctrinæ ac ſcientiæ, nec unum ab altero ſeparent, ut peccata omiſſionis, quæ ſæpius ex culpabili ignorantia proveniunt, cavere poſſint, ac vitare: *Horribilis & maxima neceſſitas cogit, ut juxta dictum Apoſtoli, nos formam debeamus exhibere fidelibus, hoc etiam, niſi me fallat opinio, ita juſtè vivendum doctori, ne dicta ſua repugnantibus factis evacuet, & nè, cum ſibi de proprio cautè vivat, tamen alieno damnetur peccato.* Et deinde paulo inferius cum gravi minatur ſententia, quod, *cui diſpenſatio verbi commiſſa eſt, etiamſi ſanctè vivat, & tamen perditè viventes arguere, aut erubeſcat aut metuat, cum omnibus, qui eo tacente perierunt, peribit. Et quid ei proderit non puniri ſuo, qui puniendus eſt alieno peccato?* Curet ergo bonus Sacerdos, ut non incidat in tremendum hoc judicium, pietatem unire robori ſcientiæ ac Doctrinæ, re-

cor-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cordetur illius quod S. Hilarius ſcribit lib. 8. de Trinit. *Non ſtatim boni atque utilis ſacerdotis eſt, aut tantummodo innocenter agere, aut tantummodo ſcienter prædicare, cum innocens ſibi tantum proficiat, niſi doctus ſit, & doctus ſine doctrinæ ſit authoritate, niſi innocens ſit.*

Peſſimæ conſequentiæ omiſſiones ſunt, intermittere correctiones, aut reprehenſiones debitas, tacere aut palliare veritatem ob reſpectum humanum, aut commodum temporale: propter quæ æterna laude digniſſimus eſt Cardinalis Hugo ad S. Sabina, cui cum oblata eſſet ingens pecuniæ ſumma, ut in quodam negotio taceret, ſuumque non interponeret ſentimentum, ſumma animi libertate, veroque digna Eccleſiaſtico, ſprevit, rejecitque aurum, locutusque eſt ea, quæ erant de rei veritate, reflectens ſe fortè ad Sacerdotem æternum, qui ſtans coram Præſide Romano, publicè proteſtatus fuit: *Ego in hoc veni in mundum, ut teſtimonium perhibeam veritati*, vel ad graviſſimum illud Philonis axioma: *Lib. de Ioſ. Emori præſtat, quam loqui ad gratiam, diſſimulata veritate, & utilitate neglecta.*

Omiſſiones quoque non parum damnoſæ ſunt charitati, dum pro bono Reipublicæ regimine, communique utilitate negligunt

Ec-

Eccleſiaſtici reconciliare diſcordes, ſuppri-
mere odia, extinguere inimicitias, urgere
ac promovere unionem, pacem ac quie-
tem commiſſi ſibi populi, dum in hiſce omni-
bus eorũ taciturnitas cooperetur domuum
ſubverſioni, familiarum integrarum exter-
minationi, pacis publicæ, quietisque (quod
principale ſtatus politici ſuſtentaculum eſt)
perturbationi, ex qua factiones oriuntur,
ſciſſuræ, & rixæ: Meminiſſe enim deben
Eccleſiaſtici, quod ſint illi, de quibus ſcri-
bit Sapiens: *Eccl. 44. Pacificantes in domibus*
iisque à Canonibus præſcriptum ſit: *Decr. D.
90. P. 1. cap. 7. Studendum eſt Epiſcopis, ut
diſſidentes fratres, ſive Clericos, ſive Laicos,
ad pacem magis, quam ad judicium conveni-
ant*; hoc ipſo enim pax unioque conſerva-
tur, juxta ſententiam S. Hormisdæ Papæ
*Tom. 11. Conc. Totius bonitatis initium, qui
nihil, quantum ad Catholicæ fidei cultum, gau-
dius, nihil æſtimari poteſt excelſius; pro hac
ſcilicet facere, & cuncta ſuſtinere convenit.*
Ad exemplum egregii Eccleſiaſtici S. Fulgen-
tii Epiſcopi Ruſpenſis, de quo acta ipſius di-
cunt: *Sur. Tom. 1. Diuturnas finitimarum ple-
bium lites, & contentiones dirimebat*, & ſan-
cti Andreæ Corſini Epiſcopi Feſulani, Car-
melici Ordinis præſtantiſſimi germinis, qui
Pa-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Pacis ſeminis præcipuus ſeminator, bella inteſtina, ſeditiones civium, & diſcordias plurimorum extirpabat.* Surius ibid.

Nolo hic mentionem facere, quam graviter apprehendi debeant tam frequentes omiſſiones incruenti miſſæ ſacrificii, dum per illas Eccleſia privatur tam magno ſubſidio, totusqq; Chriſtianiſmus bonis innumerabilibus; quibus omnibus carere debet: ſed quia de hac graviſſima ſumiq; momenti materia, ex propoſito, ac diffusè diſcurrere intẽdo, ad locum iſtum, quæ dicenda hic forent, reſervo.

Quis neſcit luciferi, eidemque adhærentium peccatum fuiſſe omiſſionis delictum, dum in illo inſtante Angelico, loco quod cooperarentur gratiæ, donisque excellentiſſimis, coopiosè ſibi ab Altiſſimo collatis, per actus amoris, obſequii ac gratitudinis, otioſe ſeipſos tam nobiles, tam præſtantes contemplabantur, ex quo tandem ſuo volebant coæquari, ac aſſimilari Creatori, intendebatque illorum caput ac Princeps Lucifer, ſedere. *Sedebo.* Simile etiam accidit primis noſtris parentibus in Paradiso, licet conſtituti eſſent in prima ſua innocentia, ſimulq; armati juſtitia originali, quod non ſine admiratione conſiderat Rupertus Abbas: *l. 2. de Trin. & op. ejus cap. 39. in Gen.* *Animadvertendum eſt,*

 *quam*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*quam pertinaciter homo primus*, *homo tem-nus à Creatoris laude mutus perſtitit*, *qua[m] obſtinatis labiis*, *ab omni gratiarum action[e] abſtinuit.* Accepto mandato circa pomum, videnſque illud in manibus, imo faucibus Evæ, *Ne contriſtaret delicias ſuas*, licet eſſe[t] ſubjecta ejus imperio, neglexit nihilominus ipſam reprehendere: *Erat vir ejus*, *quand[o] comedit de fructu illius arboris* (ſcribit Cajeta-nus) *& in hoc primum peccatum Adæ inſinua-tur*, *negligentia ſcilicet cohibendi uxorem*, [à] *comeſtione vetiti fructus*: Qua propter ſolid[a] cum ratione concluſit Abulenſis: Q[uæſt.] cap. 12 Gen. *Principium peccati primorum pa-rentum*, *fuit omiſſio*, *quia non cognoverunt quod cogitare debebant.* Ceciderunt in er-rorem illum, licet fuiſſent innocentes, tran[s]-fundentes tanquam hæreditarium in poſte-ros, maximè in Eccleſiaſticos. Si illius fo[-]rent perfectionis homines, ut exactè cura-rent ea quæ ſalutem eorum ſpectant, ha[u]d magnæ eſſet moleſtiæ, exiguique gravam[i-]nis eas in ſalvum deducere, nec tamen ex-actè curæ animarum à Deo nobis tam ara[...] co͞mendatarum invigilare debemus: *Per[in]-de* (irridendo tales Eccleſiaſticos, dicit Gregorius Nazianzenus) *atque ipſi ſeſe*, *n[on] item alios ſuæ curæ ac fidei commiſſos habe[n]-*

In

Irreſ agabile eſt axioma illud fundamentale S. Athanaſii: *Ep. ad Dracont.* *Id ſcire oportet, & nequaquam ambigere, te priusquam ordinabaris, tibi vixiſſe, ordinatum autem illis vivere, quibus ordinatus es.*

Pro confirmatione eorum quæ dixi, optimè venit ad propoſitum id quod ſcripſit magnus ille Eccleſiaſticus, & Purpuratus ſanctus Eccleſiæ B. Petrus Damianus, Cinthio urbis Romæ Gubernatori, homini valde exemplari, vehementerque contemplationi dedito *lib. 8. Ep. 2.* *Qui tantæ dignitatis adminiſtras officium, formidabile valde eſt, ſi te reddas aliquando torpore deſidiæ diſſolutum.* Verùm, ſi erat tam fervens in oratione, quomodo à ſancto Cardinale reprehenditur, qui ipſemet, tanquam genuninus S. Benedicti filius, adeo contemplationi erat addictus? Solvit ipſe dubium in progreſſu epiſtolæ: *Multas adverſum te querelas audis ab his, qui negotiorum cauſas habent, quia videlicet legalis judicii ſanctionem, à te obtinere non prævalent*; & paulò inferius monet ipſum: *Cave propter peculiaris orationis ſtudium, cui inſiſtere forte contendis, diſciplinam tam innumerabilis populi, qui tibi commiſſus eſt, negligas; ſcriptum quippe eſt: qui conſervat legem, multiplicat orationem, & ſacrificium ſa-*

*lutare attendere mandatis, juſtitiam ergo fa-cere, quid eſt aliud quam orare?* Grego-rius Magnus, dum præeſſet naviculæ Pe-tri, notavit in myſtico illo Ezechielis curru typum Eccleſiæ militantis, ejusque mini-ſtrorum, ac facit reflexionem ſuper illa verba: *Ezech. 1. verſ. 8.* *Et manus homini ſub pennis eorum, in quatuor partibus: Ma-nus hominis ſub pennis, eſt virtus operis ſu volatu contemplationis. Hom. 3. ibid.* bene au-tem obſervandum eſt id, quod textus ſubjun-git de illis pennis: *junctæque erant alte-rius ad alterum*, ut inſinuaretur ſacer-doti (qualis erat Ezechiel, cui facta eſt vi-ſio) id quod poſtea ſcripſit ac ordinavit Petrus: *1. Petri 4. verſ. 10.* *unusquisque ſicut accepit gratiam in alterutrum illam admini-ſtrantes, ſicut boni diſpenſatoros, multifor-mis gratiæ DEI.* Docet eiam S. Bernardus *de modo bene vivendi Ser. 21.* quomodo preces ac orationes noſtras inſtituere, ac ordina-re debeamus: *Neceſsè eſt nobis cor in oratio-ne ad DEUM levare, & manus cum opera-tione ad Deum extendere*; eſtque idem ac ſi diceret, non ſufficit illi, qui curam aliorum gerit, ſibi ipſi vacare operibus piis ac ſanctis & habere illam, *abditam omnino, atque oc-cultam ſibi pietatem*, prout eam reprobant

non

nominat Nazianzenus, *orat.* 23. ſed intentus debet eſſe, ac invigilare propriorum ſubditorum commodis. Narrat Cardinalis Bellarminus, de quodam Epiſcopo infirmo valde docto ac pio; quod cum ab aliquo Sacerdote Cardinalis amico viſitaretur, illeq; à Prælato ægrotante ſciſcitaretur, num foret aliquid ſuper quo conſcientia ipſius foret inquieta, aut eum gravaret, reſpondit, quod per Dei gratiã nihil memoriæ occurreret, unde gravaretur; ſtatimq; repetiit bonus ille Sacerdos, ſe quidem etiam non habere remorſum peccati commiſſionis, timere autem valde de omiſſionibus, idque ex eo quod ſanctus Paulus tam inſtanter, tamque efficaciter mandaſſet ac inculcaſſet diſcipulo ſuo S. Timotheo caput 4. ſuæ ſecundæ epiſtolæ, omnem poſſibilem, accuratamque curam ac ſolicitudinem, cum indeſeſſa vigilantia circa ea quæ paſtoralis muneris ſunt, dicens: *Teſtificor coram DEO & Jeſu Chriſto, qui judicaturus eſt vivos, & mortuos, per adventum, ipſius & regnum ejus, prædica verbum, inſta opportunè, importunè, argue, obſecra, increpa, in omni patientia & doctrina*: hiſce auditis, bonus Epiſcopus ſuſpirando dixit: veriſſimè, me non mediocriter exterret conſideratio peccati

omiſſionis. Tacere hic nequeo aliquid, materiæ huic noſtræ congruentiſſimum, quod de confeſſario quodam inſigni narratur, qui dum excepiſſet confeſſionem Caroli Quinti Imperatoris, ſubjunxit: *Segnar. in Confeſſar. inſtr. c. 7. Dixiſti peccata Caroli, dic nunc peccata Cæſaris*; & non ſine ratione requirebat computum ab illo, cui commendatus fuit medius ferme mundus, ideoque prout advertit magnus ille Orator Viera, omiſſio, aut neglectus alicujus magni Principis in extirpandis bannizatis, quanta inde damna, quanta incommoda inde non obveniunt ſaluti publicæ? Periclitatur vita, bona, honor, ac reſpectus totius populi: ſi verò Miniſtri Eccleſiaſtici eo usque ſemel deveniant, ut omittant tollere ſcandala, emendare abuſus, corrigere diſſolutiones, præter damna tẽporalia inde emergentia, graviſſima inde exoriuntur incom̃oda ſpiritualia, multo pejora illis aliis, dum & honor, & lex Dei conculcatur, ac è medio tollitur ſalus animarum. Nec valet illorum Eccleſiaſticorum excuſatio, qui per hoc ſe ſalvare putant, quod ſibi ſubſtituant, pro habenda cura, ac negotiorum publicorum adminiſtratione viros expertos ac fideles; expreſſam enim contra



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

hoc à Deo factam habemus proteſtationem apud Ezechielem: c.3. v.18. *Impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinem autem ejus de manu tua requiram.* Vobis confidit Deus, & non miniſtris veſtris, animas, proindeque etiam non ab his, ſed à vobis, ſtrictiſſimam earundem requiret, exigetque rationem: illi enim qui ſubſtituti ſunt, & à vobis conducti, una vobiſcum collaborare deberent proximorum ſaluti, illi autem totum onus portant, dum vos in delitiis ac otio ſedetis in ſplendore & honore, omnium moleſtiarum ignari. S. Gregorius Papa, reflectens ſe ad illa Apoſtoli verba, quæ de ſeipſo protulit, ac in actis Apoſtolicis regiſtrata reperiuntur: *Cap. 20. v. 27.* *Non enim ſubterfugi, quo minus annuntiarem omne conſilium Dei vobis. Attendite vobis & univerſo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei*, converſus ad Sacerdotes, exclamat Pontifex: *Lib. 1. Hom. 11. in Ezech.* *in qua voce nos convincimur, nos conſtringimur, nos rei eſſe oſtendimur, qui Sacerdotes vocamur, qui ſuper ea mala, quæ propria habemus, alienas etiam mortes addimus, qui tot occidimus, quot ad mortem ire quotidie tepidi, & tacentes videmus.* Non ſuffragabitur nobis in judicio illo extremo, rigidiſſimo,

ac inappellabili, coram tremendo, æterno Judice, quod ignoraverimus culpas illas, aut exceſſus, quos merito reprehendere, ac emendare debuiſſemus, dum enim, prout alibi dictum eſt, conſtituti ſimus tanquam vigiles, ut attendamus, nobisque incumbat tota cuſtodia, conſervatio, ac ſalus populi, ignorantiam nullam prætendere poſſumus, quæ nos à culpa queat excuſare: Hinc eſt, quod, non absque myſterio, ſancta Eccleſia, non pro altitudine, aut eminentia, ſed pro ſollicitudine ac vigilantia ordinaverit, ut Epiſcopus ſederet in throno elevato, in ſignum non ſuperioritatis aut authoritatis, ſed majoris providentiæ, ac univerſalioris inſpectionis: *Superinſpector* (dicit S. Auguſtinus *de dignit. ſacerd*) *maximè cum ſolus in Eccleſia editiore reſideat, ut plebi ſibi commiſſæ, non negligenter incumbat, ſed* (ſcribit Durandus *in Ration. divin. offic. lib. 2. cap. 11.*) *vitam & mores eorum, & cuncta diligenter proſpiciat, quia ergo Epiſcopus ſpeculator eſt, ideo ex inſtitutione Clementis, prima Cathedra ſive locus ejus, in Eccleſia altior eſt, ut ſuperintendat; & populum cuſtodiat, omnesque conſpiciat.* In eum enim finem proviſi ſunt de pinguibus proventibus à perſonis ſœcularibus, cum patrimoniorum

ſuo-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſuorum extenuatione, ac quodamodo eviſceratione fundatis, ut ſaluti ſuæ ſpirituali ſuorumque aliorumque omnium omni cum cura ac ſedulitate invigilarent. Suggerit hic S. Bernardus, per opportunam ſuam doctrinam efficax aliquod medium, ad depellendam à nobis inertem illam ſocordiam, qua laboramus in excitando populū ad virtutum opera, ac Chriſtianæ perfectionis ſtudia, vitiorumque graſſantium extirpationem: *Erubeſcat anima minori affectu ſectari juſtitiam, quam iniquitatem antea ſectabatur; eſt enim cauſa valde diſſimilis, ſtipendium quippe peccati mors, fructus autem ſpiritus vita æterna.* Pudeat nos, inquit Sanctus, quod ſimus Argi, ac Briarei in commodo lucroque terreno, vel in ambitione, divitiis, deliciis, aut carnalibus voluptatibus, ex quibus inauſpicatis floribus, nōniſi æternæ damnationis maledictus matureſcit fructus; & tam cœci, imo talpæ ſimus, ac veſpertiliones, in juvando proximo, promovendo Dei cultu majoremque ipſius quærendo gloriā, ex quo amœniſſima nobis manet æternæ Beatitudinis merces, & corona.

Sed quis poterit comprehendere, multò minus ſermone explicare, quanta Deus ſeveritate caſtiget noſtras illas omiſſiones? Corporalium Medicorum negligentiæ ac

ſepeliuntur, abſconduntur que ſub ...a, & non præjudicant, aut nocent, niſi vitæ huic noſtræ miſeræ, ac mortali, quæ tamen tandem vi ſua, ſuoque pondere erat collapſura; verum negligentiæ noſtræ, noſtræ omiſſiones, per quas obſumus bonis moribus, aut profectui ſalutis animarum, ſæpiusque conducunt ad æternam mortem, atque ante faciem omnipotentis, ſeverique Dei ac Judicis implacabilem contra nos poſtulant, clamantque vindictam. Irremiſſibilis quodammodo fuit culpa, & formidabilis pœna, inflicta à Deo Heli, ſummo Sacerdoti: *Juravi domui Heli, quod non expietur iniquitas domus ejus victimis*: 1. Reg. 3. Stirps ejus deſcendens in æternum privata fuit ſummo Sacerdotio, eodemq; tempore ipſe & filii ejus morte repentina fuere mulctati: *Quicunque audierit* (ſubjungit Deus, ſeveram illam dictans pœnam) *tinnient ambæ aures ejus.* Legatur Sacer textus, non reperietur Heli reus alicujus peccati commiſſionis, ſed ſolum omiſſionis, eò quod neglexerit cum majore ſeveritate, debitoque zelo corrigere ſacrilegos ſuos filios, qui Dei cultum profanabant: *Eò quòd* (dicit textus) *noverit filios indignè agere, & non corripuerit eos.* S. Iſidorus Peluſiota *lib. 2. Ep. 324.* ex illo Apo-

ſto-

ſtoli loco; *ſi quis ſuorum, & maximè domeſticorum, curam non habet, eſt infideli deterior*, hanc deducit conſequentiam: *Si quis neceſſariam alimoniam minime porrigit, crudeliorem eſſe gentilibus pronuntiavit, qui quod majus eſt, & magis neceſſarium, id eſt animæ curam aſpernatur, quo tandem loco ponetur?* Obſervat Auguſtinus, *Serm. 38. de ſanc.* ſupremum æternumque Judicem noſtrum ad condemnandũ reos, non allegare peccata comiſſionis, ſed omiſſionis tantum: *Eſurivi, & non dediſtis mihi* &c. *Hinc attenditur* (ait ſanctus) *quam ſpem habere poſſunt, qui mala faciunt, quando illi perituri ſunt, qui bona non faciunt.* Sub ſilentio tranſeo plura alia delicta enormia, quæ in formando proceſſu contra peccatum omiſſionis poſſent proferri, atque ex ipſo tanquam fontali ſcaturienti ab origine, eo certe majori pœnâ ac caſtigatione dignum, quo minus curatur.

Non reperio in ſacris litteris, Chriſtum tam manifeſtè ac absq; gloſſa ullibi pronuntiaſſe ſententiam æternæ damnationis, quam in illos, qui in peccata incidunt omiſſionis: eſſe divitem, epulari ſplendidè, & veſtiri purpura, optimisque indumentis, non eſt peccare mortaliter, ſed dum dives ille omiſit alere mendicum Lazarum de ſuperfluis

menſæ ſuæ, de micis, quæ de illa cadebant, ideo, *ſepultus eſt in inferno*. In cap. 25. Matthæi fulminatur contra quendam reum terribilis ſententia: *Ejicite in tenebras exteriores, ibi erit fletus* &c. ſed in cujus, qualisve exceſsûs pœnam? Ergone rapinæ, homicidii, inceſtûs, ſacrilegii, aut ſimilis cujusdam enormis criminis, reus eſt? Nullo modo; *ſerve male, & piger*, ſed ſolum quia neglexerat negotiari, ac impendere talentum ſibi commiſſum; utiturque ſæpius ſancta Eccleſia hac parabola, ut moneat, & muniat nos Eccleſiaſticos contra pigrum illud virus omiſſionis: *Hic magis ſignatur petitio rationis* (inquit Abulenſis *Quæſt.* 132. in hoc propoſito) *quantum ad ea, quæ conſiſtunt in omiſſione, quam quantum ad illa quæ fiunt in mala commiſſione*: Et penitius inhærendo litteræ, illius parabolæ, pigrum ſuperius dixerat: *Modus occultandi talenti, eſt nihil operari, licet enim quis ingenium non implicet rebus tranſitoriis, tamen non ædificat cum illo docendo, conſulendo, exhortando, aut hujusmodi faciendo, abſcondit talentum in terra, & magna culpæ reus eſt; quia per otium perdi facit donum DEI.* Quot animæ ingreſſæ fuiſſent rectam verſus cœlum ſemitam, ſi Eccleſiaſtici ſolliciti fuiſſent in illarum conductu

ſu-

ſuaque talenta, ſcientiam, aliaque Dei naturæque dona impendiſſent in beneficium ac favorem populi, curæ ipſorum commiſſi, loco, quod vacaſſent aut inerti otio, quietique languidæ, ſeponendo, ac rejiciendo omnem curam ſalutis proximi, aut vixiſſent toti immerſi, intentiq; propriis commodis, ac temporalibus tranſitoriisque emolumentis, ſæpius etiam perdendo ac conſumendo proprias facultates, corporis ſanitatem, animæque ſalutem æternam.

## Caput Decimum Quintum.

*Qua cura, ac cautione debeant converſari Eccleſiaſtici, ſemperque providere, ut in domibus ſuis habeant perſonas virtuoſas.*

Redemptor mundi Eccleſiæ ſuæ volens adumbrare ſtructuram ac ædificium apud S. Joannem Evangeliſtam vineæ illam comparavit, quæ intus bene ſit proviſa cunctis neceſſariis ac utenſilibus, exteriuſque circumdata, ac munita bono ſepimento, quo & ferarum incurſus, & latronum ac furum prædatrices arceantur

manus. Per ſepem illam optimè poſſunt intelligi illi, qui licet propriè non ſpectent ad Eccleſiam, ſemper tamen adſunt Eccleſiæ miniſtris ac Eccleſiaſticis, quales ſunt amici, familiares, ſervi, aliique ſœculares officiales, conſiliarii &c. per quorum probam ac exemplarem converſationem, Eccleſiaſticorum virtuoſa vita, bonaque fama acreſpectus munitur, eorumque ſalubribus conſiliis arcentur, ac amoventur errores ac tranſgreſſiones, ac ipſorum honeſto agendi modo extrinſecus defenditur, contra obtrectantium moloſſorum latratus, bonum Clericorum nomen: *Maceria*, dicit Philo, *de Agricultura, fructus plantasque agri conſervat, arcens irrumpendi, nocendique cupidos.*

Inſtanter in Canticis rogat ſponſa ſponſum, ut ſibi dicat, *ubi paſcas, ubi cubes in meridie?* Cur adeo ſollicitè quærit anima illa locum quietis, ac ſingularis temporis meridiani? S. Auguſtinus acutè advertit meridianum tempus majorem habere calorem, & ampliorem ſplendorem; hinc ſponſa cupiens videre ſui ſponſi gloriam, petit intueri, ac reperire ipſum tali tempore, in quali tunc revera erat, circumdatum ſcilicet hominibus per virtutes ſplendentibus, ac charitate ferventibus, in

quo

quorum dum eſt contubernio, ac Societate, eſt in meridie ſuæ gloriæ: *Quid ſignificat meridies? Magnum fervorem, magnumque ſplendorem: ergo notum fac mihi, qui ſint ſapientes tui, ſpiritu ferventes, & doctrinâ fulgentes. Dexteram tuam notam fac mihi, & eruditos corde in ſapientia. Ipſis inhæream in corpore tuo, ipſis ſocier, cum ipſis te fruar* S. Aug. Ser. 10. *de verb. Dom.* Anima illa Sancta Eccleſiam repræſentat, quæ tunc ſingulariter in ſua gloria reſplendet, dum ii qui Eccleſiaſticis inſerviunt, cum ipſis tractant & converſantur, ſunt homines ſapientes, pleni ſpiritu, & clari doctrinâ.

Laudabilis ſane, tantoque digna Eccleſiaſtico, fuit cura illa ac ſollicitudo, quæ in Leone Tertio ſummo Pontifice, etiam in annis juvenilibus enituit, dum vix conſecratus Sacerdos omni ſtudio quæſivit conſortium, ac converſationem hominum præſtantium ac doctorum, prout ipſius teſtantur acta: *Bar. an. 795. num. 40. Erat vir caſtus, loquelâ facundus, animo conſtans. Vbi inveniebat aliquem præcipuum monachum vel ſervum Dei, in colloquiis divinis, & orationibus cum eo penitus vacare non ceſſabat*, eademque quaſi utebatur

tur

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tur ac ducebatur ratione, qua ductũ legimus dignum illum Eccleſiaſticum S. Paulinum: Ep. 4. ad S. Sever. *Cum reperero ſapientiam, cum reperero juſtitiam in alicujus penetralibus recumbentem, curram*, omneque ſuum in eo ponebat ſtudium, ut probis ac doctis amicis poſſet cohærere, iisque familiaritate jungi.

Quantum conducat, non ſolum noſtræ utilitati, verum etiam ſplendori, decori, ac æſtimationi noſtræ, penes ſe habere viros dignos, præſtantes ac eruditos, inſinuat S. Joannes Chryſoſtomus, dum ita nos monet: *Hom. 22. ad pop.* *Illos proſequamur, & acquiramus amicos, qui mentem noſtram moderari, conſulere honeſta, peccantes increpare, conſilio ac precibus opem ferre, & ad Deum adducere poſſunt*: Idemque in praxi proteſtatus eſt S. Gregorius Magnus, quando è cella ſua monaſtica transferebatur ad thronum Petri, nullos prorſus alios homines ad latus ſuum volens admittere, quam qui digni eſſent & qualificati inſervire tanto Pontifici, unde refert Joannes Diaconus in vita ipſius: *l. 2.* *Remotis à ſuo cubiculo ſæcularibus, clericos ſibi prudentiſſimos Conſiliarios, familiaresque*

dele-

*delegit: Monachorum verò ſanctiſſimos ſibi familiares adſcivit.*

Qualem autem inde retulerit fructum, quantumque emolumentum idem S. Pontifex, dum aulam ſuam hujuſmodi haberet repletam hominibus, præfatus etiam author refert, dum confiretur illo tempore Romam vix diſtingui potuiſſe à Jeroſolyma, qualis fuit temporibus Apoſtolorum, & ab Alexandria, qualis fuerat ſub Marco: *Videbantur paſſim cum eruditiſſimis Clericis adhærere Pontifici Religioſiſſimi Monachi, & in diverſis profeſſionibus habebatur vita communis; ita ut talis eſſet tunc ſub Gregorio penes urbem Romanam Eccleſia, qualem hanc Jeroſolymis ſub Apoſtolis Lucas, & ſub Marco Evangeliſta penes Alexandriam Philo commemorat;* Atq; ex his præmiſſis, conſequentiam valde utilem deducit Joannes, hæc ſubjungens: *Qui vel ſanctimoniâ, vel prudentiâ fortè carebat, ſuo ipſius judicio ſubſiſtendi coram Pontifice fiduciam non habebat.*

Hujuſmodi commenſalibus optabat ſemper videre cinctum Eugenium ſummum Pontificem S. Bernardus, ſecurus, brevi ſecuturam morum reformationem in domibus ſæcularium, ſi Eccleſiaſticorum ædes viderent fulgere talibus perſonis, quæ per ſan-

ctitatis

ctitatis ac doctrinæ radios venerabiles eſſent ſubditis, eiſque præluceerent. Ut S. Carolus ſolidum poneret fundamentum reformationis Eccleſiæ ſuæ Mediolanenſis, ante omnia ſtuduit undique convocare viros excellentibus virtutibus præditos, ut illorum exemplari vitâ, tanquam medio efficaciſſimo, abuſus & errores ſuæ Metropolis curarentur; tam induſtriè incubuit S. Præſul illi dignarum perſonarum electioni, ac perquiſitioni, ut illum facetè S. Philippus, ſingularis ejus amicus *Ep. m.* 8. appellaverit, prædonem ac raptorem bonorum hominum; atque ex eadem hac ſolertia, abundantiſſimos retulit fructus, qui ſeſe manifeſtant, per diſciplinam, ac exemplarem obſervantiam quam introduxit in Eccleſiam, reſpicitque ac veneratur cum applauſu univerſus orbis catholicus, gaudetque modum bene regendi Eccleſias, poſſe deſumi ex methodo illa, qua optimè ſuam Mediolanenſem gubernavit optimus ille Paſtor, pariterque Sanctiſſimus Præſul. Eodem ſpiritu ſuum inchoavit feliciſſimè Pontificatum S. Pius Quintus, qui non contentus, elegiſſe homines exquiſitos, ac approbatiſſimos pro palatii ſui, aulæque miniſterio, ſcripſit Epiſcopis, ac Archi-Epiſcopis Europæ, ut per

ſo-

ſonas ſibi ſuggerent, quas tam in moribus, quam doctrina dignas exiſtimarent, quibus pro dignitate S. ſedis Apoſtolicæ, ac utilitate univerſalis Eccleſiæ, fideique graviſſimis negotiis poſſet uti, & in una ad Epiſcopum de Palenza ita ait: *Lib. 1. Ep.* *Illud te monitum volumus; ut omni officio & diligentia, de civitatis illius, Diœceſisque tuæ Clericis indagandis probè cognoſcas, qui catholicæ pietatis laude, morum integritate, probitate vitæ, ac doctrina præſtent, idoneique ſint, ut huic ſanctæ ac Apoſtolicæ ſedi fideliter, atque utiliter, inſervire poſſint.* Et ante plura ſæcula S. Thomas Cantuarienſis, translatus ex Angliæ Cancellaria, ad Metropolim Cantuarienſem regendam, quam etiam præclariſſimo ſuo illuſtravit Martyrio, heroicarum ſuarum virtutum ſparſit ſemina, ſtatim in initio ſui Epiſcopatus, dum omnem adhibuit diligentiam ut homines pietate, doctrinaque excellentes ſibi procuraret, quorum conſortio uteretur, unde ita in ipſius vita ſcribit: *Chriſt. Lup.* *Illud etiam non tacendum, ſed quaſi extollendum præconio, quod ſemper ſecum habuerit multos, & magnos viros omni morum, & vitæ honeſtate præditos, & ſcientiæ eruditione præclaros, in ſcripturarum planis promptiſſimos, in myſteriis exercitatos, in ſacra*

*verò collatione fructuoſas , adeo ut interiſtu quotidie quivis ſapiens ſapientior fieret. Quod multum Pontificis propoſito, & deſiderio ſave-bat.*

Non deberent Eccleſiaſticorum domus differre ab illis ædibus, in quibus ſecundum ritum Moſaicum manducabatur Agnus Paſchalis, verus typus, ac figura Sanctiſſimi Sacramenti, quo nos veſcimur; circa illum ordinaverat DEUS, ut quando non eſſent ſufficientes numero domeſtici, qui eum conſumerent, ut advocarent amicos & vicinos: *Hoc mihi ſignificare videtur, quod vicinos ſacrificii participes fieri Deus præcipit, ſi ita opus fuerit*, idem eſt ac ſi diceret, *eorum ſalutem operâ, & adjumento ad eam rem uti, qui virtute nobis conſanguinei ſunt, moribusque perſimiles*, inquit S. Gregorius Nazianzenus: Or. 42. Illi quibuſcum agimus, ac converſamur, demonſtrant, exhibentque aliis genium ac mores noſtros, per converſationem ſuam, modumque agendi; Si ergo volumus ut luceat vita, ac bona fama noſtra; ſit id utiq;, dicebat Petrus Cardinalis Damianus, *Ep. 3. ad Hen. 3.* ſi nos præclaris, inſignibusq; viris conjungamus: *Decorem induiſti amictu lumine*, id quod ſequitur, dum ex imitatione

Ch

Chriſti, *ſibimet clementer agglutinat innocentes, nitore juſtitiæ ſpecioſos.*

Quis credat, quantum tollatur de opinione ac fama integritatis alicujus Eccleſiaſtici, dum converſatur, agit, ac familiariter tractat cum perſonis, quarum mores, modusque agendi, parum conveniunt Eccleſiaſticis? Diruetur ſæpes vineæ, decedet bonitati, ac probitati vinitoris, corruet turris domus, è qua poterat proſpici à longè, imminentibusq; malis præveniri, *Auferam maceriam ejus, & erit in conculcationem.* Ponamus, diſcurrit Tertullianus, committi in aliquo agro homicidium, cujus facinoris, agri Patronus conſcius non ſit, hiſce tamen non obſtantibus, dum ignoratur latro, non in exigua ſuſpicione manet ipſe, eo quod in ipſius fundo commiſſum ſit malefactum: *Cum in alicujus agro latrocinium geſtum eſt, crimen quidem Dominum non conſtringet; dum res tamen ejus ignominiâ notatur; ipſe quoque famâ aſpergitur. Tertullianus de cult. fœm. cap. 2.* Circa hanc veritatem, fuit graviſſima reflexio, quam fecit Cardinalis Baronius, ad annum Chriſti 1104. *Tom. 12. n. 10.* ubi ponderans quod Eccleſia ſit myſtica illa domus, quam ingreſſa fuit pœnitens Magdalena; to-

taque

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

taque odorifera ex fragrantia unguentorum remanſit, contingere ſæpius in domo illa myſtica, ex inferiorum miniſtrorum culpa, qui ipſis aſſiſtunt, ſerviuntque Eccleſiaſticis, ſuavem illum gratumque odorem deperdi: *Fitque ut domus illa, quæ eſt repleta boni odoris unguento, ex diverſorum S. Spiritus Chariſmatum donis, ob hujusmodi muſcas morientes, quæ perdunt odorem unguenti, male malis oleat in ipſorum perditionem,*

Caſſiodorus, vir undequaque doctiſſimus, ædificato Vivarienſi Monaſterio, ut hujusmodi inconvenientiis caveret, contentus minimè illuc introduxiſſe Abbates Sanctos, Gerontium, & Calcedonium, ipſisque præſcripſiſſe ſaluberrimas ſanctiones, præ omnibus autem illis inculcat, ut attentè advigilent iis, mores, ac vitam bene obſervent eorum qui vel monaſterio ſerviunt, vel quovis modo acceſſum ad illud habent: *Ipſos ruſticos* (dicit homo diſertiſſimus Div. Lect. c. 32.) *qui ad veſtrum monaſterium pertinent, bonis moribus erudiri*: Et parum ſuperius idem ipſum repetendo majori inſtantia, dicit: *Illis ordo converſationis puriſſimus imponatur, frequenter ad monaſteria ſancta conveniant, ut erubeſcant veſtros ſe dici, & non de veſtra inſtitutione cognoſci.* Confor-

hi

huic propoſito narrat S. Auguſtinus *de vera relig. cap.* 33. ſe vidiſſe Romæ ædes Eccleſiaſticas, tam bene ordinatas, tam regulari exactaque obſervantia gubernatas, ut ne quidem per diem aut noctem ſuſtinerent manere infra ſua tecta, perſonas moribus haud præditas, conformibus loco, quem inhabitabant. Vivebant, dicit ille ſanctus, toti in charitate: nec quidquam niſi charitatem ſpirabant, tam in compoſitione perſonæ, quàm in obtutu vultus: & ſi fortaſſis aliquis fuiſſet repertus, qui à laudabili hac declinaſſet conſuetudine, illum apud ſe pernoctare haud ſinebant: Charitati victus, charitati vultus aptatus: *Coitur in unam, conſpiraturque charitatem: hanc violare, tanquam Deum, nefas ducitur: huic ſi quis reſiſtit, expungitur, atque ejicitur; hanc ſi quis offendit, uno die durare non ſinitur.*

Absq; diligenti iſta ſedulaq; cura, habendi ſemper penes nos homines exemplares ac virtuoſos, obtinere non poterimus reſpectum & reverentiam ſtatui noſtro debitam, nec emolumentum, ac fructum vocationi noſtræ correſpondentem, ſuntque in hoc felices Diœceſes illæ, in quibus Prælati zelant electionem optimorum: Ita Paſchalis Secundus informat Dominicum Epiſcopum

pum Compoſtellanum: *Cardinales in Eccleſia tua presbyteros, ſeu Diaconos tales conſtitue, qui dignè valeant commiſſa ſibi Eccleſiaſtici regiminis onera ſuſtinere*: Ioan. Mar. Et S. Bernardus, ubi intellexit Guidonem, de Caſtello S. Rom. Eccleſiæ Cardinalem, ac legatum Franciæ, ad ſuam familiaritatem ac menſam admiſiſſe Arnaldum de Brixia, divulgato hoc rumore muneris ſui eſſe duxit Cardinalem admonere, ut à ſe repelleret hominem malignum. *Alioquin*, ſcribit, Ep. 196. *familiarem habere, & frequenter admittere ad colloquendum, ne dicam ad convivandum, ſuſpicio favoris eſt, & inimici hominis fortis armatura.* Secure *annuntiabit, & facilè perſuadebit, quæ volet, domeſticus, & contubernalis Legati ſedis Apoſtolicæ. Quis enim à latere Domini Papæ, & mali quidpiam ſuſpicetur? Sed & ſi in manifeſto perverſa loquitur, quis ſe facilè opponere audeat veſtro collaterali?* Ecce perniciosos effectus, procedentes à perſonis malis aut certè ſuſpectis, aut non proborum morum, quæ familiares ſunt, aut contubernales virorum Eccleſiaſticorum, hæcque conſideratio in planctum ac querelas in ſuis ad Pontificem ſummum litteris, coëgit erumpere S. Ivonem Epiſcopum Carnotenſem

ſe

ſem. Ep.29. ad *Paſch.2.* *Fit in Eccleſia mirabilis contemptus mandatorũ Dei, & ineffabilis morũ corruptela; cum ibi invenit quorumdam perverſitas incorrepta confugium, ubi innocentia ſola deberet habere præſidium.*

Non erat taliter in Diœceſi Burgenſi ſub regimine S. Gulielmi Archiepiſcopi, qui ſeſe optime reflexit, quanti ſui, ſuorumque intereſſet id in viva, perfectaque praxi obſervare, unde acta ipſius dicunt: *Eos duntaxat admittebat ad familiaritatem, quos ſanctitatis opinio commendabat; à quibus, ut magis magiſq; addiſceret eſurire, & ſitire juſtitiam, crebris eorum locutionibus frui volebat: Illis plane à familiaritate excluſis, quos vel ſciret notatos infamiâ, vel quibus ipſa familiaritas cauſa eſſet ejus contemnendæ dignitatis & functionis.* *Sur. Tom.* 10. *Ian.* Si hujuſcemodi comenſalibus ſtipatæ forent domus Eccleſiaſticorum, ad vivum repræſentarent ædes ac familiam Patriarchæ Abrahami, qui, quam primum à Deo accepit mandatum Circumciſionis, contentus haud fuit durum adeo rigidumq; præceptum exequi in ſua propria perſona, aut ſua prole, ſed, dicit Sacer textus: *Gen.27.* *Tulit Abraham Iſmael filium ſuum, & omnes vernaculos ſuos, univerſosque, quos emerat cunctos mares ex omnibus viris domus ſuæ, & circumcidit*

*carnem præputii eorum ſtatim in ipſa die, ſicut præceperat ei Deus.* Nolebat ſanctus ille ne[illegible]m domo ſua pati alios ritus, alioſve mo-res, quam quibus ipſe uteretur, atque id, quod in ſua fecerat perſona pro obſervanti[a] ac veneratione cœleſtis ac divini monito[ris] etiam in quolibet ſuorum executus eſt.

Format S. Joannes Chryſoſtomus *in 1. ad Tim. cap. 3. Hom. 11.* unam pulchram illationem deductam ex agricultura: Si quis videat ra-mos alicujus arboris fortes, ac floridos, ſtatim inferet, etiam radicem eſſe talem; ſi autem contra advertat aridos, languidos, ac emarci-dos, optimo fundamento dicit, vitium hoc o-riri ex radice: *Ex radice optima ſurculi pro-deunt firmiores, ac ſemper in meliora proficiunt.* Id ſane rectiſſimè ſequitur in domibus, ac fa-miliis Eccleſiaſticorum, quorum quales vide-ris eſſe ſervos, familiares, ac commenſales, ta-les & ipſos reputa: Acutè olim dicebat qui-dam: *Qualis eſt hera, talis & pediſſequa.* Hoc Apoſtolus contentus non fuit, præſcripſit Epiſcopis modum irreprehenſibilem, ac in-culpatum vivendi: *Oportet ergo Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe*, quaſi hoc nō ſufficeret, ſtatim ſubjungit: *Filios habentem ſubditos cum omni caſtitate,* ut inſinuet, commentante S. Chryſoſtomus, *in 1. ad Tim. Hom. 10.* ipſi

deb

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

debere habere domum repletam hominibus piis ac virtuoſis, qui indices ſint probitatis Patroni ædis: *Oportebat nempe, ut ex vicino, atque re domeſtica virtutis ſuæ præberet indicia: Quis enim crederet illum alienos quoſque ſubjectos habiturum, qui filios non habuerit ſubditos?* Et Dionyſius exiguus ſcribens Juliano presbytero Carnali ſanctæ Anaſtaſiæ, *Tom. 1. Conc. Labbe P. 3.* ego, dicit, tam felix non fui, ut ex vultu cognoviſſem S. Gelaſium ſecundum ſummum Pontificem, ex veſtris tamen moribus facile adverti, qualis domus ipſius foret ſtatus ac conditio: *Quanti ſit apud Deum meriti Beatus Papa Gelaſius; & nos, qui eum præſentia corporali non vidimus, per vos alumnos ejus facilius æſtimamus; cujus eruditione format, gradum presbyterii ſancta converſatione decoratis; ut in veſtrorum morum perſpicuo munere, ejus quodammodo videatur actio prælucere.* Quicunque Eccleſiaſtico Ordini adſcriptus eſt, diligenter advertat, retineatque memoriâ verſus illos, quos in quendam, nomine Publius, luſit Martialis Poeta: *Lib. 10. Epigr. 98.*

*Perdet te, pudor hic, habere, Publi,*
*Mores non potes hos, & hos miniſtros.*

## Caput Decimum Sextum.

### *Demonſtratur, quam deploranda ac ex- tialis ſit apud Eccleſiaſticos plurali- tas Beneficiorum.*

DUm paucis lineis adornaſſem *verum Ec- cleſiaſticum*, non unus ex amicis grati- me rogavit, an non foret è decore operis lius, aliquid dicere de affectu illo, ac inordi- to affectu quo plures feruntur Eccleſiaſtici pluralitatem beneficiorum: verùm cum h ſufficienter queat cognoſci ex vi vocatio ſuæ, ac ſpiritu, quo debent duci, qui non d- bet eſſe alius, niſi ipſe Deus, atque tota illa- pella, id ipſum conatus ſim inculcare ac d- monſtrare, pro amicorum ſatisfactione, id d- monſtratum ac deciſum habebo, dum c- ctos Eccleſiaſticos, ex corde cum Prophe *Pſ.72. v.25.* dicentes audiam: *Quid mihi e- cœlo, & à te volui ſuper terram? Deus co- mei, & pars mea Deus in æternum.* N- Domine, nunquid, dum me adſcribi militiæ Clericali, nonne finis mens fuit, m- torum ſpes redditium, aut pluriũ benefi- rum? Nonne unicus meus ſcopus, direct- mea fuit intentio, quærere, invenire, poſſid- te? Hinc generoſiſſimè recuſo, reſpuo, a- mi

minor, quidquid me abducere, aut abſtrahere poteſt à tam nobili ac excellente objecto intento; te ſolum deſiderans, nolo unquam cor meum dividi Præbendarum pluralitate, quæ quantum præjudicat, imo imcompatibilis eſt, cum cultu Eccleſiæ, per divinorum officiorum celebratione, tantum obeſt ſaluti animæ.

Dolebat in ſacris Canticis ſponſa, *cap. 1.* ſeſe, non obſtante valida adverſariorum machinatione, ac impugnatione, adactam fuiſſe ad plurium vinearum acceptandam curam, aſt ſucceſſu parum fauſto, dum enim deberet providere aliis vineis, neglexit propriam: *Poſuerunt me cuſtodem in vineis , vineam meam non cuſtodivi.* Per vineam illam vel campum intelligit Gulielmus Epiſcopus Pariſienſis, *Lib. de collat. & plural. Benef.* Eccleſiam, & beneficiū, per quod quilibet Presbyter illi eſt adſcriptus & obligatus, & cū gravitate ſermonis, ac pietate ſententiæ dicit: *Conductus pretio ſtipendii æterni, & etiā temporalis ad operandum in una Eccleſia, quæ & unica, & ager, & ædificatio ſpiritualis eſt, ut ait Apoſtolus: cōductus, inquā, eſt, id eſt inſtitutus, ſuſtinere non debet ad operandū in alia Eccleſia ſe cōduci, donec ſit abſolutus à prima cōductione.* Optimamq; hujus aſſignat rationem Doctor Angelicus D. Thomas, *Quodlib. 9. a. 15.* quinque graviſſimas aſſignans incon-

venientias, quæ ex beneficiorum pluralitate oriuntur Primo, quia non eſt poſſibile, quod unus in pluribus Eccleſiis ea præſtet ſervitia pro quibus tamen ſervitiis eſt Præbendatus: in illum enim finem ſunt beneficia iſta fundata, & inſtituta, redditusq; eorum illis diſpenſantur ideo, ut ibidem ſerviant Deo. Secundū inconveniens eſt iminutio cultus divini; dum loco plurium, unicus ſolum ſurrogatur. Tertiò, ſæpius in hoc defraudatur voluntas & intentio teſtatoris, qui ideo bona ſua legavit Eccleſiæ, ut in eadem foret competens, ac determinatus numerus miniſtrorum Dei. Ex quo ſequitur aliud quartum, inæqualitas diſtributionis, dum unus devorat ſolus ea, quæ ſufficientia erant pro honeſta ſuſtentatione plurium, & in quo unus abundat, alter eget. Quinto tandem plura alia oriuntur, prodeuntque incommoda, quæ omnibus patent, atque ex iiſdem ſufficientiſſimè innoteſcunt notata ſuperius ex ſacris Canticis damna, quæ, neſcio, an comentando, an plorando acute notavit quidā noſtri temporis ſapientiſſimus interpres, ac famoſiſſimus Apoſtolicus, orator: *Oliva. in cap. 1. com. in Cant. Cant.* *Utinā Prælati, quamvis rariſſimè, Eccleſiis non canant his contraria: Poſuerunt me cuſtodem in vineis, vineā meam non cuſtodivi, hoc eſt, Eccleſiis præfecerunt, ego paternam domum curavi*

*Et e*

*& extuli.* Quaſi vellet dicere : Quod multiplicatæ ſint Eccleſiæ, & in iis redundent, ſufficientesque ſint fundationes, ex hiſce nulla in Deum redundat gloria, nullus honor, reſpectus nullus, nulla utilitas proximo, nulla animæ, ſed diſtorquentur illa omnia ad finem aliquem omnino improprium, planèque diſparatum, imo, quod pejus eſt, omnino contrarium, ad impinguandas nimirum proprias domos ac familias. Quod ſi in legibus militaribus ac civilibus præſcriptum ſit : *C. l. 2. tit. qui militare poſſunt : l. his quidem, & l. hæc conſtitutio. Ut nemo duplici militia, vel dignitate, & militia ſimul utatur*, prohibitumq; ſit, *ne quis eodẽ tempore Advocatus, & Aſſeſſor ſit, neve duorum Magiſtratuũ Aſſeſſor ſit*, quid dicemus de militia Eccleſiaſtica, in qua multo ſtrictior eſt obſervantia, adverſarius formidoloſior, ipſe character nobilior, nullatenus illis aliis conferendus aut aſſimilãdus? S. Gregorius Nazianzenus dum conſiderat tria illa, quæ ſecundum Goffredum, reddere poſſunt juſtam beneficiorum pluralitatem, ſcilicet Eccleſiæ utilitatem, neceſſitatem, aut ſingularia perſonæ alicujus excellentis merita, dum hæc dico conſideravit, adeo ſe anxiũ, adeo corde conſtrictũ reperit, adeo ſpiritus ſui ſenſit turbatam quietem, ut in hæc eruperit verba; *de vita ſua car.*

*Quæ mihi tyrannis tam gravis menti fuit.*
Quid ſentiemus de illis, de quibus ſcripſit S.
Bernardus: *Serm. 33. in Cant. Honorati incedu*
*de bonis Domini, qui Domino honorem non de*
*ferunt?* Certè contra illos generosè loquitu
Ulricus de Argentina, ac tremendam hanc
profert ſententiam: *L. cen. plur. Si abſque ra*
*tionabili cauſa alicui concedantur plura bene*
*cia, non vera diſpenſatio, ſed crudelis diſſipat*
*ſecundum Bernardum eſt*: Datque hujus gra
vem ac fundatam rationem Panormitanus
*in C. Dudum. Quia hoc caſu, non ſolum alter*
*tur juris poſitivi diſpoſitio, ſed etiam Chriſti pa*
*trimonium injuſtè diſpergitur.* Ex hiſce, in Ec
cleſiam intruſa ſunt tam abominanda mon
ſtra, eo damnoſiora, quo occultiora, quæque
deplorat, ac deteſtatur Gulielmus Pariſienſi
*Lib. de vit. & peccat. 1. 9. Quid eſt, niſi monſtru*
*ſpirituale in corpore univerſalis Eccleſiæ? A*
*ſueti autem hujuſmodi monſtris, vel potius ho*
*rificam eorum monſtroſitatem non videntes,*
*ea jam expaveſcere neſcimus.*

Timebat autem hoc S. Gregorius Magn
ut in vita ejus refert Joannes Diaconus, ide
que continuo habebat in ore: *Singula Ec*
*cleſiaſtici juris officia, ſingulis quibuſque perſo*
*nis ſingillatim committi debere.* Quæ ſententi
inſerta juri Canonico, *L. 2. diſt. 86. Can. ſingul*
no

non ſolum ex veneratione habet vim perſuadendi, verum etiam præcepti locum obtinet per verbum illud *jubemus*, quod additum eſt; illudque dicit Cardinalis Bellarminus *Adm. ad Nep. Ser. Con. Canones horrent multiplicitatem beneficiorum.* Horrorem hunc demonſtrarunt jam à multis ſæculis, etenim in Concilio Lateranenſi tertio, celebrato ſub Alexandro III. expreſſa conſtitutio eſt, *cap. Refer. & cap. Præterea. extra. de Præben.* quod ſi Clericus aliquis plura habeat beneficia, unicum ſibi tantum retineat, quod ſibi videbitur commodius. Pergo ulterius ad aliud Lateranenſe quartum Concilium, quod per Antonomaſiã à ſacris Canonibus Generale appellatur, ad diſtinctionem præcedentis ſub Alexandro celebrati, *Fagn 1. p. 1. decret. de ſum. Trin.* quod ſimpliciter Lateranenſe vocatur abſque addito, in illo ergo quarto habito ſub Innocentio III. ipſo jure privatur primo beneficio, quiſquis auſus fuerit adire, ac tenere poſſeſſionem ſecundi: Et Joannes 22. in ſua extravagante, quæ incipit: *Ex crabilis*, diſponit, ac ordinat, quod quam primum alicui Præbendato confertur aliquod beneficium, ſtatim primum reſignet in manus Ordinarii, alioquin collatio ſecundi ſit nulla, cujus pacificam

ficam obtinuiſſet poſſeſſionem. Hoc ipſum jam anticipatè practicaverat ſuo exemplo Clemens IV. Pontifex Sanctiſſimus, qui cuidam ſuo Nepoti, tres habenti Canonicatus, inſinuari, ac mandari curavit, ut duos dimitteret, eligeretq; unum, ſibi magis placentem: nec Conſiliariorum perſuaſiones ullo modo inducere potuerunt Pontificem, ut à laudabili hoc deſiſteret propoſito, conſtantiſſimè aſſerens: *Spo. An. 1205.* *Si Deo, non carni ac ſanguini acquieturum: Deum ita velle, ut ſua in pias cauſas erogarentur; nec eſſe dignum Petri ſucceſſorem, qui plus cognationi, quam pietati, ac Chriſto tribueret.* Similiter cuidam Fratri ſuo Rectori Eccleſiæ certæ Parochialis, homini inſigni, ac vitæ valde exemplaris, noluit concedere unam alteram Parochiam meliorem, niſi prius per reſignationem ceſſiſſet priori. Nec Comitis Campaniæ Theobaldi preces, tantæ fuerunt authoritatis, & quidem per S. Bernardum ad ſum̃um Pontificem ob negotia tranſeuntem porrectæ, pro Nepote ſuo Guilielmo ratione alterius Præbendæ, moventibus ad hoc, & ætate adhuc ſatis viridi ſupplicantis, & intercedentis ſancti Abbatis ſuffragio, ut aliquid amplius efficerent, quam: *Ne cuiquam vel adulto, plures in pluribus Eccleſiis habere licet, niſi diſpenſatoriè quidem, ob magnam vel Eccleſiæ neceſſitatem, vel perſonarum*

*utili-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*utilitatem*: Cumq; Pontifex Dei loco diſpenſet, advertamus nonnihil, quid Bernardo Guidoni ordinis Prædicatorum, ac Papæ Pœnitentiario contigerit cum Gregorio IX. qui interrogatus, *An poſſet de plenitudine poteſtatis, de plurium beneficiorum detentoribus diſpenſare?* *Dion. Cart. con. plu. a. 7.* Manſitque in ejuſdem reſolutionis conformitate: *Non poſſum, niſi tantum ſuper vexatione detinentium diſpenſare*, quod idem eſt, ac ſi dixiſſet, libero vos à moleſtia temporali, ſed non à punitione Dei. Optima occaſione Carolus Magnus ſatisfecit huic noſtro propoſito, ac difficultati, dicens, quod ſicut foret Polygamia enormiſſima, ſi quis plures haberet uxores, ita quoque ſi quis plures Eccleſias: *Quia ſicut ſæcularis non amplius quam unam debet habere uxorem, ita & unusquiſq; Presbyter, non amplius quam unam debet habere Eccleſiam*, *Baluz. cap. Reg. Franc. to. 1. lib. c. 75.* ad quæ verba alludens S. Ivo Epiſcopus Carnotenſis, Gulielmo Archiepiſcopo Rothomagenſi, & Gisberto Epiſcopo de Eureuz *Ep. 153.* dicit: *Cum ipſa infantia mundi in Lamech carnalis Bigamia ſit culpata, quomodo poterit in ſponſa Chriſti, quæ eſt Eccleſia, laudari, quæ & Sacramento, & in veritate Sacramenti, uni debet viro deſponſari*: *Dartiſ. ſect. 9. c. 2. ex Gloſſa prag. ſanct. in tit. de collat.* Quod præclarè intellexit, inſignis quidã Epiſcopus,

cui cumoblata eſſet una Abbatia ſatis pinguis, conſtantiſſimè recuſavit duorum beneficiorum pluralitatem, dicens : *Abſit, ut habeam cum ſponſa concubinam* : Quapropter non abſque ratione à ſacris Canonibus pluralitas illa vocatur C. *Cler.* 21. Q. 1 *Negotiationis & turpis lucri proprium, & ab Eccleſiaſtica conſuetudine alienum; audivimus enim ex ipſa voce Domini, quod nemo poſſit duobus Dominis ſervire.* Obſervavit id accuratè, fortiterque ſeſe oppoſuit peſti illi tunc graviſſimè, ac perniciosiſſimè graſſanti, ſacra Tridentina Synodus *Seſſ.* 24. *cap.* 17. (deque eodem malo, vir ſecundum cor Dei, Jacobus Merlohorſtius piiſſimus pariter ac diligentiſſimus Parochus Colonienſis ſcripſit : *in annot. ad Ep.* 1 *Bernard. Peſtis illa ſic invaluit, ut jam penè fruſtra antidoton, & medicina paretur*) dum ſeveriſſimè prohibuit retinere duas Eccleſias; cum *valde felix ſit ille dicendus*, inquit, *cui unam Eccleſiam bene, ac fructuosè, & cum animarum ſibi commiſſarũ ſalute, regere contigerit.* Et ulterius conſiderãs incom̃oda, ex pernicioſa illa beneficiorum pluralitate reſultantia, exiſtimat illam potiſſimam fuiſſe cauſam perverſionis Ordinis Eccleſiaſtici, *cum Eccleſiaſticus ordo pervertatur, quando unus plurium officia occupat Clericorum.* Hoc eodem ſpiritu, qui infallibi-

fallibiliter aſſiſtit Conciliis legitimè, ac cum authoritate ſummi Pontificis congregatis, ſancivit, absque ulla aut perſonæ, aut conditionis, in quacunque eminente dignitate conſtitutæ exceptione, *ut in poſterum unum tantum beneficium ſingulis conferatur; quod quidem ſi ad vitam ejus, cui confertur, honeſtè ſuſtentandam non ſufficiat, liceat nihilominus aliud ſimplex, dummodo utrumque perſonalem reſidentiam non requirat, eidem conferre. Hæcque non modo ad cathedrales Eccleſias, ſed etiam ad omnia alia beneficia, tam ſæcularia, quam regularia, quæcumque etiam commendata pertinent, cujuscunque tituli, ac qualitatis exiſtant.*

Quid crederet tam ſolidam, quam ſanctam definitionem, ac ſtatutum, adeo facile, idque frivolas ob rationes violari ac eludi; idque eo amplius, quod ſemper prudentiorum, magisque celebrium in Eccleſia Dei ſententia fuerit, illius obligationem, ac obſervantiam eſſe ſub mortali culpa: quod ſane demonſtratur ex eo, quod jam ante multa tempora, dum Gulielmus Durandus Epiſcopus Mimatenſis, de Mandato Clementis Quinti librum ſcripſiſſet, de modo aut ordine celebrandi concilium, eumque ad concilium Viennenſe contulit, atque

in illo dicit *Rubric.* 21. *Theologorum communiter hoc habet opinio, quodſi unum habens beneficium, de quo poteſt non lautè, nec ad elationem & pompam, ſed communiter, & mediocriter ſuſtentari, & recipiat vel retineat aliud, mortaliter peccat.* Imo etiam multo ante, prout refert Spondanus ad an. 123°, in diſputatione habita Pariſiis in conventu Patrum Prædicatorum, unanimi Epiſcoporum ac Doctorum, inter quos etiam fuiſſe putat Bellarminus, Sanctos Thomam, & Bonaventuram, ſententia concluſum eſt: *in cap. ad Nep. 6. cont.* *Neminem cum ſalute animæ duo beneficia, dummodo alterum valeret in annos ſingulos quindecim libras Pariſienſes* (quod eo tempore, prout notat Analiſta, ſufficiebat, pro honeſta annua Eccleſiaſtici ſuſtentatione) *tenere poſſe.* Et quia Philippus Cancellarius fuerat in contraria opinione, dum ad extrema deductus eſt, & quaſi impendendo alteram doctrinam dixiſſet, ſe nolle uno ſolo retento, ullatenus alia dimittere, paulo poſt ante Dei tribunal deductus, ibidemque ad infernum damnatus, ex juſta Dei diſpoſitione apparuit Gulielmo Epiſcopo Pariſienſi tunc orationi vacanti, eique declaravit atrociſſimas, quas patiebatur, pœnas, quodque ad æternos ignes fuiſſet

damna-

damnatus *Thom. Cant. l. 1. ap. cap. 19.* ob tres cauſas, inter quas hæc una erat, quia, *contra ſententiam plurimorum de pluralitate beneficiorum, quaſi licitè retinendorum, ſententiam propriam defenſavi, & in hoc me periculo mortalis culpæ commiſi.* Et adhuc clarius, quidam alter magnus ac nominatus vir, poſt mortem apparens cuidam Religioſo dixit: *hæc ſola præbendarum cauſa eſt, pro qua infelix ego, æternaliter ſum damnatus.* Quidam alter univerſitatis Lovanienſis Magiſter nomine Joannes, fuit quidem per divinam miſericordiam præſervatus à flammis æternis, non tamen à crudeliſſimis purgatorii temporalibus. Erat ille, dicit Theodoricus author vitæ Dionyſii Carthuſiani apud Bollandum, homo ſuo tempore totus venerabilis, optimæ, integerrimæque vitæ, ſobrius, honeſtus, pudicus, amans Religionis, juſtitiæ tenaciſſimus, uno verbo talis, quales paucos reperies, qui commune bonum privatæ ſuæ, propriæque præferebat utilitati: *Hujus*, ſubjungit Author, *Act. SS. 12. Martii c. 4. hic laudes recenſeo propterea, ut diſcatur, quibus meritis evaſerit pericula æternæ damnationis. Si quidem niſi tam præclara in eo inventæ fuiſſent virtutes, niſi tanta etiam contritione pœnitens ſæculo emigraſſet,*

ob

*ob Eccleſiaſtica beneficia, quæ multa poſſederat, ſupplicium æternum, quod multi hodie non formidant, non evaſiſſet.* Proſequitur ulterius, narratque, quomodo redditus ſuos quos è ſacris percipiebat beneficiis, non impenderit in inutilia, ac ſuperflua ædificia, non in luſibus inordinatis, aut alendis canibus ac equis, non in crapulis, aut commeſſationibus, ſed in dotando ac ædificando monaſterio Canonicorum Regularium Ruremundæ, in erigendis Collegiis Daventriæ, ac Coloniæ, in benefaciendo Religioſis Carthuſianis, apud quos Ruremundæ cum onere perpetui anniverſarii voluit ſepeliri. Dum ergo finito primo anno, celebraretur anniverſarium pro defuncto, & in officio defunctorum perveniſſent usque ad canticum Zachariæ, Dionyſius vigilantibus oculis contuitus eſt ſuper defuncti ſepulchro, quod erat in Choro, in modum feretri flammas igneas ſe conglobaſſe, quæ fumi obſcuritate, & ſulphuris fœtore erant horribiles. Exterritus Venerabilis Vir viſo iſto, adſtantem ſibi Fratrem pulſans, ſpiritualis viſionis eſſe myſterium intellexit, vehementerque doluit, recolens defuncti ſobrietatem, integritatem, ac virtutes, idque amplius eum affligebat, quod neſciret

an flammæ illæ æternas inferni, an temporales portenderent Purgatorii? Labitur interim annus, nec interea quidquam advertit Dionyſius circa negotium iſtud, recurrente autem denuo die anniverſario, apparuit ipſi iterum ſupra tumulum talis flamma, quæ tamen non erat adeo impura, aut plena fumo, neque tam atrox quam altera, ſed clarior, benignior, ac mitior. Poſt hanc ſecundam viſionem iterum expectavit per annum ac redeunte tempore anniverſario, ipſo eodem die Dionyſius raptus eſt in mentis extaſim, nec jam, ut antea corporeis oculis, aut imaginaria, ſed intellectuali viſione didicit futuram defuncti ſalutem; quapropter haud tardandum ratus, ut ſalus ipſius acceleraretur, plurima pro anima ipſius impetravit devota ſuffragia ſacrificiorum ac eleëmoſynarum, ipſeque Dionyſius hac excitatus viſione, ac tam mirabili eventu, ſcripſit excellentem tractatum illum, *de periculoſitate pluralitatis beneficiorum*, qui omnium Eccleſiaſticorum deberet teri manibus, ut conſiderantes periculum, in quo verſantur, generoſa reſolutione errorem ſuum emendent, providèque prævertant terribilem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bilem à S. Bernardo fulminatam, & ab Angelico Doctore *Quodlib. 9 ar. 5.* repetitam ſententiam: *Qui non unus, ſed plures eſtis in beneficiis, non unus, ſed plures, eritis in ſuppliciis.* Nunquam ceſſat, nunquam feriatur divina Providentia, quin omni poſſibili via ac modo, exorbitantes aut errantes in viam ſalutis reducat, advertens autem à pluribus aut non conſiderari, aut non curari ſubſequentis vitæ pœnas, hinc ſæpius in præſenti hac vita ſenſibiliter quosdam punivit, ut ad oculum demonſtraret, quantum ſibi diſpliceret in perſonis ſibi ſacratis hujusmodi beneficiorum pluralitas. Tranſeo domum Heli, per duorum ſuorum filiorum interemptionem, aliasque graviſſimas pœnas, in figuram & exemplum poſitam iis, qui illos in eodem ſequuntur errore, quem ſacer textus, detegens eorum exorbitantias, expreſſit dicens: *1. Reg. 1. c. 2.* *retrahebant homines à Sacrificio*, circa quod ſtatim obſervavit Cardinalis Cajetanus *in ſum. V. Benef.* id factum eſſe ob pluralitatem beneficiorum, per quam, *unus occupat loca multorum, alii autem eſuriunt.* Alter quoque Cardinalis Toletus, *de instruct. ſac. l. 5. c. 10.* recognovit, præ aliis, mala redundantia ex illa plurium beneficiorum infauſta ſcaturigine

ne, hæc enim fundata ratione nobis reliquit pro inſtructione: *Privatur Deus cultu ſuo, magis enim, & melius per plures miniſtros, quam per paucos colitur. Secundo privatur Eccleſia ſuo jure: dum enim unus uſurpat, Eccleſia caret ſuis miniſtris, & ſic deſtruitur.* Tranſeo iterum miſeriam ac pœnam iſtam, penuriæ, ſterilitatis, aliorumque infauſtorum eventuum, prædictam à Malachia cap. 2. à Deo infligendam Eccleſiaſticis: *Et nunc ad vos mandatum hoc, ô ſacerdotes, ſi nolueritis audire, & ſi nolueritis ponere ſuper cor, ut detis gloriam nomini meo, ait Dominus Exercituum, mittam in vos egeſtatem, & maledicam benedictionibus veſtris, & maledicam illis, quoniam non poſuiſtis ſuper cor.* Cui omnino ſubſcribit Gulielmus Pariſienſis, dum quoque ex ſpiritus ſancti præcitato dictamine, de pluralitate beneficiorum, dicit, *apud Dionyſ. Cart. conc. plur. ar. 8.* non ſolum ſuis membris, ſed etiam miniſtris privari Eccleſiam: *defraudant Deum præconiis gloriæ ſuæ, ac membrorum officiis &c.* Pergit ulterius idem author examinare incommoda, quæ patiuntur ii, qui obſeſſi ſunt à Dæmonibus; hi enim alterando corporis humores, inquilinos ſuos variis, miſerrimisque ſubjectos reddunt affectibus ac alterationibus, ex quibus appa-

paret

paret effectus vindicatricis divinæ Juſti-tiæ, refertque pro fundamento hujus rei, id quod contigit cum quodam obſeſſo Lucæ octavo capite; interrogans enim Chri-ſtus Dæmonem: *Quod tibi nomen eſt?* Re-ſpondit per os Energumeni: *Legio, quia in-traverant Dæmonia multa in eum:* O, ſub-jungit Gulielmus, quam multis poſſemus imponere tale nomen! *Reſpice Eccleſiam Dei, quantum ad Clerum, & vide, qui ſunt, quibus competit nomen illud Dæmonis qui in Evangelio ait, legio mihi nomen eſt, quia multi ſumus; nam & iſti ſic mul-ti ſunt* Mar. 5. *unusquisque enim illorum, unus eſt in perſona, multi in beneficiis.* Et ſicuti nomen Dæmonis illis competit, ita quoque, ſic diſponente divina vindica-trice juſtitia, effectus illius ſentiunt, ſum-mèque tragicos, ac miſerabiles exitus ſor-tiuntur. Unde enim tam improviſæ, & horribiles plerumque mortes, niſi à ple-ctente omnipotentis dextera, in hujusmo-di plurium beneficiorum uſurpatores fir-mata, ac diſtricta? Confirmo quæ dico, fi-de, ac authoritate Religioſiſſimi Canti-pratenſis, qui narrat ſe vixiſſe duodecim annis in certa civitate, in cujus Cathedra-li Eccleſia erant ſexaginta duo Canonici, q

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

non contenti pinguibus ſuis præbendis, pluribus aliis fruebantur beneficiis, & omnes fermè, malo fine perierunt: *Vide ergo* (concludit ille author *lib. 1. Apum. cap. 19.*) *qualem vindictam DEI in ipſos turpiſſimos detentores (mihi teſtis & judex eſt ſanctiſſima Trinitas) quod paucos eorum vidi communi morte defungi, ſed ſubito omnes, & reprobè mori.*

Tantis itaque perpenſis tam temporalibus quam ſpiritualibus ac æternis malis, quæ ex beneficiorum pluralitate ſcaturiunt, quis in poſterum avide, anxiève ſtudebit, voletve ea accumulare? Quis prudens, quis ſenſatus ſataget adipiſci id, quod bona temporalia depaſcit, & inſuper æterna evertit? Integro libro hoc ipſum argumentum cum magna ſatisfactione diſcuſſum legi apud alium Gulielmum de Place, *lib. de Cler. ſanctim. & Eccleſiaſt. Benef. ſingul.* qui eſt ſolidis rationibus, & authoritatibus ſummis ac ineluctabilibus laborat eliminare, ſtirpitusque evellere ex Eccleſia DEI malum illud tam exitiale, tam execrandum, adeat illum, legatque cuicunque placet ac vacat. Verùm, à funeſtis illis triſtibusque exemplis, quæ propoſuimus, tranſeundo, proponamus no-

nobis glorioſam mortem Beati illius Eccleſiaſtici Godefridi Dunei, qui non absque ſingulari divina diſpoſitione hiſce noſtris temporibus pro ſpeciali exemplo Beatorum faſtis eſt adſcripſus, ac inter felices Gorcomienſes Martyres vexillum erexit: de hoc, inter reliquas alias ejus eminentes virtutes, quæ ipſum indubiè ad pretioſam Martyrii palmam diſpoſuerunt, refertur præcipuam quodammodo fuiſſe, quod *unico, eoque tenui beneficio Eccleſiaſtico contentus, cui præſens deſerviebat, nihil ultrà quæſivit.* *Eſtius in Hiſtor. Martyrum Gorcomienſium.* Utinam pretioſus ille ſanguis, ſuorumque aliorum conſociorum Parochorum Martyrum apud Deum efficaciter intercedat, ut corda Eccleſiaſticorum vera illuſtrentur luce, ne in illos cadat juſtiſſima illa cujusdam pii ac zeloſi ſcriptoris querela: *Qem mihi dabis, qui ſua ſit ſorte, aut vocatione contentus, cui non protinus habita vileſcant, qui non inſana cupiditate ampliorum beneficiorum jugiter ardeat?* Nicolaus *de Clamengiis. l. de ſtud. Theol. Tom. 3. Spicil. Dacherii.*

( o )

VE

# VERI
# ECCLESIASTICI
## LIBER QUARTUS,

In quo tractatur de Excellenria ac utilitate Sacrificii Miſſæ, variæ ad illud inſinuantur præparationes, commendatur frequens ac devota illius celebratio, ejusdemque ritus ac ceremoniæ explicantur.

### Caput Primum.

*Singulari, multumque nocivo ſtratagemate conatur Dæmon ſopire ſeriam reflexionem, vivacemque æſtimationem maximè ſalutiferi, primariique Eccleſiæ Dei myſterii, Incruenti Miſſæ ſacrificii.*

SCeleſtus ille Antiochus, dum ſanctæ civitatis ultimum machinaretur excidium, templumque toto orbe notiſſimum, miſerandum in modum exſpoliaſſet, quænam fuit prima illa præda, quam

ex

ex illo aſportavit? *Intravit in ſanctificationem cum ſuperbia, & accepit*, 2. *Machab*. 1. 23. forte, ditiſſimam vaſorum ſacrorum ſupellectilem? An Rationale, pretioſiſſimis ornatum lapidibus? An menſam, quæ erat de auro puriſſimo? An forte Arcam, unicum Hebraicæ Synagogæ theſaurum? Minime: *Accepit Altare aureum, & candelabrum luminis*; aufert altare, tollit candelabrum, hisque ſpoliis rapacitati ſuæ putabat ſatisfactum: Quis per impium Antiochum, abominandumque ejus factum denotatur (ſi quidem *in figura omnia illis contingebant*) niſi infernalis inimicus noſter, nimis vigil, nimisque attentus, quomodo Eccleſiam turbare ac inquietare valeat, atque ideo præ omnibus laborat, cunctaque ſua adhibet machinamenta, ut altare poſſit ſubmovere, id eſt impedire incruentum ſacrificium, aut ad minus extinguere candelabrum, id eſt tollere lumen vivæ cognitionis, juſtæque ac veracis apprehenſionis, Sacerdotibus neceſſariæ, ad debitè obeundum ſuum miniſterium, Hierarchiæ Eccleſiaſticæ unicè eſſentiale, ſimulque proficuum. Manna evidentiſſimum Sacroſanctæ Euchariſtiæ ſymbolum, unde ſuam ſortitum fuit denominationem? *Quod cum vidiſſent filii Iſrael*

di-

*dixerunt ad invicem, Manhu, quod ſignificat, quid eſt hoc? Ignorabant enim quid eſſet?* Exod. 16. v. 15. Ignoſcenda in hac parte erat Hebræorum ignorantia, cum cibus eſſet totus novus, inſolitus, ac omnino inexſpectatus; aſt in legis novæ, ac Evangelicæ Sacerdotibus ex ſacræ Scripturæ documentis inſtructis, edoctisque Sacramentorum, quæ adminiſtrare debent, eſſentiam, imo ipſiusmet Chriſti ſubſtitutis ac vicariis, hujusmodi non debet tollerari inſcitia; atque ideo ſi forte alibi talis reperiretur defectus, multo magis, quam in Hebræis foret culpabilis, juſtèque timendæ forent illæ per Prophetam Oſeam *cap. 4.* intentatæ minæ: *Quia tu ſcientiam repuliſti, repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi,* per quam ſcientiam intelligo, veram cognitionem, attentionem, & ſi poſſibile foret, intimam penetrationem illius functionis, cui major non ſolum non poteſt dari aut in terra, aut in Eccleſia, ſed ne quidem concipi imaginatione. Deberet quisque Sacerdos ad excitandum in ſe magnum affectũ, ac ſingularem æſtimationem tanti ſacrificii, ſæpius ſeipſum alloqui, ac rogare: *Quid eſt hoc?* Id eſt, cum magno fervore penſare verba

illa, *hoc eſt corpus meum, hic eſt ſanguis*
*meus &c.* quibus nos conficimus unum
tam nobile, tam præſtans ac pretioſum ſa-
crificium, quale nunquam viſum aut au-
ditum fuit apud ullas nationes. Hinc eſt
quod ſacroſancta Tridentina Synodus
S*ſſ* 22 *cap.* 11. provida conſtitutione ordina-
verit: ut animarum curatores ſæpius in-
*ter miſſarum ſolemnia* ad populum perora-
rent de excellentia myſterii incruenti ſa-
crificii: Dicere ergo oportet Eccleſiam
magis eſſe ſollicitam, quam nos ipſi il-
lius miniſtri, circa exactam ac punctua-
lem illius celebrationem, utque ſingu-
lari mentis applicatione ſtuderemus intel-
gere ac cognoſcere excellentiam ſancti-
tem, ac utilitatem tanti Myſterii.
hæc eſt ratio, quæ me movit, ac per-
ſuaſit, ut præter ea quæ lib. 1. cap. 4. de
hac materia diximus, hæc pro opt-
hujus complemento ſuperadderem; cu
enim potior, ac principalior noſtri mi-
niſterii ratio conſiſtat in conſecratione, ac
oblatione ſacræ Euchariſtiæ, non video,
quomodo melius *verum Eccleſiaſticum* for-
mare queam, quam ſi coner inducere
lum ad zelum, fervorem ac attentionem
ti

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tanti myſterii, evadatque dignus miniſter tam tremendi ſacrificii. Scripto reliquit de hoc ipſo Doctor Seraphicus: *in Comp. Theol. Verit. lib. 6. cap. 23. Miſſa tam plena eſt myſteriis, ſicut mare guttis, ſicut ſol atomis, ſicut firmamentum ſtellis, ſicut cœlum Empireum Angelis*; & tamen tam pauci ſunt in Clero qui illa conſiderant, ponderantur pondere ſanctuarii, ut fermè de innumerabilibus, quæ indies offeruntur, ſacrificiis idem dicere poſſem, quod olim de miraculis ſcripſit S. Auguſtinus: *Trac. 24. in Ioan. Aſſiduitate viluerunt, ita ut nemo dignetur attendere*: Nobiliſſimis epithetis exornat miſſam S. Franciſcus Saleſius, in aurea illa ſua introductione ad vitam devotam, dum illam appellat, dicitque quod ſit, *ſol exercitii ſpiritualis, centrum Religionis Chriſtianæ, condevotionis, anima pietatis, myſterium ineffabile, quod comprehendit abyſſum divinæ Charitatis, medium per quod DEUS realiter, magnificèque nobis applicat communicatque ſuas gratias ac favores.* Iterum lego in quodam libello, intitulato: *Præparatio ad ſanctum Miſſæ Sacrificium*, excellentiſſimos datos titulos, eidem nunquam ſatis laudato ac deprædicato Myſte-

 rio,

rio, dum vocat: *Paſſionis Chriſti repræſen-tationem, unigeniti Dei filii ſacrificium, hu-mani generis remedium, omnium Sacerdotum opus ultimum, Trinitatis gloriam, Angelo-rum lætitiam, juſtorum ſolatium, peccatorum veniam, vivorum ſubſidium, mortuorum re-frigerium.*

Sed ut melius percipiatur ſumma illa excellentia, qua præ reliquis aliis ſacrifi-ciis pollet ſacratiſſimum ac incruentum Miſ-ſæ ſacrificium, intelligaturque illud, quod in Apocalypſi *cap. 13. verſ. 3.* regiſtratum eſt de cœleſti Agno ſeſe offerente, quique, *oc-ciſus eſt ab origine mundi*: Quamvis enim à primo mundi exordio tam in lege naturæ, quam ſcripta per quinquaginta ſæculorum decurſum à primo generis humani depoſi-to flore, plurima oblata fuerint ſacrifi-cia, illa tamen omnia ſolæ erant umbræ & figuræ hujus noſtri, ideoque à S. Cypriano *Epiſt. ad Cæcil.* vocatur *verum & plenum*, ad-ditque verbis hiſce robur teſtimonium Apo-ſtoli: *In ipſo inhabitat omnis plenitudo Divini-tatis corporaliter. Coloſſ. 2. v. 9.* Milliones in-numerabiles illorum ſacrificiorum, aut Ho-locauſtorum, apud Patrem æternum non æquarunt valorem unici ſolius incruenti ſa-crificii, ſui unigeniti, unde in quadam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

lecta ſecreta legimus: *Dom. 7. poſt. Pent. Deus qui legalium differentiam hoſtiarum, unius ſacrificii perfectione ſanxiſti* &c. Apparebatque etiam DEUS quandam quaſi contraxiſſe nauſeam ab animalium macello, illorumque ſanguine, quo ſemper illorum redundabant altaria: *Nunquid manducabo carnes taurorum, aut ſanguinem hircorum potabo?* inquit per os David, *Pſ.* 49. *v.* 13. redditque hujus rationem Apoſtolus in Epiſtola ad Hebræos: *cap.* 10. *v.* 5. *Impoſſibile enim eſt ſanguine taurorum & hircorum auferri peccata, ideo ingrediens mundum dicit: Hoſtiam & oblationem noluiſti, corpus autem aptaſti mihi; Holocautomata pro peccato noluiſti, nec placita ſunt tibi, quæ ſecundum legem offeruntur; tunc dixi ecce venio*, quem textum exponens S. Thomas *ibid.* dicit: *Quando corpus aptaſti mihi in conceptione, dixi, ecce venio ad Paſſionem*; Jam verò, quis ignorat Miſſam eſſe illud idem ſacrificium oblatum in morte calvariæ ſuper altare Crucis, ſolo offerendi modo diverſum, quod illud cruentum fuerit, hoc autem incruentum? Quis ergo ex hoc non cognoſcit Sacrificii noſtri valorem, ſupra omnes legis veteris oblationes, illiusque Sacerdotium, ſiquidem manibus noſtris offerimus Regem Gloriæ,

illeque obedit ac paret voci noſtræ, *qui reſpicit terram, & facit eam tremere*: ubi illi inſtar lanionum in macello, nihil amplius faciebant quam mactare boves, occidere tauros, decoriare oves, agnos, & ſimilia alia legalia officia obibant & exercitia; & tamen inter tot noſtros Sacerdotes, qui non ſolum conficiunt coronam Angelorum, verum etiam quos circumſtat quotidie in ſacrificio Chorus Angelorum, tam rari ſunt qui ſeſe ſerio reflectant ad ea quæ tractant ac peragunt, ut merito cum Jeremia *cap.* 12. *v.* 11. dicere poſſem: *Nullus eſt, qui recogitet corde.* Multum ad propoſitum hoc noſtrum conducunt ritus, à Domino Hebræis præſcripti circa ſacrificium Agni Paſchalis, expreſſæ figuræ hujus noſtri. Primo ordinavit Deus *Exod.* 12. *verſ.* 13. ut antequam offerretur, illum per dies aliquot in domibus ſuis aſſervarent, non obſtante, quod nihil crudum ex eo manducare poſſent; per quod videtur mihi Deus innuere voluiſſe ſacerdotibus noſtris Evangelicis, ut priusquam audeant accedere ad ſacrum Altare, ſedula prius meditatione bene perpendant, ac accuratè examinent, exactaque mentis applicatione ſibi vivè imprimant, quanta cum reverentia, humili-

militate, ac pietate tremendum illum tentare debeant acceſſum, qui ſublimiſſimas cœlorum poteſtates in ſtuporem adigit & tremorem. Ulterius mandavit; *Non comedetis ex eo crudum quid*, id eſt, juxta interpretationem Sancti Bernardini: *Tom. 2. Ser. 57. D. 2. cap. 1.* *Crudum ſumit deſidioſa indiſcuſſio, id eſt, qui mentem ſuam diligenter non diſcutit, vel qui non cogitat, quid recipit*; ideo cum pane vitæ æternæ, conjungitur etiam intellectus: *Cibabit illum pane vitæ, & intellectus*, ad inſinuandum ſacram Altaris oblationem, partem ſibi quoque vendicare in intellectu, ut nimirum offerens totum ſeſe occupet in conſideratione illius excellentiæ ac dignitatis, proficiatque non ſolum ſibi, ſed & toti mundo. Comederunt Hebræi Manna prout de cœlo decidit, *Exod. 16. v. 14.* ſed erat contuſum ac quaſi in pulverem redactum, ex quo deducit S. Ambroſius *lib. 1. de Cain. & Abel. c. 6.* pulcherrimam moralem doctrinam, optimè propoſito noſtro accomodatam: *Hunc cibum menti noſtræ deferamus, qui multa attritus meditatione, ac politus, cor hominum ſicut illud cœleſte manna confirmet, ſi non otioſè tritum, & politum accipimus, eo quod divina ſcripturarum eloquia* (mutemus nos, & dicamus, *Divina Euchariſtica myſt.ria*)



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ſteria) diu terere ac polire debemus, toto ani-mo, & corde verſantes.* Eadem incarnata Sa-pientia in nullo alio fidei myſterio tantam præmiſiſſe legitur animi præparationem, quantam circa inſtitutionem ſacroſanctæ Eu-chariſtiæ, prout patet legenti caput 6. S. Jo-annis: *Non legitur in Evangelico* (eſt refle-xio Didaci Stellæ *in c. 22. Luca.*) *Chriſtum Dominum rem aliquam adeo excogitatam, & tanta præparatione feciſſe, ſicut hoc ſanctiſſi-mum ſacramentum.* Nec debet hic ſub ſilen-tio tranſiri conſideratio illa, quod non abs-que arcano motivo pro primorum ordina-tione Sacerdotum, ac venerabilis hujus Sa-cramenti Altaris inſtitutione, nō qualiscunq; obvius ſit electus locus, ſed mons *Sion*, quod idem eſt ac *ſpeculatio*, utpote in quo tota naſcens Eccleſia per decem dies continuo in-tenta hæſit ſanctæ meditationi, & in quo Spiritus Sanctus cum cœleſtium ſuorum Chariſmatum affluentia, ſuper illos deſcen-dit; ſi ergo locus, ubi fuit inſtitutum ſacra-mentum, ita vocetur, utique erimus obligati ad conſiderandum, beneque perpenden-dum ineffabile illud ſacrificii myſterium, cu-jus ſumus miniſtri: videturque ad hoc vo-luiſſe alludere Oſeas Propheta, cum diceret c. 7. v. 14. *ſuper triticum & vinum ruminabant*

quo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quod, ſi nos idem faceremus, qui tantam habemus notitiam valoris, ſanctitatis, ac excellentiæ noſtri myſterii, forent Sacrificia noſtra multo gratiora, & acceptiora Domino. Deſcribitur accuratè, & quaſi delineatur capite quinto canticorum ſponſa, per quam præfiguratur Eccleſia, idque per columbam ſuper rivulum aquæ; verùm, cur potius per hanc avem, quam per Aquilam, aut Phœnicem exprimitur? Cur columba eſt ſuper aquas? Meminiſci oportet, quod Spiritus Sanctus, qui eſt anima ſacri Ordinis: *Accipe Spiritum Sanctum*, viſus fuerit ſuper Jordanem in ſpecie columbæ; verùm magis accommodatè ad noſtrum propoſitum, advertenda eſt una alia proprietas in innocente illo animali, & eſt, quod dum bibit, quot guttas recipit, toties caput ad cœlum ſurſum elevet: cum ratione itaque ac fundamento per illam denotatur Eccleſia, quod idem eſt ac ſacerdotiũ, quoad functionem tanti ſacrificii & ſacramenti, à ſancto Bernardino *Tom. 2. ſec. 55. art. 2. cap. 2.* denominati, fons gratiæ: *Fons omnis gratiæ, unde Sacramentũ Euchariſtia, id eſt, bona gratia, nominatur.* Fons, de quo ſacerdos æternus pronuntiat: *Fons aquæ ſalientis in vitam æternam* ſuper aquã iſtam ſalutarem aſcendamus



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mente in cœlū, ſeriaq; contemplatione perpendamus tantum Sacramentum, utq; de eodem formemus dignū conceptum, ſequentia haud longe exarare volui capita, ſperoque non verificandum id, quod magnus ille vitæ ſpiritualis Magiſter Thomas à Kempis *lib. 4. c. 2. n. 12.* ſcripſit: *Dolendum valde, quod multi hoc ſalutare myſterium parum advertunt, quod cœlum lætificat, & mundū conſervat univerſū.*

## Caput Secundum.

*Sacroſanctum, ac incruentum Miſſæ Sacrificium mundum conſervat, Eccleſiam ſuſtentat & fidem.*

QUod incruentum ſacrificium ſuſtentaculum ſit, quo mediante conſervetur mundus, ne corruat, clariſſimè deduci poteſt ex verbis illis, quibus offertur Calix: *Offerimus tibi Domine Calicem ſalutaris, tuam deprecantes Clementiam, ut in conſpectu divinæ Majeſtatis tuæ pro noſtra, & totius mundi ſalute, cum odore ſuavitatis aſcendat.* Scelera continua ac peccata, quibus perverſum humanum genus ſingulis momentis irritat, provocatque iram æterni Patris, ut merito fulminibus in illud detonaret, effunderetque ſuper illud theſauros iræ ſuæ, diſſimulantur, pœna-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pœnaque promerita avertitur, beneficio ac interceſſione Divini illius ſanguinis, multo facundioris illius Abelis in lege veteri: *Exod. 12. v. 13. videbo ſanguinem, & tranſibo, nec erit in vobis plaga diſperdens*, & ſicut nos delictis noſtris non ceſſamus provocare rigorem vindictæ, eodem modo Sacerdos æternus non intermittit omni hora ac momento ſeipſum offerre pro nobis in miſſa; unde etiam denominatur *juge convivium*, ita ut dum noſtrum hemiſphærium noctis involvitur tenebris, alterum diei illuſtretur lumine, atque ita continuo jugiterque celebretur in Chriſtianitate. Dum Deus univerſalis diluvii aquis ſubmerſiſſet omnem terram, ac Noe, ſua cum familia, exigua tantæ ſtragis, tantique excidii portione, manſiſſet ſalvus, poſtquam primum pedem Arcæ extulit, naufragumque mundum denuo calcare cœpit, primum quod fecit, erat, ſuper arenas erigere Altare Domino, ac ſuper illud offerre victimas & holocauſta, nec fefellit ipſũ hæc ſua pia intentio, per hanc namque retulit inviolabilem pacis, ac conſervationis promiſſionem, ſed etiã confirmationem ejuſdẽ: *Odoratusq; eſt Dominus odorẽ ſuavitatis, & ait, nequaquã ultra maledicã terræ, non ultra percutiam omnem animã viventem. Gen. 8.* Si tantũ

ergo valuerit apud æternum Patrem vilium oblatio animalium, quanto majoris ponderis, ac valoris erit pro univerſi conſervatione Holocauſtum illius de quo ſcriptum eſt: Matth. 12. v. 18. *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui?* Quapropter non abſque ratione hæc litterarum conſignavit monumentis Timotheus Presbyter Hieroſolymitanus: Or. de Proph. Sim. *Divinæ, ac myſticæ menſæ operam damus, per quam mundus firmatur, per quam terrarum orbis conſiſtit.* Imo ipſamet etiam incarnata Sapientia, dum antecedenter ageret de hoc Altaris ſacramento Joannis ſexto capite, expreſſe declaravit, illud non ob alium finem eſſe inſtitutum, quam ad vitam impertiendam mundo: *Pater meus dat vobis panem de cœlo verum, panis enim Dei eſt, qui de cœlo deſcendit, & dat vitam mundo*: quo audito, ſeſeque reflectentes ad tam neceſſarium ſuſtentaculum, ne mundus periclitaretur, ſtatim ſubjunxerunt audientes: *Domine ſemper da nobis panem hunc*, quæ ſupplica abundantiſſimè à Domino exaudita fuit, dum poſtea inviolabilem hanc illis fecit promiſſionem: *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus: uſque ad conſummationem ſæculi.* Math. 11. v. 20.

Tam verum eſt, ſacratiſſimum Altaris Sa-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cramentum eſſe ſuſtentaculum mundi, ut vel ex umbris illius ac figuris veritas hæc eluceſcat. Dederat DEUS Abrahamo primo credentium Patri inveſtituram terræ promiſſionis, eamque ad totam ipſius ſubſequentem extenderat progeniem, & generoſum conſtantiæ actum, quo affectum paternum poſtpoſuerat mandatis divinis, paratusque fuerat propriis ſuis manibus unicum ſuum mactare filium, & in ſacrificium offerre Altiſſimo; cur autem per tot ſæcula illius deſtitit accipere poſſeſſionem? Textus ipſe rationem ibidem inſinuat: *Gen. 15. v. 16. Nondum enim completæ ſunt iniquitates Amorrhæorum.* Verum hoc eſt, quod non capio, cum illorum ſcelera populorum ultra numerum omnem terminumve excreviſſent, perveneran tque ad *maximum quod ſic*? Totum hoc eſt veriſſimum, nihilominus ad illorum conſervationem, dilationemque ultimi eorum exterminii, ſufficiebat quod pro illis ſacrificatum fuiſſet vero Deo, quod deduco ex eo quod advertit Theodoretus: *Quæſt. 64. in Gen. Quod autem iis temporibus eſſent viri pii, patet ex Melchiſedecho*, qui, prout patet ex capite præcedente, erat Sacerdos Domino gratiſſimus, typusque æterni Sacerdotis Chriſti, unde in prima Antiphona

Feſti Corporis Chriſti canimus: *Sacerdos in æternum Chriſtus Dominus ſecundum ordinem Melchiſedech, panem & vinum obtulit:* Si ergo ſola umbra oblationis noſtræ incruentæ tam potens efficaxque fuerit ad manutenendos, ac conſervandos Palæſtinos, eo quod inter ipſos vixiſſet Melchiſedech, quanto potentius erit figuratum ipſum ad avertendos à nobis iræ divinæ ictus fulmineos, quæ noſtris provocata ſceleribus ultimam nobis minatur ruinam ac excidium? *Filius oſtendit Patri latus & vulnera*, meditatur S. Bernardus, non in alium finem quam ut aggerem objiciat ejus indignationi, quod præſtat in ſacra miſſa, tanquam proprio ſuo locó, & renovatione mortis ac paſſionis ſuæ.

Non ſolum publicam ſtabilit firmatque ſalutem ſalutaris illa hoſtia, ſed ipſam quoque ſuſtentat roboratque Eccleſiam, quæ alias fortè infernalium poteſtatum concuſſa robuſto impetu, vacillaret. Nemo eſt qui neſciat Eccleſiam in antiquo teſtamento præfiguratam fuiſſe in domo Jacob, ac duodecim Patriarchis, unde in ſolemniſſima illa Archangeli Gabrielis legatione prædictum fuit, *Regnabit in domo Jacob*, id eſt in Eccleſia: Jam verò, ſenex Iſaac, figura æterni Patris, dixit Jacob; *Frumento & vino ſtabilivi eum*, allu-

de-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dens, prout bene advertit Albertus Magnus, ad hoc myſterium Euchariſticum: *Stabilivi eum, quia tota domus Jacob, id eſt Eccleſia, fundata eſt ſuper hoc ſacramentum*: idque tam verum eſt, ut Anti-Chriſtus, prout attigi in primo libro, ad demoliendum ſublime Petri ædificium, quod apice ſuo, faſtigioque cœlum contingit, ante omnia conatus ſit abolere miſſam.

In Pſalmo 71. delineatur magnus Eccleſiæ in nova lege gratiæ progreſſus, ſed in virtute, efficacia ac robore hujus Sacrificii: *Et erit firmamentum in terra in ſummis montium. Pſ.* 71. v. 16. Profectò, non intellexit David hoc de firmamento cœleſti, bene enim ſciebat quod illud ſeſe non erigeret ſuper ſummitates montium, ſed bene ſuper capita Sacerdotum juxta gloſſam Lyrani: *ibid. Sacerdotes, montes Eccleſiæ firmamentum ſupra capita elevant.* Oſorius *Tom. 4. Conc. de divin. ſacrif.* tractans de ſacrificio miſſæ, tangensque ſua in concione Propheticum illud oraculum, dicit: *Quo loco Hebræa habet, & erit placenta tritici, vel memorabile triticum in capitibus Sacerdotum*: Ecce ergo quali glorioſo Epitheto, ex inſpiratione ſpiritus ſancti Eccleſiæ Rectoris, per os Pſalmiſtæ, deſcriptum fuerit admirabile illud tremendumque ſacrificium:

*Firma-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Firmamento*: ſuſtentaculo, baſi, columna,
ſtabilimento. Videns Satan, quod ſpiri-
tualis Jeroſolyma, deſcripta à S. Joanne in
ſua myſterioſa Apocalypſi, erigeretur ſupr
duodecim petras, omnem lapidem machi-
namque movit, ut eam turbaret: *Ecce*
*Satanas expetivit vos, ut cribraret ſicut triti-*
*cum*, aſt ſeſe illi oppoſuit æternus Pontifex
inſtitutione illius Sacramenti ac ſacrificii, eo-
demque tempore, quo poſt quinquies
mille, & plures annos, audivit: *Nunc*
*Princeps hujus mundi ejicietur foras*, hic
ipſum conſtanti, firmaque roborando pro-
miſſione, quod contra ſuam Eccleſiam, *Por-*
*tæ inferi non prævalebunt*, ſiquidem ut bene
advertit S. Bonaventura, *in præp. ad Miſſ. cap.*
*Per hoc ſtat Eccleſia*: Poſtquam S. Petrus in
Pentecoſte, aliiſque temporibus converti[ſſet]
plurima obſtinatiſſimorum Hebræorum Mi[l-]
lia, illique ſummo cum fervore projeciſſe[nt]
ad pedes pauperum ac miſerorum piſcato-
rum montes aureos, gemmas, uniones, in[te-]
graque patrimonia, nihilominus tamen [in]
valore horum omnium, nullo modo ſtabili[ta]
fuit Eccleſia, ſed ex eo, quod ſubdit S. Lucas
Evangeliſta, *Act. 2. v. 42.* *Erant perſeverantes*
*in communicatione fractionis panis*, quia in[ci-]
piebant celebrare miſſam, & frequent[are]

ſacra

ſacram Euchariſtiam , quæ ambo ſummè timet , ac exhorreſcit Satanas ; hinc legitur de Beata Juliana , *in Manip. exemp. ver. Miſſ.* quod : *Dæmon apprehenſus à Beata Juliana, inter alia, quæ ſibi confeſſus eſt, dixit, quia tunc à Chriſtianis maximè elongabatur, quando myſterium Dominici Corporis agebatur.* Adjungamus, pro ſolidiori hujus probatione, factum illud , quod refertur in vita S. Petri de Alcantara ; *Lib.* 2. *cap* 14. quod cum Sanctus ille ad quandam eſſet invitatus celebrem devotamque ſolemnitatem , ut ibidem celebraret Miſſam ; tantus autem confluxiſſet populus , ut multitudinem Eccleſia non caperet, neceſſe fuerit altare aliquod extra illam in campo ſub dio erigere; cumque viro Dei miſſam inchoante, omnes circumſtantes ad devotionem moti compungerentur, accidit, ut poſt dictum *Credo*, aër, qui antea ſerenus erat, turbari cœperit, moxque ventis excitatis , adeo impetuoſus evaſit , ut omnes valde metuerent , ne altare , in quo miſſa dicebatur, ex violenti ventus impetu inverteretur, unde omnes ex hoc turbine ſummè commoti ſunt, licet pauci à ſacrificii loco recederent : perſiſtebat autem ſua in quiete vir Dei, cumq; ad primum *Memento* perveniſſet, Dæmones, haud ſecus ac ſi à fulmineis ſagit-

tis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tis icti fuiſſent , per aëra fremebundi diſcurrebant, atque ut ſacrificium turbarent, longè immaniorem ſuſcitarunt tempeſtatem, horrendis motis tonitruis , evibratis ex fulmine ſagittis , obſcurato plane aëre , ac copioſè decidente pluvia. Inter hæc, toto eo tempore, vel minima ſuper altare, vel ſuper circumſtantes miſſæ cecidit gutta , licet circumcirca rivi defluerent aquarum; imo nec venti, quantumcunque impetuoſi, altaris luminaria extinguere potuerunt. Quapropter Sanctus , ut pro tanto beneficio Deo gratias agerent, commonuit, dicens miraculum hoc virtuti miſſæ, eorumque qui illi devote adſtiterant, merito debere adſcribi.

Ut hactenus dicta confirmentur amplius, etiam illud alterum ſubjungo argumentum. Scimus, quod oratio ſit baſis, & columna ſolidiſſima Eccleſiæ: *Oratio ſi vim, ſeu efficaciam ejus ſpectes* (ſunt verba ſancti Joannis Climachi 112. 38.) *mundi conſecratio eſt, Dei reconciliatio propitiatio peccatorũ*, & ut alibi S. Auguſtinus, *eſt oranti præſidium, Deo ſacrificium, Dæmoni flagellum.* Jam vero, quam efficax potens oratio illa publica ab Eccleſia inſtituta in tam admirabili ſacrificio, tantisque ritibus ac ſacris ceræmoniis peragitur, atque insuper ſtipatur ferventiſſimis circumſtantium

orat-

orationibus? *Reveretur Deus* (dicebat olim in alia occaſione S. Chryſoſtomus *Hom. 1. in Ep. 1. ad Cor.*) *multitudinem unanimem, & conſentientem in precando.* Hiſce autem adjungenda eſt altera adhuc fortior validiorque ratio, eſtque hæc, quod Miſſa ſit realis Sacramentalis repræſentatio mortis Chriſti, quam in Calvariæ monte ſuſtinuit, interveniente, tanquam principali offerente, ipſomet Redemptore noſtro, de quo in dubium revocari non poteſt, quin ſit exaudiendus, atteſtante hoc ipsũ Apoſtolo, *Hebr. 5. v. 7.* quod ibi, *cum clamore valido, & lachrymis offerens, exauditus eſt pro ſua reverentia.* Alludit, ni fallor Tertullianus ad orationes, quæ dicuntur in Miſſa. *in apolog. c. 30.* hæc ſcribens: *Manibus expanſis, quia innocuis, capite nudo, quia non erubeſcimus, denique ſine monitore, quia de pectore oramus, precantes ſumus ſemper pro omnibus Imperatoribus vitam illis, Imperium ſecurum, domum tutam, exercitus fortes, Senatum fidelem, Populum probum, Orbem quietum.* Atque ex hoc in miſſa orandi modo, clarè deducitur, quod offeratur pro bono univerſali Eccleſiæ, Populi, totiusque mundi. Ex hujus veritatis fundamento, putat Cardinalis Baronius juſtificari potuiſſe, inconſueta illa, ac nunquam audita diſpenſatio, qua uſus fuit Leo Papa, teſte Walafrido

frido Strabone , qui juxta ejuſdem Cardi-
nalis calculum debuit fuiſſe Leo Tertius,
omnique die novies aut ſepties Miſſam cele-
brabat : *Cum eſſet graviſſimis afflictionibus v*
*xatus frequentẽ adhibuit, ad implorandũ di*
*nũ auxiliũ, celebrationẽ miſſarũ*, Bar. a. 816. n.

Reſtat modo demonſtrare, ſacrificium
lud eſſe ſuſtentaculum fidei , quod ape
verbis aſſerit Rupertus Abbas, *Lib. 2. off. cap.*
dum damna emergentia recenſet, ſi illud de
ceret: *Muta erit Fides, claudicabit ſpes.* Qua
vis Eccleſia habeat plurima Fidei myſteria,
& Religionis, cunctaque humano intelle
ſint imperſcrutabilia, præ omnibus tamen
ſingulari Chriſtus voluit gaudere privileg
incruentum Miſſæ Sacrificium , denom
nando illud per Antonomaſiam in conſec
tione calicis , *Myſterium Fidei*, quaſi ind
re voluiſſet , illud eſſe principale Fidei fu
mentum, per quod convictus fuit à Dæmo
(prout alibi dictum eſt) monſtrum illud hæ
reſeos Lutherus, ut ſi vellet labefactare,
minuere, aut (ſi diis placeret) evertere Fide
Catholicam, ante omnia è medio tolleret
beret Miſſam , prout & fecit, firmante
locis illis, ubi ſublata eſt, virulento ſuo erro
Omittere non debeo hiſtoriam quand
valde materiæ huic congruam, ac utilem,

rat Breſciæ Epiſcopus quidam, nomine Guido de Lachia, ſed de genere illorum, de quibus Magiſter cœleſtis cavit ; *Attendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces;* vixerat, mortuusque eſt, quoad exteriorem apparentiam, tanta vitæ exemplaritate ac ædificatione, ut ab omnibus paſſim fuerit habitus, ac veneratus tanquam homo extraordinariæ Sanctitatis; poſt mortem autem deprehenſum eſt, fuiſſe Hæreticum. Itaque à ſancto officio, & ab Epiſcopo decretum fuit, ut cadaver exhumaretur, oſſaque flammis exurerentur, quæ ſententia præſente populo, executioni fuit demandata: *DelRio. Diſq. Mag. l.6. c.2. ſec.3 q.2.* *Sed ecce tibi ſtatim illa Dæmones (qui a nulli cernebantur) ex rogo elevãt, & in aëre ſuſpenſa tenent. Inde nata populi indignatio, exclamant: Occidantur Epiſcopus & Monachi, qui ſimulati livore oſſa ſancti viri comburere conati ſunt. Quid ceſſamus? Deus id ſibi nõ placere demonſtrat. Extimuit Epiſcopus, ſed Inquiſitores eũ cohortati ſunt, ut ad Miſſam celebrandam ipſe ſe accingeret, Deum potius miraculum facturum, quam Fidei cauſam ſinat in periculo verſari. Ubi ventum eſt ad corporis Dominici elevationem, Dæmones in aëre clamare cœperunt; Guido de Lachia, nos defendimus te, quantum potuimus, ſed modo non plus poſſumus, quia*

*adeſt*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*adeſt major nobis; confeſtim oſſa in reg*
*recidere, & incendio in cineres redacta fue*
ex quo facto manifeſtè apparet, vacillan
in illo populo fidem incruenti ſacrificii
tute mirabiliter fuiſſe ſtabilitam, omn
que infernalem conatum in actione hac
tum, defeciſſe, ac cum pudore ac con
ſione evanuiſſe. Refert S. Auguſtinus
*de Civit. cap.* 8. caſum qui temporibus ſuis
cidit: Quod Tribunus quidam ſumm
tum circa ſua animalia, tum circa ſerv
aliamque familiam expertus fuiſſet tribu
tiones, moleſtias, ac infeſtationes, qua
impatiens, ultimum eisdem efficaciſſim
que tandem reſolvit adhibere remedi
evocatis proinde ſacerdotibus, curavit
eodem loco Auguſtiſſimum legi ſacrifici
ceſſavitque ſtatim omnis inquietudo, ac
commodum. Ambo hæc exempla evide
ter demonſtrant, quam efficax, quam
potens ſit ſacra Miſſa ad Fidem defend
dam ac conſervandam contra quosvis in
nalis hoſtis inſultus: Quapropter Eccl
nullum opportunius ſeſe æterno Patri co
mendandi, agnoſcit tempus, quá in hoc
tam grato, quam efficaci ſacrificio; ideo
prima Canonis ſupplex oratio hæc eſt:
*primis, quæ tibi offerimus pro Eccleſia*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ſancta Catholica, quam pacificare, cuſtodire, adunare, & regere digneris, toto orbe terrarum* &c. ad quæ reflectens S. Cyrillus Hieroſolymitanus: *Catech. 5. Myſt. Super ipſa propitiationis hoſtia obſecramus Deum pro omni Eccleſiarum pace, pro tranquillitate mundi, pro Regibus, & militibus, pro ægrotis & afflictis, & in ſumma pro omnibus, qui egent auxilio.* Ita ut verè, cum S. Joanne Chryſoſtomo *lib. 6. de ſacer.* dici poſſit, ſacerdotem agere publicam legationem apud Altiſſimum pro omnibus omnino fidelibus, ſive vivis, ſive defunctis.

## Caput Tertium.

### *Miſſa eſt Sacrificium propitiatorium, quo populorum peccatis offenſus Deus placatur.*

INter alios admirabiles utiliſſimosque hujus tremendi ſacrificii effectus, haud poſtremus eſt, quod ſit propitiatorium, quod in ipſo ſacro Miſſæ Canone inſinuatur, dum non longè à conſecratione ita oramus: *Hanc igitur oblationem quæſumus Domine, ut placatus accipias.* Certum eſt, prout & alibi diximus, peccata generis humani, de quo juſtiſſi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtiſſime illud aſſeritur, *in peccatis natum eſt,* *vivit totum*, omni hora aç momento fulm armare omnipotentis juſtitiæ dexterá, ſed illud avertendum, ecce quam potens, quam efficax adinvenerit medium incomparab Altiſſimi pietas ac clementia: *Docet ſancta S odus Seſſ. 22. c. 2.* (ſunt Tridentini Concilii v ba) *Sacrificium iſtud verè propitiatorium, ipſumq́ fieri, ut ſi cum recto corde, & vera cum metu, & cum reverentia contriti, & p tentes ad Deum accedamus, miſericordiam ſequamur, & gratiã inveniamus in auxilio portuno.* Refert S. Bonaventura *de expoſ. c. 4.* rationem aliquam valde pulchram, ut credo, adæquatã, huicq; propoſito om accomodam & opportunã, cur non liceat lebrare abſque præſente crucifixi effigie *crucifixi imaginem Sacerdos intuens, & bra extenſa pro populi delictis, exorando, brach ad eum extendere, ad modum crucis nul erubeſcat.* Debet celebrans vivè repræſen Chriſtum ſuper Crucis altare, ſeipſum æterno offerentem in holocauſtum, ut reddatur propitius, neq; in nos detonet ſuarum fulmina, graviſſimis, ac innume libus peccatis noſtris offenſus; quaprop brachia in formam crucis debet extend imitando Sacerdotem æternum, de quo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ptum eſt in Epiſtola prima S. Joannis: *cap. 2.* *Si quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem JEſum Chriſtum, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris autem tantū, ſed etiam pro totius mundi*; ideoque ipſemet delegavit poteſtatem tam prodigioſam, efficiendi venire ad manus noſtras, pro reatuum noſtrorū expiatione, hoſtiam adeo ſalutarem, prout bene advertit ibidem Tridentinum: *c. 1.* *Ut illius ſalutaris virtus, in remiſſionem eorum, quæ à nobis quotidie committuntur peccatorum, applicaretur.*

Occurrit hic opportuna quædam ex Oſea Propheta *c. 4. v. 2* reflexio, intento noſtro inſerviens: *Maledictum, mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium, inundaverunt, & ſanguis ſanguinem tetigit*: immaniū horum ſcelerum pœna, immediatè poſt legitur dictata: *Propter hoc lugebit terra & infirmabitur omnis, qui habitat in ea, in beſtia agri, & in volucre cœli*: extenditurque flagellum iræ Dei ſuper univerſam terram, quia *totus mundus in maligno poſitus eſt*: ſed, ſiſtiturne fortaſſis interdū impetus, hujuſce torrentis iniquitatis? Minime: *Jugiter tota die nomen meum blaſphematur*, lamentatur Iſaias; *c. 25.* & ideo proſequitur prædicere remedium populo Chriſtiano, Hebraico ſubſtituto, proviſum; *Propter*

*hoc ſcietpopulus meus nomen meum in die illa,*
*quia ego ipſe qui loquebar, ecce adſum.* Qui
non videt promiſſionem illam manifeſtè
ferri ad ſacratiſſimumSacramentum,ac incru
entum ſacrificium,de quo ex poſt facto d
Chriſtus; *Matth. ult. v.* 10. *Ecce ego vobiſcum*
*ſum omnibus diebus.* Si querela ingruat, to
die nomen meum blaſphematur? Ideo,omni
bus diebus vobiſcum ſum: ſi urgeat. *Juge*
&c. ideo,ecce inſtitutum, *Juge ſacrificium.*

Divina beneficentia, in inſtitutione vene
rabilis Euchariſtiæ duos principaliores
præſtituit fines: Primus, ut ſacratiſſi
mo ſuo corpore fidelium paſceret ac nutri
ret animas, quas ſuo poſtea cruore erat
dempturus, ut illas,quantum erat poſſibile, in
hac vita ſibi uniret: Secundus, ut eædem
paratum ſemper & ad manum haberent ſa
crificium, quo quotidie juſtiſſimam placare
poſſent cœli iram, quam indies ſuis pecca
ad vindictam provocaverant: *Hujus quip*
*oblatione placatus Dominus* (ſunt ejuſdem con
cilii verba *ibid. Cap.* 2) *gratiam, & donum pœ*
*nitentiæ concedens, crimina, & peccata, etiam*
*ingentia dimittit.* Vix fauces ſuas peccati a
byſſus, per malè feriatorum noſtrorum pa
rentum prævaricationem aperuerat, cum
ſtatim Dei filius comparens in terreſtri Pa
d

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

diſo, ſe ipſum cœleſti Patri in ſacrificiũ obtulit, in peccatorum noſtrorum expiationem in monte Calvariæ offerendum, quod ipſa ſancta Eccleſia inſinuat in hymno: *De Parentis protoplaſti fraude factor condolens, quando pomi noxialis morſu in mortem corruens, ipſe lignum tunc notavit, damna ligni ut ſolveret*: Ideo non ſine myſterio dicitur Agnus Dei ſe ſacrificaſſe ab origine mundi: *Apoc.13. v.8. Occiſus ab origine mundi.* Iſaias, qui, eo quod ad unguem prædixerit ſucceſſum novæ Evangelicæ legis, Propheta Evangelicus denominatus eſt, capite primo ſuæ Prophetiæ ſcribit: *Niſi Dominus reliquiſſet nobis ſemen, quaſi Sodoma fuiſſemus, & quaſi Gomorrha ſimiles eſſemus*; quale illud ſit ſemen, quod præſervat à morte, in oraculo prophetico prænuntiatum ſancti Lucæ calamo *cap.8. v.22.* pronuntiat ipſe Chriſtus: *Semen eſt verbum Dei*, id eſt, eſt verbum illud, quod immenſam ſuam magnitudinem, in anguſta unius hoſtiæ coarctans circumferentia, per Antonomaſiam appellatur, *verbum abbreviatum*, de quo ſemine etiam prædixit Zacharias, quod ſit, *Frumentum electorum.* Legimus quoque in Proverbiis robuſtiorem hujus veritatis probationem: *Cap.21. v.14. Munus abſconditum extinguit iras, & donum in ſi-*

*nu indignationem maximam.* Pretioſiſſimum quod unquam Magnificentia Altiſſimi, ſu Eccleſiæ conceſſit donum, eſt hoc ter treme dum Sacramentum; *in quo ſunt omnes theſa ri, quomodo non etiam cum illo, omnia nobis navit?* Eſt donum abſconditum, utpote ctum ſub Sacramentalibus ſpeciebus, un optimè illi convenit illud: *Verè, tu es D abſconditus!* ſed, cur ibidem dicitur, *exting iras, & indignationem maximam?* Albert Magnus loquens de Euchariſtia, textum lum hoc modo interpretatur: *Omnem iram & indignationem Dei, hoc pretioſiſſim no extinguimus.* Si ergo verum ſit, uti eſt riſſimum, quod mediante oblatione illa pitiatoria, divina indignatio continu ſtris exaſperata ſceleribus placetur, ac tur, ſi per noſtram negligentiam incur ab illa deſiſtamus, qualium, quantorum damnorum conſtituemur rei? Req olim populus Hebræus Prophetã Samue 1. *Reg.* 12. *v.* 23. ut ſeſe precibus ſuis, pro ſe Deum interponeret: *Ora pro ſervis tu Dominum Deum tuum, ut non moriamur dimus enim univerſis peccatis noſtris ma peteremus nobis Regem.* Erat Samuel temporis Judex populi, regebatque illum quam Rex, quem indignè, & abſque ulla d

depoſuit populus, voluitq; , aliarũ inſtar gentinm proprium habere Regem, & tamen tam audaces fuerunt, ut illum ipſum, quem rejecerant ac depoſuerant, accederent, ac inſtarent, ut pro ſe, ingrato populo, preces ſuas interponeret & ſacrificia. Inſtantiæ huic, factæque ſupplicæ, generoſo animo, judice ac ſuperiore digno, religioſum plane ac moderatum dedit reſponſum: *Abſit autem à me hoc peccatum in Dominum, ut ceſſem orare pro vobis*; cujus rationem reddit Abulenſis: *ibid.* Q. 16. *Samuel erat Prælatus quoad ſpiritualia, ideo tenebatur orare; debitorem ſe agnoſcebat ad orandum.* Si contingeret, nos malè tractari à populo, reflectere debemus, quod ex debito Sacerdotalis ordinis, ad quem à Deo ſumus promoti, obligati ſimus offerre ſacrificium illud, iramque divinam avertere precibus ac orationibus noſtris, quæ in Miſſa ſpecialiſſimè, quaſi omnipotentes ſunt. Sed quid dicendum de illis Sacerdotibus, qui aut ex pigritia, aut ut non obligentur exurgere de ſuis ſordibus ac immunditiis, licet de pinguibus proviſi ſint beneficiis, gaudeantque ſtipendiis abundantibus, ſeſe per ſeptimanas ac menſes ſubtrahunt ab altari? Nonne juſtè mererentur retorqueri in ſe, illos iræ ac indi-

 gnatio-

gnationis divinæ radios , quos debuiſſent avertere? utinam, plures Sacerdotes non eſſent rei, ac per omiſſionem cauſa plurimorum malorum , ac infortuniorum quibus opprimuntur, ac affliguntur populi, dum non opposuerunt ſe hac oblatione, quæ *extinguit iras*. Ædes illæ in Ægypto, quarum portæ aſperſæ erant ſanguine Agni, intactæ manſerunt ab Angelo percutiente: *Exod. 12. verſ.* *Videbo ſanguinem, & tranſibo, nec erit in vobis plaga diſperdens* : Si ergo ſanguis unius animalis , non niſi umbræ Agni noſtri immaculati , *occiſi ab origine mundi* tanti fuerit valoris, ut in tanta trium millionum hominum ſtrage, flagellum percutiens , à paucis quibuſdam potuerit avertere, quid non præſtabit, quam mira non efficiet ipſum figuratum, de quo in ſacrificio dicimus : *Agnus Dei qui tollis peccata mundi? Stetit Phinees, & placavit, & ceſſavit quaſſatio*; Sed quæ reperiri poteſt proportio inter Phinees, & Sacerdotem æternum Chriſtum? Qui perſonaliter interveniens in iſto ſacrificio , offert æterno Patri in peccatorum noſtrorum remiſſionem , infinitum pretium , omniaque merita Paſſionis , ac mortis ſuæ? ſub ſevera illa rigidaque divinæ indignationis in Hebræum populum executione, de qua

Numer.

Numer. 16. exeruit ſeſe non pia minus, quam zelans Moyſis prudentia, ac diſcretio, dum fratri ſuo Aaroni ſummo Sacerdoti mandavit: *Tolle thuribulum, & hauſto igne de Altari, mitte incenſum deſuper, pergens cito ad populum, ut roges pro eis, jam enim egreſſa eſt ira à Domino, & plaga deſævit*; cumque id promptè exequeretur Aaron, ſtatim illius ſubjungit effectum textus: *Quod cum feciſſet, & cucurriſſet ad mediam multitudinem, quam jam vaſtabat incendium, obtulit thymiama, & ſtans inter mortuos & viventes, pro populo deprecatus eſt, & plaga ceſſavit.* Tam thymiama, quam incenſum odoris eſt puriſſimi ac frangrantiſſimi, ſummèque gratum Domino, quando à Sacerdote offertur, conjunctum cum oblatione meriti infiniti proprii filii, quod ſi rectè perpenderemus, non monſtraremus nos adeo deſides ac negligentes in illius oblatione, multaque mala à genere humano averterentur, quæ modo nos miſerè acerbiſſimèq; affligunt. Legimus in c. 24. l. 2. Reg. *Immiſit Dominus peſtilentiã de manè, uſque ad tempus conſtitutum, & mortui ſunt de Populo, à Dan, uſque ad Berſabee, ſeptuaginta millia virorum; cumque extendiſſet manum ſuam Angelus Domini ſuper Hieruſalem, ut diſperderet eam, miſertus eſt Dominus ſu-*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*per afflictione, & ait Angelo percutienti popu-*
*lum, ſufficit nunc.* Ut vaginæ reconderet
Angelus ferrum percutiens, an forte Da-
vid per civitatem Hieroſolymitanam proce-
ſionaliter portaverit, aut portari juſſerit A-
cam Teſtamenti? An fortè mandaverit, u
capita incolæ cinere conſpergerent, corpo
ciliciis veſtirent? An ut jejunium univerſa
ſtrictiſſimumque inſtituerent, prout in Ni-
ve? Minime: *Nunc contine manum tuam*
verbum *nunc*, obſervari debet, quod refe-
tur ad id, quod, *erat autem Angelus Domi-*
*juxta aream Areuna Jebuſæi*; hæcque illa
rea erat in qua excutiebantur, ſeu tri-
rabantur frumenta, atque ita à longè re-
præſentabatur per illam frumentum illud di-
vinum, de qua per Prophetam Gad cur
Deus dici Davidi: *Aſcende & conſtitue alta-*
*Domini in area Areuna &c. ut ædificem alta-*
*Domino, & ceſſet interfectio. Obtulit holocau-*
*& pacifica, & propitiatus eſt Dominus terræ,*
*cohibita eſt plaga ab Iſraël.* Ecce quantæ
efficaciæ, quantæ virtutis umbræ ac figu
admirabilis noſtri ſacrificii Propitiatorii.

Quod ſi ita eſt, non abſq; ratione Michæ
Propheta *Cap. 6. v. 6.* dixit: *Quod ſignum o-*
*feram Domino? Nunquid offeram holocauſ-*
*mata, & vitulos anniculos? Nunquid placa-*
po-

*poteſt in millibus arietum, aut in multis millibus hircorum pinguium? Nunquid dabo primogenitum meum pro ſcelere meo?* Quomodocunque revoluamus ac conſideremus ſtatum ac conditionem miniſterii Sacerdotum in antiquo teſtamento, nihil amplius reperiemus quam ipſos placaſſe irati numinis ac peccata populi indignationem, quam animalibus, ovibus, bovibus &c. ſed, *Nunquid placari poteſt Deus* &c. ſi ad ipſum placandum omnes omnino offerrentur creaturæ, ne minimam quidem haberent proportionem cum creatore, cum unigenito ipſius: *Ipſe propitiatio eſt pro peccatis noſtris.* De Numa Pompilio narratur, quod quoties ipſi per aruſpices, aut ſacrificulos prædiceretur damnum aliquod ſeu infortunium publicum, ut illud à ſuo Regno averteret, ſemper magna ſpe ac animo ſolitum fuiſſe dicere: *Et ego ſacrificabo*; & tamen Dii eorum tales, de quibus ironicè cecinit Moyſes; *Deut.* 32. *v.* 38. *Surgant, & opitulentur vobis, & in neceſſitate vos protegant*; ſed non ita Deus noſter, de quo promiſſionem certam habemus ac inviolabilem: *Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, & totius mundi.*

Porro, quod incruentum miſſæ ſacrificium multo magis ſit propitiatorium, quam vete-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ris legis ſacrificia , ex ipſa manifeſtè conſta
Scriptura ſacra : Legimus in capite 4. & 5. Le
vitici, quod ſacrificia & hoſtiæ quæ offer
bantur *pro peccato*, non erant pro peccatis in
ternis, & occultis, quæ frequentiora ſunt, &
quaſi majori malitia irritant offenduntque
Deum , ſed ſolum pro tranſgreſſionibus ex
ternis , ſive per ignorantiam, aut negligen
tiam rituum , cæremoniarum , & ſimili
um rerum commiſſis ; prout etiam pro pec
catis furti, perjurii , calumniæ, uti declaratur
cap. 6. ejuſdem libri ; noſtrum autem hoc
venerandum tremendumque ſacrificium
nullum omnino quantumvis enorme, ſive in
ſive externum peccatum excludit : unde in
oblatione Liturgiæ ſancti Jacobi Apoſtoli le
gimus adjunctas etiam ignorantias , & pec
cata. Pro capitis hujus concluſione, poteſt
ex eodem deduci valor Sacrificii Miſſæ, ſuper
reliqua omnia legis veteris , ſingulariter ad
impetrandam remiſſionem noſtrorum pecca
torum ; ſimiliter, quantam ſibi, toti Chriſtia
nitati, ipſique Divinæ Clementiæ faciant inju
riam ii Sacerdotes, malè certè feriati, qui oſci
tantes ſunt ac negligentes in illo offerendo.

Caput

## Caput Quartum.

### *Sacrificium noſtrum excedit omnia legis veteris Sacrificia: eſt Latreuticum, Impetratorium, utiliſſimum, pluribusque ex capitibus præſtantiſſimum.*

AD formandum dignum tanti ſacrificii, ac Sacerdotii conceptum, neceſſe eſt in memoriam revocare, (prout alibi etiam tetigimus) infelicitatem ordinis Sacerdotalis veteris legis, qui per tot ſæcula tanquã in macello, aut circa pecorũ, aut panis ac incenſi oblationes fuit occupatus, ac ſuſtinere madentem, & ſtillantem è manibus occiſorum animalium cruorem, carniumque in culina coctarum fumum ac nidorem; Quæ quæſo poteſt eſſe proportio inter tauros & arietes, & Regem gloriæ, *in quem deſiderant Angeli proſpicere?* Tres erant ſacrificiorum ſpecies, in veteri lege offerri ſolitæ: Holocauſtum, in quo cuncta conſumebantur ad honorem Dei, eratque hoc inter reliqua omnia perfectiſſimum: ſecundum erat, Hoſtia pacifica, in gratiarum actionem, in tributum laudis, & in ſignum gratitudinis beneficiorum à Deo acceptorum, & recipiendorum, unde ſortitum fuit nomen, Impetratorium. Tertium denominabatur

propitiatorium, illudque offerebatur in ſatiſ-
factionem pro peccatis, vocabaturque *hoſti*
*pro peccatis*. Certum eſt, longè perfectio-
eminentiorique modo omnes illos effect-
continere ſacrificium noſtrum , unde eti-
diſtinguitur, ſeu potius, explicatur, per hæc
pitheta, *Latreuticum* , *Euchariſticum*, *Im-*
*tratorium*, *Propitiatorium*. Primum, id eſt
latreuticum præfiguratur per Holocauſtu-
ſiquidem nullum habet finem, quam cultu-
honoremque Dei, ac teſtificationem abſolu-
ipſius Dominii, noſtræ autem ſubjectionis
ſervitutis, in eumque principaliter finem o-
fertur ab Eccleſia: unde in Canone immedia-
tè ante conſecrationem, oramus: *Hanc ig-*
*tur oblationem ſervitutis noſtræ*. Similiter e-
Euchariſticum, quia per illud Deo laudes pe-
ſoluimus, penſumque gratiarum quod illi de-
bemus, reddimus, prout in Præfatione prote-
ſtamur, ſimulque inſtanter petimus, ut Ange-
lici Chori cœleſtes voces , vocibus noſtr-
conjungantur, quatenus, ſicuti illi in cœlo
& nos in terra inceſſanter ipſum laudare v-
leamus, ac benedicere, ideoque ſcriptum e-
*Pſ. 49. v. 23.* *Sacrificium laudis honorifica-*
*me*: quod explicat S. Auguſtinus: *ibid. Qu-*
*eſt autem ſacratius laudis ſacrificium, gra-*
*rum actione? Et unde majores DEO*
*gen-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*gendæ ſunt gratiæ , quam pro ipſius gratia per Chriſtum? Quod totum fideles in Eccleſiæ ſacrificio faciunt , cujus umbræ fuerunt omnia priora genera ſacrificiorũ.* Non ſolũ debitores Deo ſumus pro beneficiis acceptis, ſed ſolliciti etiã eſſe debemus, ad conſequenda nova, ideoque receptorũ oportet nos eſſe memores, gratũq; pro iisdem exhibere animũ ac affectũ , ſiquidem, uti idem inquit S. Auguſtinus: *de ben. viv. modo: ſi de acceptis ingrati non ſumus, iterum accepturos cõfidimus*, hocq; præſtabat hoſtia pacifica , quæ conabatur diluere, ac ſatisfacere debitis contractis viamq; ſternere gratiis aliis recipiendis, conſiſtebatq; in animaliũ oblatione: quanto præſtantius , quantoq; validius eſt ad effectũ illum conſequendum ſacrificiũ Eucharisticum, in quo offertur fons vivus omnis gratiæ, omniumq; bonorum? A fortiori evincitur eſſe Imperratorium in cœleſti gratiarum ſignatura , unde ſumma cum ratione invitat nos Apoſtolus : *Hebr. 4. v. 16. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ , ut miſericordiam conſequamur, & gratiam inveniamus in auxilio opportuno.* Vocat quoq; nos S. Paſchaſius , in tractatu illo pulcherrimo , *c. 4.* quem de Corpore , & ſanguine Chriſti compoſuit : *Putasne aliud eſſe altare, ubi Chriſtus Pontifex aſſiſtit , quam corpus ſuum , per quod , & in*

*quo, Deo Patri vota fidelium, & fides credentium offertur?* Oportet nos, noſtris in neceſſitatibus ad diviniſſimũ illud recurrere myſteriũ, ſicut ſolemus facere apud Principes ac Magnates, ut eorum demereamur gratiam ac favorem, ut mediante oblatione acceptiſſima ſacrificii unigeniti Filii ſui, conciliemus nobis æterni Patris benevolentiam, ſentiamusque munificentiam, ac liberalitatem. Refert Oſorius *Tom. 4. de diu. Miſſ. ſacrif.* à quo hauſta eſt illa ſimilitudo, de quodam magnæ pietatis viro, qui ſolebat dicere: *Videor mihi quodammodo nihil eſſe, cum miſſæ ſacrificium offero, tanta enim res eſt, quæ offertur, ut nihil reputandum ſit omne quod à Deo petitur.* Verba ſane, fiducia redundantia, ac per ſe ſola ſufficientia, ut nobis perſuadeant virtutem ac efficaciam tanti ſacrificii. *Finge te adfuiſſe Cruci Jeſu, quando ſanguinem fundebat pro mundo, quando latro exauditus eſt, ſi tunc ſanguine Chriſti collecto, propter illum dona à Deo peteres, qua obſecro fiducia obtinendi poſtulares? Hac fiducia tibi in miſſa petendum eſt, idem enim ſacrificium ibi offertur, idem ſanguis, eadem merita Domino proponuntur.* In primo illo in Golgotha celebrato ſacrificio, quod idem eſt in ſubſtantia cum noſtra ſacra Miſſa, bonus latro tantum petebat:

*Memen-*

*Memento mei, dum veneris in Regnum tuum*: utque conſtaret fidelibus omnibus usque ad finem ſæculi, quam fuerit felix in impetrando, ſtatim & absque omni mora veniam impetravit, & gloriam, audiendo ſibi dici: *hodie mecum eris in paradiſo.* Quid videbatur difficilius, quam à Patre obtinere remiſſionem pro ſuis Crucifixoribus? Et tamen in altari Crucis ſtatim illam obtinuit, dum Centurio & plures alii, reverſi ſunt, *percutientes pectora ſua*, utique converſi; Formo jam tale argumentum: Si fuerit ſacrificium illud tam præſtans, tamque efficax, ut pro unigeniti filii ſui carnificibus ac crucifixoribus apud æternum Patrem ſtatim veniam obtinuerit, quanto erit validius, ac efficacius, inſtante eodem unigenito, ad impetranda fidelibus ſuis bona temporalia, dum ex fidei articulo *Hebr. 7. v. 27.* nobis conſtat, quod ſit, *ſemper vivens ad interpellandum pro nobis*? Hocque intendebant primi illi fideles, atque ad ſancti Pauli exhortationem, ſperabant, mediante ſacrificio illo incruento, preces ſuas univerſaliter pro omnibus à Deo acceptari, ſiquidem S. Ambroſius, de ſacramento cap. ult. Chryſoſtomus, Theophylactus, & Oecumenius, opinantur textum illum 2. *Tim.* 2. *Obſecro primũ*

*omnium*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtula-*
*tiones, gratiarum actiones pro omnibus homi-*
*nibus, pro Regibus, & omnibus, qui in ſu-*
*blimitate ſunt*, intelligi debere de precibus
illis, quæ in ſacro Miſſæ ſacrificio fiebant:
ideoque ſcripſit Tertullianus: *Ad Scapul. ſa-*
*crificamus pro ſalute Imperatoris* &c.

Nec eſt, quod quis mihi objiciat, ſacri-
ficium iſtud eſſe non poſſe nec meritorium
nec impetratorium, quandoquidem princi-
palis ſacrificii illius offerens Chriſtus, ſit
quoque ejusdem holocauſti victima, unde
nec mereri poteſt, aut ſatisfacere, ſiquidem
Cardinalis Bellarminus jam dudum largè
ac diffusè difficultatem hanc evicit, ac expli-
cavit contra Hæreticos, demonſtravitq; Chri-
ſtum in ſacrificio Miſſæ, noſtrum in favorem
ac coṁodum applicare ac offerre omnia ſua
merita, ac ſatisfactiones vitæ, paſſionis, ac
mortis ſuæ: *Dicitur Propitiatorium, quia*
*impetrat remiſſionem culpæ; ſatisfactoriū, quia*
*impetrat remiſſionem pœnæ; meritorium, quia*
*impetrat gratiam benefaciendi, ac merita ac-*
*quirendi.* Tom. 2. l. 2. c. 3. de miſſa. Nos ergo
obtineamus liquidationem computus noſtri
per peccata noſtra contracti ac erecti, aut ut
ſatisfaciamus pœnis, pro delictis noſtris de-
bitis, aut ut agamus gratias pro beneficiis ac-

cep-

ceptis, viamque ſternamus pro aliis recipien-
dis, offeramus æterno Patri donum illud tam
dives, tam pretioſum, tam acceptum, id eſt,
*unigenitũ, qui eſt in ſinu Patris*; dum ille mira-
bili modo è cœlis ad noſtras devolvitur ma-
nus, ad æternum Patrem nos convertamus,
illiq; dicamus: *Offerimus præclaræ Majeſtati
tuæ de tuis donis ac datis, Hoſtiã ſanctam, Ho-
ſtiã immaculatam, Panem ſanctũ vitæ æternæ,
& calicẽ ſalutis perpetuæ: ſupra quæ propitio ac
ſereno vultu deſcendere digneris, & accepta ha-
bere, ſicuti accepta habere dignatus es munera
pueri tui juſti Abel, & ſacrificium Patriarchæ
noſtri Abrahæ, & quod tibi obtulit ſummus
Sacerdos tuus Melchiſedech.* Ideo nullum ex
antiquis illis ſacrificiis, cum hoc noſtro ullam
habet proportionem aliam, niſi quam habet
umbra cum corpore, figura cum figurato.
Quomodo ſacrificium hoc ſit Propitiatoriũ,
videbitur capite ſequente, in quo ex integro
de materia illa agetur.

Ex pluribus capitibus ſumme venerandũ,
ac ſuſpiciendum eſt hoc tremendũ ſacrificiũ;
Primo ex parte ſupremæ dignitatis Principa-
lis offerentis, qui eſt Chriſtus, Sacerdos æter-
nus, cujus nos ſumus miniſtri: *Sacerdos in Al-
tari vice Chriſti fungitur*, atq; ideo verba con-
ſecrationis quæ proferimus, in perſona ipſi-
us,

us, non noſtra proferuntur, dum non dici-
mus, *hoc eſt corpus Chriſti*, ſed, *hoc eſt corpus*
*meũ.* Totus Miſſæ contextus in duabus con-
ſiſtit partibus; primo enim, quoad ſubſtan-
tiam ſacrificii, juxta probatos authores, obi
*Bonart. c. 5. l. 1. de Sacrif. Miſſa.* perficitur in con-
ſecratione; quoad alteram partem conſiſtit
variis orationibus, ritibus, ac cęremoniis, ac
in omnibus iſtis ſumus miniſtri, ac inſtrumen-
ta, ſed non eodem modo: in ſubſtantia e-
nim ſacrificii, repræſentamus ipſum Chri-
ſtum, in reliquis autem ſumus miniſtri Ec-
cleſiæ; ex quo ſequitur, quod indigni-
tas Sacerdotis nullatenus obficiat efficaciæ,
aut valori ſacrificii, quandoquidem Chriſtus
non ſolum eſt Sacrificium, verum etiam
ſacerdos, & Pontifex, qui ipſum offert,
prout definitum legimus in Concilio Latera-
nenſi in cap. *Firmiter de ſumma Trin. & fide*
*Catholica*: Similiter quoque in Tridentino,
*Seſſ. 22 c. 2. Una enim eademque eſt Hoſtia,*
*idemque nunc offerens Sacerdotum miniſterio,*
*qui ſeipſum tunc in cruce obtulit ſola offerendi*
*ratione diverſa.* Non diminuitur pretium,
valor ac præſtantia alicujus doni, licet præ-
ſentetur, aut offeratur manu aliqua ſcabioſa,
aut leproſa, licet æſtimationis majoris habe-
atur, ſi deferatur per perſonam excellentem

ac in ſumma dignitate conſtitutam, quam ſi per privatam aliquam ac ſimplicem præſentetur, unde communis Theologorum doctrina eſt; *Actionem ſacrificandi, non ſolum à re oblata, ſed etiam à Principali offerente, habere ſuum valorem.* Videtur quidem ex parte nihilitatis ac exiguitatis noſtræ tantum ſacrificium deperdere aliquid de ſuo valore intrinſeco, ſed non eſt ita, quandoquidem, ut bene obſervat S. Auguſtinus: *L. Q. Vet. teſt. Q. 46.* *Ipſe ſemper dicitur offerre, cujus oblationes ſunt, quas ſuper altare imponit Sacerdos:* & paulo infra ſubjungit: *Quamvis proprio ſacerdos fungatur officio, ille tamen offerre dicitur, cujus nomine agit ſacerdos, ipſi enim imputatur, cujus munera offeruntur.* Utque hoc explicetur clarius, utitur S. Thomas ſimilitudine legati, à ſummo Pontifice pro negotiis aliquibus ſuo nomine expediendis.

Quid dicemus de valore infinito ac inæſtimabili illius victimæ? Quis ex nobis pondere ſanctuarii illum ſuo in corde librare, meritòque æſtimare valebit? Quam felix quis reputaretur, qui infra ſacroſanctam Crucem Salvatoris colligere potuiſſet vel minimam partem guttæ ſanguinis, ex eodem ſalvifico trunco ſtillantis? Et tamen de fide eſt, quod

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quod nos idem offeramus holocauſtum, a
ſacrificium quoad ſubſtantiam, & eſſen-
tiam, libemusque eundem ſanguinem qui
venis, ac corde profluxit Salvatoris. Ide
pretium quod Chriſtus perſolvit in ara cruc
fuitque ſufficiens ad delendum Chirog
phum offenſæ divinæ Juſtitiæ, idem omni
à nobis quoque offertur, unde in Diſcip
ſermone 48. de utilitate miſſæ legitur: *D*
*Chryſoſtomus, tantum valet celebratio m*
*quantum Mors Chriſti in Cruce, unde Thom*
*de Aquino in Quodlibeto ait: In Miſſa in*
*nitur omnis fructus & utilitas, quam Chri*
*in die Paraſceves operatus eſt in Cruce.* E
quod amplius eſt, videtur nobis utilius ſa-
crificium illud, quod manibus noſtris offe
mus, præ illo quod in cœnaculo ac mon
Calvariæ ſemel fuit oblatum, ſiquidem m
ſterium hoc ſummè imperceptibile, q
miniſterio noſtro peragitur, maximam no
ſubminiſtrat occaſionem vivaciſſimos
exercendi actus; præterquam quod ibi
Chriſti corpus mortale eſſet ac paſſibile,
in manibus noſtris immortale eſt ac imp
bile: *Mors illi ultra non dominabitur.*

Similiter ex parte objecti creſcit dign
ac Majeſtas infinita hujus noſtri Holoc
ex honore nempe illius, cui offertur, Sanct

mæ ſcilicet Trinitati, hinc tã in Principio Miſſæ, quam in progreſſu illius, ſæpius eadẽ invocatur: Nec poteſt offerri im̃ediatè ulli ſancto, imo ne quidem ſanctiſſimæ magnæq; Dei Genitrici, ac virgini incomparabili, ſed ſolum indirectè ac mediatè, ut poſtquam oblatum eſt illi Deo Uni & Trino, cui debetur, applicetur, ac referatur poſtea ad honorem aliorum ſanctorum.

Ulterius conſiderando valorem inæſtimabilem opportunè hic venit quod ſcripſit Doctor Angelicus in c. 6. ſanct. Joannis Lect. 6. ubi fusè tractat de Sacra Euchariſtia: *Utilitas hujus Sacramenti magna eſt, & univerſalis: magna quidem, quia cum ſit ſacramentum Dominicæ Paſſionis, continet in ſe Chriſtum paſſũ, unde quidquid eſt effectus Dominicæ Paſſionis, totum eſt effectus hujus Sacramenti.* Quid ergo perfectius præſtantiusve poteſt eſſe Miſsâ, quæ præter id, quod ſit Sacramentum, etiam in ſe continet valorem ſacrificii? Quapropter proſequitur Doctor Angelicus demonſtrare hujus unius efficaciam, ac virtutem ſuper reliqua omnia Sacramenta: *Nihil aliud eſt hoc Sacramentum, quam applicatio Dominicæ Paſſionis ad nos; univerſalis autem, quia vita, quam confert, non eſt vita ſolum unius hominis, ſed totius mundi;* & paulo poſt

ſubjun-

ſubjungit : *Alia Sacramenta habent ſingulares effectus, ſed in immolatione hujus ſacramenti, eſt univerſalis effectus, quia continetur in ipſo cauſa univerſalis omnium ſacramentorum, nempe Chriſtus.*

Quis credet, quam gratum ſit, quam delectabile æterno Patri, dũ in illo ſacrificio ſibi videt offerri, ac repræſentari, omnia merita, operaque ſatisfactoria unigeniti filii ſui unicè dilecti, & *in quo ſibi bene complacuit.* Scribit Oroſius loco citato: *Miſſa eſt tota vitæ Chriſti repræſentatio, ut qui eum, interis converſantem videre non potuimus, in miſſa ejus effigiem videamus.* Hoc ſufficiat dixiſſe, valorem unius ſolius Miſſæ infinities excedere merita omnium bonorum operum ab initio mundi factorum, & ad finem ejuſdem ſubſequendorum, ab omnibus hominibus; excedere omniũ omnino Martyrum tormenta, ſpirituũ Angelicorum in gratia confirmatorum ſuperare merita, imo & ipſius Sacratiſſimæ virginis abyſſalem, ac inexhauſtum quodammodo poſt ſe longe relinquere meritorum theſaurum, cujus ratio eſt manifeſta, quia, *finiti ad infinitum nulla eſt proportio*, proindeque, pluris valet una ſtilla cruoris aut ſudoris à Salvatore profuſi, quam integer Oceanus ſanguine Martyrum ſpumans

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſpumans, ac exundans. Quomodo ergo non debet placere, gratumque eſſe Patri æterno ſacrificium iſtud, in quo repoſiti ſunt, ac recluſi theſauri meritorum valoris infiniti? Advertendum tamen eſt, juxta ſanam, bonamque Theologiam, quod licet ſacrificium iſtud ex parte Principalis offerentis ac oblati Chriſti, infiniti ſit valoris quoad effectum impetrandi, limitati tamen quoad effectum intentum.

## Caput Quintum.

*Sacrificium incruentum, bonorum noſtrorum ſpiritualium ac temporalium fons eſt indeficienter ſcaturiens.*

VEriſſimum eſt, quod notat S. Auguſtinus, *lib. 1. com. adverſ. leg. & Proph. cap. 18.* Deum non indigere noſtris ſacrificiis, at verò nos illis ſummè opus habemus, ob varia, multipliciaque bona, quæ nobis ex illis obveniunt: *Sacrificiis Deum non egere, quis neſcit? ſed nec laudibus noſtris eget, verùm ſicut nobis, non illi utile eſt laudare Deum, ſic nobis, non illi utile eſt offerre ſacrificium.* Quia ergo Providentia divina ſciebat, perpetuis nos,

conti-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

continuisque premi, ac urgeri malis, etenim *circumdederunt nos mala, quorum non eſt nu-merus*, tali modo ſacrificiũ illud incruentum inſtituit, ut ſemper ad nutũ cujusvis ſacerdo-tis offerri poſſit, ac immolari; quaprop- Eccleſia à ſancto ſpiritu directa, plures or-dinavit in exordio miſſæ efficaces dicend- preces, optimè ſciens illas, oblationi tam propitiæ aſſociatas, facillime exaudiend- S. Philippus Nerius, ut Deo tam propria quam proximi commendaret neceſſitat- nullum aptius opportuniusve noverat tem- us, quam in Miſſa, quod optimè adverti- die, quando ſollicitus erat, curabatque conversionem quatuor fratium Hebræo-rum, qui poſt multos in catechiſando, ex-hortando, conferendo conſumptos labo-res, manebant pertinaces, ut ergo de il- reportaret victoriam, ſtatuit proximo ma- ne in miſſa vim quaſi inferre DEO, per pre-ces ſpeciales, quarum copiam in Miſ- ſuppeditat Eccleſia, ceſſitque feliciter pia intentio, ſiquidem eodem ipſo tem- quo ſanctus celebrabat, quatuor illi reſol- runt, ſe velle fieri Chriſtianos, dumq; u- ex illis ita graviter decumberet, ut de- rarent de illo medici, illum inſtanter in Miſ- ſa Deo commendavit, ſimulq; cum ſalute a- mæ, corporis quoque ſanitatem conſ-

tus eſt; per quod hoc nobis reliquit documentum, quod ſi in omni loco ac tempore preces ſint efficaces, in illo ſacrificio videantur eſſe omnipotentes: Hinc bene in ſer. 48. dicit diſcipulus: *Oratio tua citius exauditur in Eccleſia, in præſentia Dei, & etiam ſacerdotis celebrantis, quia quilibet Sacerdos, in qualibet Miſſa, tenetur orare pro circumſtantibus*, implorando pro illis affluentiam benedictionum, gratiarumque cœleſtium, unde poſt conſecrationem rogamus; *Omni benedictione cœleſti, & gratia repleamur*, talis enim virtus eſt, ac efficacia Miſſæ, ut divinæ beneficentiæ inexhauſtos aperiat theſauros, illosque larga, liberalique manu ſupernos cogat deſcendere.

Duo illuſtria habemus teſtimonia, circa excellentiam, prærogativas, ac privilegia Miſſæ, unū S. Franciſci de Sales, alterum Dominæ Cantal, primogenitæ illius in ſpiritu filiæ, ſingularis virtutis ac pietatis perſonæ: *l. 3. vita.* Cōſulebat hæc ſuis Religioſis, ut omni die audirent ſacrum, idque ex hoc motivo, quod exinde accreſceret animæ magna vis ac fortitudo, ad reſidui diei ſufferenda onera, ac labores, eo quod mane tā vicinæ fuiſſent Salvatori, realiter in illo ſacrificio præſēti. S. Franciſcus *l. 3. Ep. 13*, interrogatus, quodnā foret

 me-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

melius, aut incumbere orationi mentali an
audire miſſam? Reſpondit, hoc debere præ-
ferri, ſiquidem præſentia humanitatis Chri-
ſti in Miſſa, mentali ſolum præſentiâ nequ
compenſari; ex quo licet deducere, cur ſan-
cta Eccleſia tam ſtrictè mandet, urgeatque
Miſſæ ſacrificii aſſiſtentiam. Verum, pro
Sacerdotibus formemus hic argumentum
*à minori, ad majus.* Si oratio mentalis,
non obſtante quod fodina ſit amoris Divini,
veri Spiritus ac virtutis, licet ſit fons ordi-
narius perfectionis, ac ſanctitatis, de con-
ſilio ſancti adeo illuminati, ob præſentiam
actualem Chriſti, bonaque, quæ ex illa
derivantur, poſtponi debeat oblationi in-
cruentæ, quanta, qualiaque bona ex illa
non referet Sacerdos, qui eſt intimus mi-
niſter? Quam ægrè, quam difficulter di-
agitur vita immaculata, ac pura, dum
*vaſa portamus, quæ faciunt invicem angu-*
Et tamen, prout notat S. Carolus, legi-
que in Eccleſiæ Mediolanenſis actis pag.
*venialia peccata hoc etiam Sacramento re-*
*tuntur, ut meritò dicat Ambroſius, pa-*
*hunc quotidianum ſumi in remedium quoti-*
*næ infirmitatis. Vires præbet; ut in cri-*
*nibus fideles puros & integros, atque à ten-*
*tionum impetu incolumes ſe conſervent:*

illa Ambroſii ſententia, etiam à ſancto Bernardino Senenſi comprobatur: *T. 1. Ser. 54. ar. 3. c. 2. Contingere poteſt, quod tanta devotione mens per ſumptionem ſacramenti in Domino abſorbeatur, quod ab omnibus venialibus expurgetur.* Eodemque loco pro noſtra conſolatione adfert textum quendam ſancti Thomæ, in quo clarè affirmat proprium eſſe Sacramento Altaris abſtergere, ac mundare conſcientias ab humanæ ſordibus fragilitatis: *Hoc Sacramentum ſecundum Thomam, ablutio ſcelerum nominatur, vel quia futura impedit, vel quia virtute illius Sacramenti Deus illa, quæ non ſunt in hominis conſcientia, vel ſunt oblita dimittit.* Si hujuscemodi effectus, in quovis operetur homine ſacroſancta Euchariſtia, quanto plus in nobis, qui illius non ſolum ſumus participes, verum etiam inſtrumenta, ac miniſtri? Ideo ſumendo ablutionem oramus: *Præſta, ut in me non remaneat ſcelerum macula, quem pura & ſancta refecerunt Sacramenta:* Scriptum ſcimus, *Charitas operit multitudinem peccatorum*, quanto amplius, efficaciusque id præſtabit ſacra Euchariſtia, quæ, *Eſt Sacramentum amoris, ex quo* (ſunt verba ſancti Laurentii Juſtiniani *Ser. de Euchar.*) *ferventior in affectione, & in ipſius frequentatione efficitur*

*ardentior*; atque ex hoc beatiſſimo incend
omnis ſcoria, omnes maculæ conſumun
quæ animæ puritati ac pulchritudini off
unt, unde conſulit S. Joannes Damaſcen
*l. 4. de fide Orthod. cap. 14. Demus operam, ut*
*divini ignis ſuſceptionem inardeſcamus, Di*
*efficiamur.*

Porrò, frequens celebratio unum a
bonum Sacerdotibus confert, non min
tile ac proficuum quam præcedens, qu
internam illuminationem, tanquam in
ligentiæ ſuperiores, inferiores, id eſt la
ac ſœculares inſtruunt, ac illuſtrant: *Per*
*cramentum & communionem particip*
*vinas illuminationes*, ſcribit Albertus M
gnus. *T. 21. de Euchar. diſt. 4. cap. 25. Acc*
*ad eum, & illuminamini, quia lux eſt*,
conſulit S. Ambroſius, utens illis Pſalm
verbis; & nonne id deberet eſſe veriſſi
familiariſſimũ illum noſtrum ad ipſum
ſum, dum non ſolũ facie ad faciem cum
noſtro agimus, verum etiam manib
ſtris ipſum contrectamus? Redux ad
lum ex monte Sinai Moyſes, in quo cu
facie ad faciem fuerat locutus, vultum
lit adeo reſplendentem, luminoſum,
que fulgentem, ut fixis oculis nemo
tum ejus poſſet intendere; eſt ſacerdote

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

angelici, qui omni mane digni fiunt domeſtico illo ac familiari conſortio, non recedent ab Altari, non dico Moyſis inſtar, facie cincta fulgore, ſed anima ac mente totaliter illuſtrata? Duo illi diſcipuli pergentes in Emaus, occulta verbi incarnati virtute, quod ſub occulta forma illis præſens aderat, ita incaluerunt, ut ſibi invicem poſtea referrent: *Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis, cum loqueretur in via?* Et ii ſacerdotes, qui cum ipſo agunt omni die, ſenſibus, ſub ſpeciebus ac accidentibus panis abſcondito, fide autem per Deum manifeſto, non perſentient ſuis in cordibus, ſancti æſtum amoris? Experientiâ certâ clarâque conſtat, quod qui cum ſpiritu, ac congrua devotione frequenter celebrant, lumen non ordinarium, ſed magnam Dei acquirant cognitionem, ad quod non parum juvat, ac conducit viva conſideratio magnitudinis, ac excellentiæ hoſpitis, quem intra nos recipimus. Adjungamus hiſce, vitam hanc noſtram præſentem continuum eſſe bellum, jugem ac implacabilé, omnibusq; mortalibus communem militiam, ſiquidem, *militia eſt vita hominis ſuper terram*; nos autem Sacerdotes præ reliquis omnibus, amplius perſentimus hoſtis infernalis inſultus, quia illi multarum ani-

marum ſubtrahimus prædam, iisque ad cœlum iter, viamque pandimus, prout è contra malo noſtro exemplo, ac lapſu, multorum aliorum ſumus cauſa ruinæ, ideoque ſacerdos ille æternus providere nobis voluit ſacrificio iſto ac ſacramento, ut nobis ſerviat pro firmo ſcuto, ac inexpugnabili propugnaculo contra omnes inferni fraudes ac machinas, unde dum ſacratiſſimum libamus ſanguinem cum ſumma confidentia dicere debemus: *ab inimicis meis ſalvus ero*: Præterquam, quod cum primum ſacrum indumentum aſſumimus, amictumque imponimus, Eccleſia ordinaverit, ut illud caſſidis instar fortiſſimæ acciperemus, unde & hanc præſcribit dicendam orationem: *Impone Domine capiti meo galeam ſalutis, ad expugnandos diabolicos incurſus.* S. Bernardinus *T. 2. Ser. 54. a. 3. cap. 2.* conſulit, ut ſummam in illo Sacramento habeamus confidentiam, promittitque illius ope, *conſternationem hoſtium exterius, & defenſionem, ac conſervationem omnium interius*, convenitque hoc totum cum iis, quæ dicit S. Joannes Chryſoſtomus *Hom. 43. in Matth.* id eſt, quod viſo ſacratiſſimo ſanguine pavidi trementesque aufugiant Dæmones, adjutores accedant Angeli, infernum claudentes, cœlum reſerantes. Jam un-

undique imperitus à poteſtate infernali, nihilominus tamen ſe ſecurum æſtimabat, quia Deo ſe ſperabat vicinum: *Pone me juxta te, & cujusvis manus pugnet contra me;* *c. 17. v. 3.* Quomodo ergo timere poterit Sacerdos, tam arctè Deo unitus tam corporaliter, quam ſpiritualiter? Inter alias à Deo ſanctæ Brigittæ factas revelationes, una eſt *lib. 4. cap. 58.* apprimè propoſito noſtro ſerviens: *Sicut ex uno verbo, quod dixi, ego ſum, corruerunt hoſtes mei corporaliter in terram, ſic dicto verbo meo, videlicet, hoc eſt corpus meum, fugiunt Dæmones à tentando animas offerentium, nec auderent redire ad eos cum tanta audacia, ſi affectus peccandi non remaneret*; hinc eſt, quod S. Cyprianus, qui perfectè cognoſcebat vim & energiam Euchariſtiæ in iis qui dignè ad illam acceſſerint, atteſtetur ſe ſuo tempore non reperiſſe armaturam fortiorem ad Dæmonis Infernique retundendos ictus, pane illo cœleſti: *Quos tutos eſſe contra adverſarios volumus, munimento Dominicæ ſaturitatis armemus.* *Ep. 54. ad Cornel. pp.*

Alius iterum fructus, non tantum proficuus, ſed etiam delectabilis oritur ex ſacramenti illius frequentatione, eſtque conſolatio quædam, ac guſtus ſpiritualis, quo ſolet alleviari, ac erigi, ut cum fervore ac alacri-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tate vitæ ſpiritualis decurrat viam. *Animæ*
*meri hujus fortitudo hilaritate inexplicabili læ*
*tificat , & delectat* , inquit ſupracitatus Cy
prianus *in cœna Domini*, Sufficiat, inter innume
ra alia, duo tantum hujus rei exempla pro te
ſtimonio referre. S. Philippus Nerius ſu
mendo ac Lambendo calicem , tam exceſſi
vam expertus eſt dulcedinem, ut famelici in
fantis inſtar, maternorum uberum adhæren
tis papillis, labra ſua vix ab illo abſtrahere &
amovere poſſet, ita ut etiam hodiedum mor
ſus appareant illi impreſſi, in ſignum eviden
tiſſimum conſolationis ſenſibilis quam
percipiebat. S. Thomas de Villa nova *conc.*
*de corp. Chriſti* refert de S. Ruperto Abbate,
quod, dũ aliquamdiu reſtitiſſet ſuæ ad ſacer-
dotium promotioni, tandem agnoſcens eſſe
divinã voluntatem, acquieviſſe Ordinationi,
ac ſuſcepiſſe ſacrum Ordinem, nocte autem
ſubſequente primam miſſæ celebrationem,
hujusmodi habuiſſe apparitionem: *Illi in ſo*
*mnis Chriſtus apparuit , corpore quidem pul*
*cus , ſed occultata facie , ut ab eo vultum*
*videre non poſſet , qui ei membratim ſic impreſ-*
*ſus eſt , ut neque ſigillum ceræ tam intime im-*
*primi poſſe videretur , tantaque fuit ex hac*
*impreſſione in eo orta delectatio , ut excitatus*
*agnoſceret ; quia niſi cito voluptas illa pertran-*
*ſiſſet*

*ſiſſet animam illius, ſuo impetu ſecum à corpore rapuiſſet.*

Delectationi huic ſpirituali, adjungamus utilitates innumerabiles temporales, quæ ex hoc ſacrificio ac Sacramento à recipientibus illud, percipiuntur, & obtinentur. Refugium eſt in bellis unicum, ac præſentiſſimum, cujus rei teſtimoniis plenæ ſunt hiſtoriæ, ac præter alias, illud confirmat id, quod contigit Darocæ. Civitati illi ultimum minitabantur excidium Barbari, ut autem prudentes Sacerdotes à tanta ſtrage ac ruina liberarent patriam, tamque periculoſam prævenirent irruptionem, recurſum ſuum habuerunt non ad armatos, aut cataphractos milites, ſed ad Altare, hoc enim menſa illa bellicoſa eſt, de qua prædixit David: *Paraſti in conſpectu meo menſã, adverſus eos, qui tribulant me*, terminataque miſſa, dum tempus non ſuppeteret ac communicandos devotos aliquos milites, reſtantes hoſtias, corporali involutas, ſub lapide quodam abdiderunt, ut irruentium Barborum ſubtraherent furori ac profanationi. Sed quid accidit? Cæſi, fugatiq; inimici, reducesq; fideles milites ad Eccleſiã, ut cõmunicarent, repererunt ſacras Hoſtias illas corporali adhærentes, ac undique totas conſperſas ſanguine. Ob prodigio-

digioſum hunc ſucceſſum, ſtatim ad Urba-num Quartum ſummum Pontificem legati expediti fuerunt, qui funeſto illo implacabi-lium bellorum tempore mandavit S. Tho-mæ Aquinati, ut officium componeret Cor-*poris CHRISTI*, cujus ille inſtituere vo-lebat feſtivitatem, ſimili quoque mo-prodigio, quod contigerat in Diœceſi Orvie-tana; *Od. Rin. ann. eccl. a.* 1264. *n.* 26. quapro-pter Sanctus ille dictum officium non ſolum accommodavit attemperavitq; temporibus miſeris ſœculi iſtius, verum etiam futuris, unde inter alias precationes illam etiam ad-junxit: *O Salutaris Hoſtia, quæ cœli pandis oſtium, bella premunt hoſtilia, da robur fer auxilium.* S. Cyprianus in epiſtola paulo ſupe-rius citata refert, quod fideles illi, qui ſeac-cingebant ac præparabant ad præliandi pro fide cum Tyrannis, certamen inire non per-mittebantur, niſi prius muniti fuiſſent ſacra communione: *Quos excitamus, & hortamur ad prælium, non inermes, & nudos relinqua-mus, ſed protectione corporis, & ſanguinis Chriſti muniamus.*

Quam non ſumus ſollicitià de ſalute cor-porali? Et illa quoque ſummum recipit juva-men ex ſacroſancto Miſſæ ſacrificio. In tertia oratione, poſt ſacram ſumptam com-

munio-

munionem, petimus ac inſtamus apud Dominum, ut ſacrificium iſtud, *ſit tutamentum corporis.* Remigius Antiſiodorenſis *de celebratione Miſſæ*, prout legitur in Bibliotheca veterum Patrum Tom. 6. agnoſcit illud pro effectu Euchariſtiæ propriiſſimo: *Utraque ſanitas ab illa eſt, animæ, & corporis:* & S. Cyprianus *de cœna Domini* plura de hoc ſubjecto, ac materia ſcripſit, & inter alia: *Ad totius hominis vitam ſalutemq́ proficit.* Sanitas ſummè neceſſaria eſt Sacerdoti, utpote qui diu noctuque fatigari debet pro ſolatio, ac adjutorio animarum, aſſiduus in confeſſionibus excipiendis, in vigiliis, in ſtudiis, paratus debet eſſe ad ſubeunda incommoda miſſionum, ad ſuccurrendum moribundis. Si ergo ſanitas deficiat, aut ille brevi ſuccumbet, aut debito cum fervore munus ſuum obire non poterit. *Virtus de illo exibat, & ſanabat omnes*, ſcribit de Chriſto Salvatore Evangeliſta, dum nobiſcum hic in terra verſaretur, unde Hæmorrhoiſſa, quæ per tot annos, tantiſque cum expenſis tandem incurabilis erat facta, ſolo fimbriæ veſtimenti ejus attactu ſtatim perfectè ſanitati reſtituta fuit: Et non potiore jure ſperabimus nos Sacerdotes à CHRISTO Salvatore corporis animæque ſanitatem, ex virtute cor-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

poris ipſius, qui non tantum leviter ipſum attingimus, ſed ſacris conſecrationis verbis illi damus eſſe Sacramentale, ipſum contrectamus, atque intra viſcera noſtra incorporamus.

Quis dicere, enarrare, aut penetrare poterit, à quantis liberet, præſervetq; periculis pietas ac devotio erga potentiſſimum Miſſæ Sacrificium, noſtraque frequens celebratio, proindeque quanta noſtra ſit cœcitas, dum in illa deſides ſumus, negligentes, ac ſocordes? Diſcipulus in ſupradicto Serm. 48. de qua verba profert, quæ non oportet ſurda præterire aure, cum aptiſſima ſint, ad excitandum in nobis fervorem, ac devotionem erga ſacrificium incruentum: *Si illo die, qua miſſam audiviſti, incideres in periculum vitæ tuæ, tunc ſecurior eris, & DEUS miſericorditer de manibus inimicorum te perſequentium eripiet. Vidi DEUM facie ad faciem*, dicebat Jacob, *& ſalva facta eſt anima mea*; recognoſcebat utiq; quantum foret privilegium, quanta gratia, ſtetiſſe ante faciem DEI, ideoque non ſolum ſuam ſalvavit vitam, ſed etiam cum opulenta ſua ſubſtantia, omnique numeroſa familia itae vaſit incolumis, ut viderentur eſſe ſpeciali quodam è cœlo exercitu defenſæ; *Caſtra*

*Dei*

*Dei ſunt hæc*: & ſuper hæc omnia, etiam Fratri reconciliatus fuit, implacabiliter ſibi offenſo. Et quid, nonne etiam Sacerdos ſtat facie ante faciem Dei. Quomodo ergo non poterit degere, vivereque ſecurus de quibuſcumque periculoſis eventibus, ac de ſalute corporis & animæ?

## Caput Sextum.

*Ex incruento illo Sacrificio, ac Sacramento, vigorem ac nutrimentum accipiunt plures virtutes Chriſtianæ, Sacerdotibus ſummè neceſſariæ.*

SAnctus Dionyſius Areopagita, qui ſubtiliſſimè diſcurrit de Eccleſiaſtica Hierarchia, cap. 3. n. 13. in fine inſinuat, cur ſacerdos æternus ſupremuſque Pontifex inſtituerit colendiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum: *Noſtri ſecum unificam communionem beneficè excogitavit, ea, quæ in nobis humilia ſunt, diviniſſimis ſuis uniens excellentiis, ut & nos ipſi tanquam membra corpori, per ejuſdem immaculatæ ac divinæ vitæ identitatem congruamus, ne corruptibilibus necati paſſionibus, divinis illis ſanctiſſimiſque membris incongrui, vitæque incapaces exiſtimemur.* Si nos velimus ſtatui noſtro conformem recipere Sanctita-

tem (quantùm nimirũ humana capax eſt fra-
gilitas) ecce mediũ, quod hic ſubminiſtratur,
frequens ſcilicet Euchariſtiæ ſumptio, qua
mediante, tantũ de divina perfectione Crea-
turæ cōmunicatur, quantũ illa particeps ejuſ-
dem fieri poteſt, unde optimè illa à S. Alberto
Magno *T. 21. de Euch. d. 1. 6. ar. 2. c. 1.* appellatur
*communicatio omnis ſanctitatis*. Non abſque ra-
tione Eccleſia, in ſolemnitate ac Miſſa corpo-
ris Chriſti, ante offertorium ſanctitatis Sacer-
dotũ veteris legis ingerit mentionem: *Sacer-
dotes ſancti incenſum & panes offerunt Deo,
& ideo ſancti erunt Deo ſuo*, ut nos, recogno-
ſcentes excellentiam noſtrã ſupra illos, ſimul
intelligeremus nos ampliori præ illis obligari
lucere ſanctitate. Quod pauperes illi reperire
potuerunt, licet ſicci, aridi, ac ſitientes per-
manſerint, nos, qui de plenitudine fontis co-
pioſiſſimæ ſanctitatis omniſq; gratiæ ſuffici-
entiſſimè potamur, ſitim noſtram non ſeda-
bimus ſacro Domini calice, ut probitatis,
ſanctitatis noſtræ rivi, foras deriventur in pla-
teas ad proximi ædificationem, majorem ...
coronã noſtram? *Eſt fons omnis gratiæ & vir-
tutis* (dicit de Sacramento Altaris ſanctus Ber-
nardinus *Tom. 2. Ser. 55. a. 2. c. 1.*) *unde Eucha-
riſtia, id eſt bona gratia nominatur; ideo Eccle-
ſiaſtici 24. ipſa Euchariſtia de ſe ait, in me omnis*

g

*gratia vitæ, & veritatis, in me omnis ſpes vitæ & virtutis.* Jam ergo penes nos ſtat, derivare in corda noſtra è cœlo affluentiam gratiarum per ſacram Communionem, & quis eſt, qui non aperiat ſinum, nõ dilatet affectus?

Doctiſſimus Salmeron, ſocius digniſſimus unius ſancti, qui ſæculo ſuo ſumã cura ſtuduit introducere frequentem uſum ſacræ Comũnionis, abſolutè aſſerit *Tom. 9. tit. 25.* omnes virtutes, tam Theologicas, quam morales, ab illo Sacramento mirifice augeri, ac promoveri: *Virtutes Theologicas & morales, quæ ad ſalutem noſtram faciunt, earumq; incrementa, nulla ratione magis polliceri poſſumus, quam per hoc ipſum fidei, & Charitatis ſacramentũ.* Ita poſſum maximo cum merito in illo myſterio, plusquam in ullo alio, vivaciſſimum exercere actum fidei, ſiquidem ſi verum ſit, uti veriſſimum eſt, illã non habere locum, ubi humana ratio præbet experimentum, in illo certe ſacramento, prout etiam alibi dictum eſt, opus eſt omnem ſenſibus denegare fidẽ, planeq; captivare intellectũ, debemusq; credere aliud adeſſe, quam quod repræſentatur; ideoq; non ſine ratione per antonomaſiam appellatur ſacramentum iſtud: *Myſterium fidei.*

Inexplicabiliter per illud ſpes erigitur, firmaturq;, atque ideo in Antiphona familiari

officii

officii Corporis Chriſti legimus: *Futura g[illegible]riæ nobis pignus datur*. Si Beatitudinis noſt[illegible] ſecuram certamque habeamus arrham, q[illegible] modo in nos ſalutis noſtræ timor caderep[illegible]terit? S. Epiphanius in Epiſtola ad Joann[illegible] Hieroſolymitanũ Euchariſtiam vocat: *Ch[illegible]ſtianorũ præcipuã ſalutem*. Digniſſimus qu[illegible] Prælatus S. Martialis *Ep. ad Burdig.* pro con[illegible]matione hujuſce veritatis ſcripſit, illame[illegible] *unicum remediũ ad vitam æternam præſtan[illegible] & mortem effugandam*. Gratia à Theologis [illegible]pellatur: *Gloriæ inchoatio*, in illo autem con[illegible]vio, *Mens impletur gratiâ*, ergo etiam anti[illegible]pate gaudet gloria, dum intra ſe ſub ſpecieb[illegible] Sacramẽtalibus recipit Filiũ Dei, de quo d[illegible] Albertus M. *ibid. c. 4. Corpus Spiritus ſanctim[illegible]nibus formatum, totum ſit gratiæ promptuari[illegible]* Clemens Alexandrinus *l. 3. pæd. c. 2.* circumſcr[illegible]bit Euchariſtiam titulo Regni: *Regno digne g[illegible]ſtato*: Idemq; omnino putat Doctor Angelic[illegible] voluiſſe dicere Chriſtum, dum ait: *3. P. Q.* [illegible] *Quærite primum Regnum Dei*: Si ergo cœl[illegible] habeamus in manibus, quid oberit, aut ob[illegible]bit firmæ certæq; ſpei tanti boni, *in quo eſt ſ[illegible]tus omnium bonorum aggregatione perfectus.*

Unde Charitas flammarum ſuarum incen[illegible]diique fortius, efficaciusq; habere poterit n[illegible]trimentum, quam ex pane Angelorum? H[illegible]

hab

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

habemus de illo Sacramento integrum volumen in folio, intitulatum *Sacramentum amoris*: Propriũ eſt amoris, cor amans transferre in objectum amatum: *Amans magis eſt ubi amat quam ubi animat*, idq; inſinuavit Salvator dicens: *Sicut miſit me vivens Pater, & ego vivo propter Patrem & qui manducat me, & ipſe vivet propter me*, & hoc modo anima aliqua paſta, ac refecta hoc Sacramento, liberè poteſt dicere: *vivo ego, jam non ego, vivit verò in me Chriſtus*, hocque tam verum eſt, ut Seraphicus Bonaventura T.7. de præp. ad Miſſ. c.7. auſus fuerit aſſerere: *Comedens incorporatur Chriſto & tranſit in amorem & unitatem Corporis Chriſti.* Si ergo verum eſt, prout eſt veriſſimum, ex ſolo, puroque amore Filium Dei ſe totum nobis dare in Sacramento Altaris, quomodo nos in recompenſam, non reddemus ei cor noſtrum, omneſque affectus, dum, *amor amore rependitur? Si dederit homo omnem ſubſtantiam ſuam pro dilectione, quaſi nihil deſpiciet eam*: Et tamẽ deformiſſima monſtroſitate docet experientia, minimam cordis noſtri partem impendi tam dulci ac amoroſo objecto, quandoquidẽ totum quodammodo inhæreat, adhæreatque creaturis, dum interim nos ſœculares exhortamur, ut à terrenis abſtracta ſolutaque corda, elevent ad cœlum in miſſa dicen-

tes:

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tes: *Surſum corda*, nec tamen confundim[us] in hiſce inferioribus tenaciſſimè manere con-ſtricti, ac ligati.

Verùm ex frequenti celebrationis, ac com-munionis exercitio, non ſolum excitantur, perficiuntur virtutes Theologicæ, verum[et] omnes reliquæ aliæ, Humilitas, omnium vir-tutũ radix, ubi melius diſci poteſt, aut appre-hendi, quam in hoc ſacrificio repræſentatio ſummi illius ac admirandi actus humiliatio-nis, quem in conſpectu totius mundi, in ver-ce Golgathæo demonſtravit Sapientia incar-nata? Et præter hoc, quale eſt illud exemplum Chriſti, cui tamen omnes famulantur creatu-ræ, dum ad pauca Sacerdotis, ſæpius indigni, verba, promptiſſimè deſcendit de cœlo, ſeſe-que quaſi comprimit, coarctat, ac conſtringit ſub neglecti panis particula, nec dedignatur intrare immundum peccatricis creaturæ pe-ctus? Et non reſolvet hæc, ad tam ſtupen-dum exemplum, faſtum omnem deponere, altaque ac ſublimia colla ſubdere humili-ti?

Caſtitas, ac continentia, Sacerdotibus ad-neceſſaria omnem ſuum vigorem, omneque nutrimentum recipit ab illo calice, de quo ſcribit Propheta; *vinum germinans virgines*. Confirmat hoc in primo ſermone S. Petr[us] Chr[...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Chryſologus, dum loquens de ſacratiſſimo Altaris Sacramento, dicit, quod Deus per illud, *Nos alit deliciis honeſtatis.* Verùm nec clarius, nec magis convincens dari poteſt exemplum, quam in S. Auguſtino: *lib. 6. conf. c. 3.* Confitetur hic de ſeipſo, quod capere nequiverit, quomodo S. Ambroſius perſeverare poſſet, ac vivere vitam cœlibem, poſtea autem ad Deum converſus, idipſum in ſeipſo expertus eſt: *Quam ſapida gaudia de pane tuo ruminarem, nec conjicere poteram, nec expertus eram.* S. Bernardinus Senenſis illibatam ſervavit caſtitatem, *egregia forma repugnante*, prout in vita ipſius legitur, idque quod in ſeipſo experimento aſſecutus eſt, nobis pro doctrina ac inſtructione reliquit, id eſt, quam grande contra ſenſuum carnisque ardorem, ab Euchariſtiæ Sacramento trahatur refrigerium, declaravit: T. 2. *ſec. 55. ar. 3. c. 2.* *Valet*, inquit, *ad mitigandum ſtimulum carnis, in cujus myſterium Exodi* 10. *manè quoque ros jacuit per circuitum caſtrorum*, ſervitque pro hoc intento authoritas Gloſſæ ſuper præfata verba: *Panis cœleſtis in ſimilitudinem roris, & pluviæ apparuit, quia Corpus Chriſti à fervore vitiorum refrigerat.*

Ubi melius diſci poterit, ac percipi obedientia, quã in hoc ſacrificio? Dum in illo promptiſſimè voci creaturæ obedit Deus, *cui omnia*

*obedi-*

*obediunt*, immenſitatemq; ſuam exigua hoſtiæ
orbicula circumſcribit. Quod ſi apud omnem
poſteritatem laudem immortalẽ conſecutus
ſit Iſaac, eo quod paratã ſeſe promptamq; ob-
tulerit victimã patri ſuo in ſacrificio non con-
ſummato, quanto magis elucebit illud veri
æterni, quod ut manuducat, conſervetq; ho-
vermẽ, quotidie in altari victima offertur ſa-
crificii incruenti? Et ad tam illuſtre obedien-
tiæ exemplum, non confundetur pertinax vo-
luntatis noſtræ pervicacia, nec ſeſe ultrò, li-
bensq; ſubdet tã benigno, tam manſueto Deo?

Quid de Mortificatione? virtute maxime
vocationi noſtræ congruente, imo propria,
non ſolum ad augendum meritum, ſed etiam,
quia eſt quaſi inſigne noſtrum, ſicut in perſo-
na noſtra dicit S. Paulus Apoſtolus: *Propter te*
*mortificamur tota die*. Suoq; exemplo illam
inculcat victima, quæ in Miſſæ ſacrificio offer-
tur; ideoq; plus ad nos, quam ad ſæculares di-
recta eſt illa ejuſdem S. Pauli Apoſtoli exhor-
tatio: *Rom. 12. v. 1. Obſecro vos, ut exhibeatis cor-*
*pora veſtra hoſtiã viventẽ, ſanctam, Deo placen-*
*tem, rationabile obſequiũ veſtrum*, quod quàm
de nobis dicat, nobiſque inculcet, clarè ex iis
quæ ſequuntur deducitur: *Et nolite confor-*
*mari huic ſæculo, ſed reformamini.*

Fortis tolerantia contradictionum ac per-
ſecutionum etiam fructus eſt hujus Sacra-
me-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

menti, qua nos ſimiliter valde indigemus; dum enim ſumus electi ad zelandum ac defendendum Dei honorem per vitiorum eradicationem, abuſuum abrogationem, malorum ac perverſorũ hominum correctionem, per verbi Dei, apoſtolica cum libertate annuntiationem, publicamq; ac imperterritam veritatis Evangelicæ (odii ac invidiæ putatitiæ matris) promulgationem, ideo certè, ultimis hiſce temporibus, ſummè nobis opus eſt hujuſcemodi armaturâ. Joſeph ab Arimathæa nobilis Decurio, dum eſſet occultus Chriſti diſcipulus timebat manifeſtari, ne eidem fortè cum ipſo involveretur incommodo, ac Judæorum incurreret indignationem, & fortè etiam pœnam; verum altero die poſtquam inſtitutum fuit hoc ſacramentum, poſtquam ille vidiſſet cruentum illud in monte Calvariæ ſacrificium, ita fuit animatus, tantos ſumpſit ſpiritus, ac vigorem, ut omni depoſito timore, ſe pro tali declaraverit, *Et audacter introivit ad Pilatum, & petiit corpus Jeſu* Ioan. c. 19. ita ut S. Chryſoſtomus, ſufficienter nequeat admirari ſubitã adeo mutationem, tantamque fortitudinem, poſt panicum illum timorem; unde in quadã homilia admirabundus nos inclamat: *Suſpice hujus viri fortitudinem, in mortis enim periculum ſe tradidit, inimicitias ad omnes aſſumens, per benevo-*

lenti-

*lentiam Chriſti , & non ſolum audet corpus Chriſti petere , ſed & ſepelire.* Homil. 86. in Matth.

Etiam neceſſarium eſt Eccleſiaſticis maximè iis qui curam habent animarum, ſolidum continuumque nutrimentum, ne deficiant in laboribus, moleſtiis ac faſtidiis, quæ curæ Paſtorali ſemper ſunt annexa, eamque indiſſolubiliter comitantur, debent ſe inquã benereficere, prout facere aſſolent operarii manuales, qui cibis ſolidis ac ſubſtantioſis veſcuntur, ut oneribus laboribuſque ferendis pares conſtant; aſt, unde melius, unde efficacius illi reficientur, quam ex menſa Euchariſtica, quam ex frequenti acceſſu Sacramenti Altaris? Quis (dicit S. Laurentius Juſtinianus Serm. de Euch.) *ferventior in dilectione, fortior in labore, promptior in opere,* is ſcilicet, qui dignè illo veſcitur. Pleniſſimè hæc confirmantur à venerabili, ac pio Thoma à Kempis, hiſce verbis: *In hoc Sacramento confertur ſpiritualis gratia, & reparatur in anima virtus amiſſa,* & poſt pauca; *Tanta aliquando hæc eſt gratia, ut ex plenitudine collatæ devotionis , non tantum mens, ſed & debile corpus , vires ſibi præſtitas ſentiat ampliores.* L. 4. c. 1. n. 12.

Prudentia, ſine qua, juxta doctrinam Doctoris Angelici, non poteſt dari virtus, inſigne

rec-

recipit augmentũ ex pane hoc Angelico, cujus plenam fidem facit S. Laurentius Juſtinianus ſuperius citatus. Verùm, ſi virtus illa neceſſaria ſit omnibus ac ſingulis, præ cunctis tamen illa indigent Sacerdotes, ut tanquam prudentes fidelesque œconomi gratias, donaque cœleſtia, rite valeant diſtribuere, ad quod officiũ ſumus deputati: *Divinorum bonorum œconomos*, vocat nos S. Ignatius Martyr: *Ep. ad Polyc.* Effectus autem Euchariſtiæ eſt, reddere hominem cautum, modeſtum, ac circumſpectum: Hinc dicit S. Bonaventura: *per hoc fit homo ſagacior ad cautelam.* Con. Th. ver. l. 6. c 15.

Tandem, perſeverantia in bono, fructus pariter eſt frequentis comunionis, ac pro illa obtinenda, ſæpius in ſacratiſſimo Miſſæ ſacrificio Deum exoramus. Ex hiſce præmiſſis, *Calix meus inebrians, quam præclarus eſt, Pſal. 22. v. 15.* quam deduxit conſequentiam Pſaltes Regius? *Et miſericordia tua ſubſequetur me, omnibus diebus vitæ meæ, & ut inhabitem in domo Domini, in longitudinem dierum*: Non poterat majore claritate Albertus Magnus *T. 21. de Euch. diſt. 1. cap 4.* iſtam elucidare veritatem, quam, dum reflectens ſeſe ad iſta S. Pauli verba, *optimum eſt gratiâ ſtabilire cor*, ita ſcribit: *Gratia cor ſtabilit, & confortat, ad hoc quod in bono divino permaneat, hoc autem ſpecialiter*

*hac*

*hæcgratiafacit, ſicut ait Pſalmiſta. Panis* *hominis confirmat.* Qui ergo de ſalute est ſollicitus, optatque firmiter perſiſtere bonis propoſitis, ſæpius veſcatur comedat panem vitæ.

## Caput Septimum.

*Ritus, ceræmoniæ, ſuppellectilia, veſtes cræ, quibus in celebrando utimur omnia myſteriis redundant.*

SAncta Eccleſia, quæ in cunctis ſuis ordina tionibus ſemper eſt myſteriis gravida, Ritibus, veſtibus, ac ceræmoniis ſacris, quibus miſſam celebrat, recluſos habet ſenſus pro fundiſſimos, ac ſignificata valde moralia, iis Sacerdotes recognoſcant, quã ſit ſublime quã venerabile ac tremendum ſacrificium quod corũ manibus perficitur; & quia dep vata humana natura, difficulter ſeſe erigit cognoſcendas res divinas, hinc ſancta Eccl tantos inſtituit ritus, tã diverſas ceræmo tamque pias ac devotas, ut illam rapiat ad rum cœleſtium contemplationem: *ut men* *fidelium per hæc viſibilia Religionis, & pieta* *ſigna, ad rerũ altiſſimarum, quæ in hoc ſacri* *la*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*latent, contemplationem excitarentur:* ita illius interpretatur mentem S. Tridentinum Concilium Seſſ. 22. cap. 5. Quidquid pro divino illo Holocauſto ordinatū eſt ſpirat, Religionem, excitat ſanctitatem, ſenſibilemque commonet devotionem quidquid circa illud agitur, ut illa in ſacris miniſtris plane deberet effluere ac abundare. *Omnia quæ circa Sacramentum hoc ſunt, debent eſſe ſacra, & ſacrata, ut Eccleſia, calix Altare, corporale, & ornamenta,* ſcribit Dionyſius Carthuſianus de vit. cur. a. 6.

Altare conſecratur diverſis, longis, pleniſq; myſteriis ac cæremoniis, ungitur ſacro Chriſmate, & in medio collocatur lapis benedictus ſub quo reconduntur ſanctorum Martyrum Reliquiæ, ut ex ſacratis illis abſconditiſq; cineribus, flamma pietatis exurgens, celebrantem accendat ſacerdotem: operitur deinde diverſis pannis lineis mundiſſimis, ac denotandū, quod quidquid in ſummo hoc ac admirabili ſacrificio ſervit uſui, illibatā quandam ſpirare debeat munditiem: omnia altaris ornamenta, prout & ipſius ſacerdotis, altiſſimis tecta ſunt, myſteriis, ita ut jure meritiſſimo de ſacra Miſſa dici poſſit, in ea eſſe, *plura Sacramēta, quā apices.* Luminaria quæ accēduntur denotāt, (prout vult Durandus *Dur. Ra Div. off. L. 1 C. 1. n 40.*) Chriſtū Dominū noſtrum, qui ſeipsū appella-

vit lumen mundi; vel etiam per illa deſigna-
tur Apoſtoli & Doctores, juxta ejuſdem ci-
explicationem : *Luminaria ſignificant A-*
*ſtolos & cœteros Doctores, quorum doctrina*
*get Eccleſia, ut ſole luna.* Eſtq; , quod circa
recordentur Altaris miniſtri, illos doctri-
exemplo lucere debere in Eccleſia, ut e-
illuſtrentur, ac illuminentur ſœculares;
dicit S. Joannes Chryſoſtomus: Lib. 6. de Sa-
*Accedentem igitur ad altare Sacerdotem*
*nis inſtar univerſum orbem luſtrantis, ani-*
*ſplendeſcentem habere oportet.*

Jam verò, quid dicemus de veſtibus ſa-
quibus induitur celebraturus Sacerdos?
mam curam demonſtravit Altiſſimus, in p-
ſcribendis in veteri lege indumentis, Levi-
Sacerdotibus, ac Pontificibus. Per quadra-
ginta dies inſtruxit Deus Moyſen circa ill-
bene obſervat idem Durandus, L. 3. c. 1
que illius rationem Oleaſter : in cap.
*Non vult Deus videre Sacerdotes ſuos in*
*mentis propriis, ſed ſanctis indutos.* Non
luit ſapientia æterna illas confici aut p-
ri ab artificibus ignaris, aut minus peri-
ab expertiſſimis, ſuoque ſpiritui accomod-
ac ab eodem inſtructis : *Loqueris cunctis*
*pientibus corde* (inquit legislator Hebræo-
*replevi ſpiritu prudentiæ, ut faciant veſtes;*

tura, color, opuſquePhrygium, confici non debebat juxta capritiũ artificis, ſed totum conformiter delineationi, factæ ab æterno Pontifice: *In habitu ſacerdotali nihil eſſe, quod vacet à ratiõe, apud veteres quoq; conſtitit. ſicut B. Hieronymus, ſcribens ad Fabiolam, teſtis eſt*, ſunt verba Ruperti Abbatis: *Lib. 1. de div. off. c. 18.* Si ergo habitus illi, deſtinati ad mactandos tauros, jugulandas oves, aliaque excorianda animalia, tam pleni erant myſteriis; *apud nos ergo* (ſtringit ſane hæc conſequentia) *quantò Sacerdotium Chriſti, veteri ſacerdotio dignius eſt, tanto in habitu ſacerdotali cauſas habere probatur digniores.*

Et ideo advertendum eſt, omnia exteriora ornamenta à Deo præſcripta, ac ordinata, Tribui ſacerdotali, erant directa ad exteriorem compoſitionem; hincq; acutè quærit S. Bernardus *L. 3 de Conf. c. 5.* *Num de veſtibus cura eſt Deo, & non magis de moribus? ut hæc forma veſtium morum indicium ſit*: & poſt hunc alter S. Thomas de Villa nova ſcripſit: *Conc. 3. de S. Auguſt.* *Nunquam profectò Deus tam ſollicitè, & exactè omnem ſacerdotis ornatum deſcriberet, niſi magna & egregia in eo Sacramenta laterent*: Porro myſteria illa, in iis recluſa, eleganter, graphicèq; pandit venerabilis Beda, cujus authoritate utitur Gloſſa; *Cuncta ſunt*

*de auro, pretioſiſq; coloribus, quia nihil vile*
*ſordidũ in ſacerdotis ore vel opere debet appa-*
*re, ſed cuncta quæ agit, loquitur, cogitat, c*
*hominibus præclara, & interni arbitrii con-*
*ſcui, oportet eſſe glorioſa.* Alioquin ſane pa-
juvaret in Altari comparere habitu com-
ornato, ac præcellente, ſi illi interior, ma-
ac elegãtior nõ correſponderet pulchrit-
eximiaq; forma, imo vero, major inde fo-
orq; oriretur deformitas, iniquitasq; det-
bilior: *Attendat ſtudioſè Sacerdos, ut ſign-*
*ſignificato non quærat, id eſt veſtem ſine v-*
*non portet, ne fortè ſimilis ſit ſepulchro, for-*
*albato, intus verò omni ſpurcitiâ plen-*
*quis enim Sacerdos indumentis ornatur, & ho-*
*neſtis moribus non induitur, quantò venera-*
*lior apparet hominibus, tantò redditur in-*
*gnior apud Deum:* Hæc pro eruditione no-
ſcribit citatus Durandus, Prælatus pi-
zeloſiſſimus. *ibid. l. 3. c. 1. n. 5.*

Itaque cum Miſſa, prout ſæpius dictum
ſit viva repræſentatio mortis Christi Sal-
ris, quam pro nobis in Golgathæo mo-
ſtinuit, hinc non immerito, aſt cum m-
pondere rationis ordinavit Eccleſia, u-
cerdos celebraturus etiam in veſtibus, a-
dumentis eundem repræſentaret Chri-
ſeipſum primitus offerentem in altari c-

quapropter non abs re erit, extrave propoſitum, brevem hic adjungere reflexionem, quæ ſuper illa indumenta poteſt formari.

Amictus primum eſt, quo caput cooperimus, denotatque velum iſtud quo inſolentes, effrontesque milites velaverunt ſacram redemptoris faciẽ, ipſũ percutientes, alapasq; infligentes, ac crudeli ſarcaſmo ipſi dicentes, *prophetiza, quis eſt, qui te percuſſit*; nobis pro morali doctrina, & potiori cum ratione fors inſinuare volentes, ut celebraturi oculos velatos habeamus, id eſt omni extraneo objecto, quod diſtractiones cauſare poſſet, atque ita majori cum attentione tremenda illa myſteria pertractare poſſimus.

Alba Symbolum eſt veſtis candidæ, qua Chriſtus inſtar ſtulti illuſus fuit, ac ſpretus ab Herode; nec deſunt alia myſteria à ſacris Doctoribus notata, quorum aliqua hic referimus. Rupertus Abbas *ibid. cap. 20.* aſſirmat veſtem illam albam denotare formam: ac normam vitæ ſacerdotalis, id eſt quod illa à capite, ad calcem debeat eſſe candida, ac illibata: *Novam vitam ſacerdotis deſignat, quam docuit, & in Baptiſmo dedit*: Hæcque pia moralitas confirmatur ab Hugone Cardinale, *in cap. 2. Apoc.* hiſce verbis: *Uſque ad pedes deſcendens, ſignificat candorem vitæ innocentis, quæ à*

*Sacerdote debet incipere* , *ſicut alba induitu*
*prius à parte capitis*. Durandus, ritus ac ce-
monias ſacras explicans , ex quo labore ſu
mam præ omnibus adeptus eſt laudem, in
Alba loquitur: *ibid. Ob ſpeciẽ candoris mun*
*tiam demonſtrat; quia uſque ad talos deſcen*
*perſeverantiam deſignat* : Candor ille e
tat nos ſtimulatq; ad puritatem , qui appo
lineus eſt , non autem alterius alicujus m
riæ pretioſæ, nam ſicut ille telæ lineæ non a
venit niſi per ablutiões, macerationes, t
ctationes, & exſiccationes, ex quibus vio
ter quaſi accipit id , quod à natura non h
bat, ita quoque indiget miniſter ſacri Al
jugibus lachrymis , ſtrictis jejuniis, ali
corporis afflictionibus, ac macerationibus a
comparandam puritatem adeo ſibi nec
riam.

Cingulum repræſentat, aut prima ill
cula quibus ab infidis trucibuſque Jud
nocentiſſimus agnus Chriſtus in horto G
ſemani, dum caperetur, fuit vinctus, a
quibus poſtea ligatus fuit, vel etiam pot
ci ſignificare crudelia illa lora craſſa, ac
tes funes & flagella, quibus atrociſſimè a
lato juſſus fuit dilaniari. Quoad myſter
ſubjungit idem Durandus : *cap. 4. Alba c*
*gulo ſtringitur* , *ut omnis voluptas carnalis*
*ſtri*

*ſtricta intelligatur*; & in capite ſubſequente aliam adjungit moralem inſtructionem: *ut caſtitas ſacerdotis per Albam ſignificata, nullis incentivorum ſtimulis diſſolvatur; cingulum namque continentiam ſignificat, unde, ſint lumbi veſtri præcincti.* Petrus Bleſenſis, inſignis Cleri Reformationis zelator in ſermone 40. dum varia proponit quæſita, utiliſſimas pro noſtra eruditione ſubnectit reſponſiones: *Quis tot vinculis alligatur, quot ſacerdos, cum induitur miniſtraturus? Primo amictu circumducto fauces ligat, deinde circumductis ſub aſcellis pectus ſtringit; tertio renes arctat ſubcinctorio, ac ſi dicatur ei: ſtringe fauces, hoc eſt, cuſtodiam pone ori tuo, ſtringe pectus, id eſt, cogitationes malas, ſi aſcendant in corde tuo; ſtringe renes, id eſt, crucifige carnem tuam, cum vitiis, & concupiſcentiis.* Obſervat Durandus, quod, quantum ad noſtram devenit notitiam, ſacerdotes legis Moſaicæ uſi non fuerint tot diverſis cingulis, cujus hanc aſſignat diverſitatem: *Quia tempore ſacrificii abſtinere debebant*, quia ſcilicet tunc tantum ab actu conjugali ſeſe illo die ac nocte continere debebant, quando oblaturi erant ſacrificium, ille autem nobis ſemper interdictus eſt: *Hodie additur cingulum, quia moderni mi-*

 *niſtri*

*niſtri jugem habere debent continentiam, & i*
*non ſolum cingi, ſed etiam ſubcingi debent.*
*deo autem duplex eſt ſubcinctorium, ut du*
*caſtitas denotetur, videlicet mentis, quæ per*
*gulum, & corporis, quæ per ſubcingulum ſig*
*catur.*

Manipulus, qui brachio ſiniſtro imp
tur, juxta Durandi mentem, ſignificat
mina illa, quibus in carcere benedictæ S
toris manus fuere conſtrictæ, ſpeci
tunc cum columnæ alligatus fuit, ac
mèque flagellatus; vel etiam denotat
cula illa quibus ligatus fuit diutius, &
poſitus ſannis ac ludibriis inſolentium
litum. Plura alia, ad noſtram inſtructio-
nem ſpectantia myſteria à Patribus ſugg
runtur, ac revelantur. Idem ille Durand
affirmat, quod manipulus *ſignificet fu*
*rum bonorum retributionem*, utiturque
hac aſſertione verbis Pſalmiſtæ: *venient*
*tem venient cum exultatione portantes m*
*pulos ſuos*: ponitur autem in brachio ſi
ſtro, *ad notandum, quod ſtricti deb*
*eſſe ad terrena, ſed ad cœleſtia expediti*. R
pertus Abbas *cap. 33. ibid.* ſuum aperit ſe
mentum verbis ſequentibus: *Innuit*
*bis, quod ſi timentes ſecurim judicii*
*quoniam ad radicem arboris poſita eſt*,
om

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*omnis arbor quæ non facit fructum excidatur, & in ignem mittatur*, pœnitentiam *ſuſcipiamus, & manipulos juſtitiæ reportemus*, juxta illud, *euntes ibant & flebant, mittentes ſemina ſua, venientes autem* &c. Alcuinus Caroli Magni meritiſſimus præceptor ſcribit: *de divin. offic.* *Mappula quæ in ſiniſtra parte geſtatur, qua pituitam oculorum & narium detergimus, præſentem vitam deſignat*: Vita præſens *vallis lachrymarum* denominatur, & quia in illa degere, vivereque debemus, ſemper elevandi ſunt oculi, ne fallacibus ſuis deliciis, ac apparentibus gaudiis noſtri capiantur, ac ineſcentur affectus; dum jam ergo invicem amplectimur, crucemque deoſculamur, illam ipſam cordibus noſtris tenaciter, fixèque debemus imprimere. Addo huic unam aliam rationem magis litteralem: veteres illi noſtri Sacerdotes, pleni erant fervore, ac ſpiritu devotionis, ita ut celebrantes tremenda illa Miſſarum myſteria, toti quaſi præ lachrymis liqueſcerent, ſæpiuſque eaſdem opus eſſet abſtergere, & ideo nos adhuc oramus, ore potius, quam cordis affectu: *Merear Domine portare manipulum fletus* &c.

Stola, quâ collum circumdatur, tertium

vinculum ſeu funem-repræſentat Salvatori
cervici injectam , dum crucem ſuam ſuper
humeros tollere debuit , eductuſque fuit
crucifigeretur : Hujuſmodi autem ex
moralem deducit eruditionem Durandus
*ibid. c. 15. Secundum quod capiti, ſcilicet Chri-
ſto, convenit ſtola, quæ ſupra amictum collo ſa-
cerdotis incumbit, obedientiam, & ſervitutem
ſignificat, quam Dominus omnium, propter ſa-
lutem ſervorum ſubiit, factus obediens uſque
ad mortem.* Toties , quoties collo noſtro
ſtolam imponimus , exactam legis Divinæ
obſervantiam , ad quam nos præ reliquis
liis obſtricti ſumus , debemus apprehende-
re , ac ſummo cum fervore , animique te-
neritudine deoſculari jugum illud in ea figu-
ratum , id eſt , læta fronte acceptare cun-
cta incommoda, quæ indies noſtris in fun-
ctionibus nobis occurrunt : *Dur. c. 7. Super
collum ſibi imponit, ut jugum Domini ſe ſuſce-
piſſe demonſtret, quam cum oſculo ſibi imponit
& deponit, ad notandum aſſenſum, & deſideri-
um, quo ſe ſubjicit huic jugo. A collo per ante-
ra deſcendens dextrum & ſiniſtrum latus ador-
nat, quia per arma juſtitiæ à dextris & à ſini-
ſtris, id eſt in proſperis & in adverſis, ſacerdos
debet eſſe munitus, quatenus non frangatur ad-
verſis, nec proſperis elevetur.*

Tandem

Tandem Planeta ſeu caſula, laceram ac propudioſam denotat purpuram, à Pilati militibus, Chriſto tanquam ficto, ac ementito Regi in opprobrium ac Ludibrium impoſitam, prout opinatur Durandus: *ibid. c. 7.* Alii volunt per illam deſignari tunicam inconſutilem, qua antequam crucifigeretur exutus, ac ſpoliatus fuit. Certum eſt, ſymbolum illam eſſe veſtis nuptialis, qua adornatus debet eſſe ſacerdos, priuſquam ad ſacrum accedat altare: *Sine hac Sacerdos nunquam officium ſuum, debet exercere, quia ſemper decet eum in vinculo charitatis permanere*; non enim juxta doctrinam S. Laurentii Juſtiniani, dignior, nobiliorque veſtis animæ Chriſtianæ dari, aut aptari poteſt, charitate: *Charitas adornat, quia Regale eſt veſtimentum, eſt enim conveniens veſtimentum ſponſæ CHRISTI Regis.*

Si ergo tam variis, tot reconditis myſteriis pleni apparatus, ex ſancti Spiritus inſtinctu ſpeciali adinventi ſint ab Eccleſia pro incruenti illius ſacrificii celebratione, quis ſummam ſui miniſterii non concipiet æſtimationem, ſeſeque adactum quodamodo reperiet, ad convenientes tanto miniſterio conſequendas virtutes, dignuſque efficiatur, qui tantum offerat ſacrificium? Qui plenio-

rem ſuæ devotionis deſiderat ſatisfactionem adeat R. P. Alphonſum Rodriquez P. 2. Tra[ct.] 8. cap. 15. & Durandum in ſuo Rationali D[i]vinorum officiorum, reperietq; ne minim[am] Miſſa cerǽmoniam ac ritum carere ſing[u]laribus myſteriis, poteritque ex iis mover[i,] ſumma cum veneratione, pietate, ac attent[io]ne ſummè tremenda illa ſemper pertracte[t, a]nimoque (dum ad illa ſeſe accingit) pio, [ac] pacato revolvat.

## Caput Octavum.

### *Variæ admirandæ, ac miraculoſæ operatio[n]es, quas in ſtupendo Sacramento hoc, ac Sacrificio, quod offerimus, demonſtrat Deus, expenduntur.*

INter reliquas veteris teſtamenti figura[s,] hujus noſtri ſacrificii expreſſivas, juxta D[o]ctorem Angelicum, *in ſeq. Cor. Chr.* nulla [est] præſtantior, quam holocauſtum illud, qu[od] de unigenito ſuo Iſaac, parabat offerre [Pa]triarcha Abraham: *In figuris præſignatur,* dum Iſaac immolatur*: ſingulari obſervatione digni ſunt tres illi dies noctesque, quæ præ[ce]ſſerunt, ex Dei ordinatione ſacrificii il[lius] conſummationem, quodque tertio di[e]

oçu

oculos elevans, *vidit locum procul dixitque ad pueros ſuos, exſpectate hic cum aſino*: Gen. 22. v. 5. videtur mihi ſane, niſi errem, per hoc inſinuari nobis, quod priusquam ad ſacrum accedamus altare, præmittere debeamus ſeriam tanti myſterii meditationem, ſequeſtrata à nobis tantiſper, & ſenſuum aliarumq; partem inferiorem, id eſt corporalia, ac temporalia, concernentium rerum cogitatione, ac cura, ut eo expeditius mentem noſtram, ac conſiderationem inferre poſſemus valori illi infinito, pretioque tam inæſtimabili tanti Sacrificii, ejusdemque digni ac capaces reddamur miniſtri: juvabunt hunc in finem ſubjectæ hæ reflexiones.

Qualis ſit, quæ à nobis offertur hoſtia, patet ex diſcurſu Evangelii ultimi, à S. Joanne Evangeliſta deſcripti, in quo demonſtrat, eſſe verbum æternum, increatum, creatorem, ac Redemptorem mundi, amore noſtri incarnatum, ut habitaret nobiſcum, imo intra nos, proindeque concludit: *Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis* &c. In illo Sacramento, uti obſervat S. Bonaventura, *To. 7. de inſtit. novit. p. 1. c. 11.* quaſi cõtinuo pro noſtro cõmodo ac emolumẽto, renovatur ejus incarnatio: *Non minus videtur Deus face-*

*facere in hoc, quod quotidie dignatur deſcen-dere de cœlo, ſuper altare, quam cum de cœlo deſcendens, naturam humani generis aſſumpſit factus homo; & id.o hoc eſt memoriale totius dilectionis ſuæ, & quaſi compendium quoddam omnium beneficiorum ſuorum*: Ideoque ſum-ma illa Majeſtas noſtræ ſeſe accommodat imbecillitati, quæ dum immenſam ipſius non poterat ſuſtinere lucem, modum ad-venit adeo ſubtilem, ingenioſum adeo, ſe occultando ſub velo accidentalium ſpecie-rum, ut in illius conſideratione totus hæret raptus ac ſuſpenſus S. Petrus Damianus, *Ser.* *de nativ.* reflectens ſe ſub tam exigua obcu-la, tam ſtricto in ſpatio, tam anguſta circum-ferentia contineri verbi increati incompre-henſibilem immenſitatem, unde dicebat: *Quis non obſtupeſcat, quod is, qui cœli immen-ſitate non capitur in anguſto præſepio reclina-tur?* Quanto ergo mirabilius eſt, videre ipſum quaſi compreſſum ſub panis indiviſi-bili quodammodo atomo, ac ſub minima vini ſtilla? Optimè dicit Guerricus Abbas meritiſſimus S. Bernardi diſcipulus: *Serm.* *de nativ. Exinanitus nos repleſti, omnem tuæ plenitudinem divinitatis, in hominem tran-fudiſti*, rectè enim dici poteſt exinanitus, imo quaſi ad nihilum redactus, dum ſeſe ſub-

mi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

minutiſſima panis mica abſcondit, ac ſubtiliſſimis accidentium ſpeciebus ſeſe tegit, quaſi in ſacramento iſto exhauſtis cunctis immenſitatis ſuæ theſauris, ad pauperiem ac egeſtatem plane foret redactus. Sed ut melius percipiamus, quam ſit ſublime, ac admirabile illud myſterium, revolvamus nonnihil miracula ſtupenda, in hoc tremendo, ſummèque venerando ſacramento ac myſterio recluſa.

*O res mirabilis!* Exclamat S. Thomas Aquinas, quia totum hoc myſterium, plenum eſt miraculis: *Mirabile eſt* (ita S. Bernardinus Senenſis *Tr. 2. Serm. 54. ar. 2. c. 3.*) *quod in tam brevi momento, ſicut dum proferuntur conſecrationis verba, poſſit tranſire Chriſtus de cœlo Empyreo ad altare, quod inæſtimabiliter ab eo diſtat?* Et tamen linceo fidei oculo, ad verborum conſecrationis prolationem, miro deſcenſu videmus venire in manus noſtras, ſacroſanctum Salvatoris corpus.

*O res mirabilis!* Quanta ſit altitudo, quanta Majeſtas Dei, imperceptibile eſt omni humano Angelicoque intellectui; *cœlum & terram ego impleo*, dicit de ſemetipſo, & ideo in eadem ſua manet admiratione S. Bernardinus, *ibid. cap. 2. Mirabile eſt, quod corpus Chriſti tam magnum, poſſit in tam parva hoſtia*

con-

*contineri, cum imaginatio noſtra minime intelligere poſſit, majus intra minus totaliter contineri!* Atque ex hoc ipſo rectè ſummum deducit miraculum doctiſſimus Salmeron; T. 2. Tr. 11. *cap.* 16. *Quod locatum non ſit loco, & in tam parva hoſtia Chriſtus totus contineatur, inde quod occupationem corporis Chriſti miraculo ſuſpendit, neque ibi exiſtit per modum naturalis quantitatis, ſed modo quodam ſubſtantiali, ſacramentalique: atque* hoc, ab Alberto Magno, *Serm.* 12. *de corp. Chriſti.* Inter reliqua infinita, in ſacra Euchariſtia contenta miracula, facile primum numeratur. Adferri poſſent de hoc ipſo innumera ſanctorum Patrum effata, ſed quia fide illa credere tenemur, iis ſuperſedeo.

*O res mirabilis!* Corpus illud, quod nos ſumimus ac manducamus, reſidere ad dexteram Patris, atque illud idem eſſe, quod pro nobis in trunco Crucis fuit extenſum, quod verbis clariſſimis aſſerit S. Bonaventura: T. *Comp. Theol. verit. lib.* 6. *cap.* 14. *Eſt ibi corpus Chriſti in tanta quantitate, ſicut fuit in cruce, & ſicut jam eſt in cœlo.* Quale ergo hoc, quantumque miraculum, totum ſacroſanctum corpus iſtud eſſe totum in cœlo, totumque in noſtris manibus? Ut merito proinde admiratur S. Auguſtinus; *uno, eodemque momento*

*idem Deus, qui præſidet in cœlo, in manibus veſtris eſt in ſacrificio; cœlum miratur, horreſcit infernus.* Hiſce omnino ſunt ſimilia, quæ aſſerit S. Anſelmus: *de ſacr. alt. O. 1* *Uno momento à ſolis ortu, uſque ad occaſum, ab Aquilone ad Auſtrum præſto ſit omnibus.*

*O res mirabilis!* Si penſare velimus, quomodo in illo tanto Sacramento degat verbum incarnatum, id in quodam ſuo ſermone apertiſſimè, clariſſimeque explicabit S. Thomas à Villanova: *Conc. 1. de Corp. Chr.* *Panis corruptibilis ſubſtantia, in glorioſam, & incorruptibilem Chriſti carnem ſubito, nulla in Chriſti corpore facta mutatione, ſolo ſacerdotis ſermone convertitur; & cum nihil poſtmodum de panis ſubſtantia romaneat panem in conſecratione annihilari, pia fidei inſtitutio non concedit, ſed converti, ita ut ex illo pane corpus CHRISTI fiat, & verè ſit ſub panis ſpeciebus.* Stupendum hoc, continuumque miraculum eſt, quod ſpecies & accidentia panis, contra omnem naturæ ordinem ac ſtylum, absque ulla maneant ſubjecti ſuſtentatione ac inhærentia, ab infinitâ ſolum illâ manutenta, ac ſuſtentata potentia, quæ univerſi mundi machinam firmat fundatque ſuper nihilum. Adjungitur huic unum aliud miraculum,

culum, præcedenti haud inferius, quod ni- mirum ſpecies illæ ſacramentales corpus no- ſtrum etiam nutriant: *Sacrificia immolamus* (uti in oratione quadam ſecreta recitamus Fer. 4. Paſch.) *quibus Eccleſia tua mirabili- ter paſcitur, & nutritur.* Candor Hoſtiæ, ſapor, odor, figura corporaliter nutriunt: *Ibi accidentia modum habent ſubſtantiæ* (in- quit S. Thomas de Villa nova *ibid.*) *quæ per ſe ſunt, & per ſe moventur, per ſe vivum edentis carnem nutriunt.* Idque ſumma cum evidentia demonſtratur in plurimis ſanctis, qui ſolo hoc diviniſſimo paſti cibo, inte- gras absque ullo altero alimento traduxe- runt ſeptimanas, ſatiati ac nutriti illo ſolo Euchariſtico epulo.

*O res mirabilis!* Accedit huic id, quod ſcribit Albertus Magnus, *T. 21. de Euchr. diſt.* Tr. 3, *cap* 3. de hoc loquens ſacramento, eſſe epilogum, ac compendium omnium mira- bilium: *Hoc omnibus mirabilibus eſt mirabi- lius, quod ſe nobis donat, & in ſe conſiſtens permanet, quod ſumitur in cibum, & integer perſeverat, quod perſeverat in nobis in omni ſufficientiā corporis, & animæ, & vitæ, & morum & gratiæ, & gloriæ, & nihilominus eſt donator, & donum omnium illorum:* Optimè ſane, ac fundatiſſimè hæc dicta ſunt conveniuntque

cu

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cum iis, quæ longè ante ſcripſerat S. Bernardus: *Serm. in cœna Domini. Munerans, & munus, cibus, & cibans, convivia, & convivium, offerens, & oblatio.*

*O res mirabilis!* Sanctus Baſilius verſum illum Pſalmi, 10. n. 4. *Memoriam fecit mirabiliũ ſuorũ, miſericors, & miſerator Dominus, eſcam dedit timentibus ſe*, optimè juſtiſſimèque ita legit: *Continuationem fecit mirabilium ſuorum* &c. Siquidem alia quæ facta ſunt miracula, unica ſolum vice patrata ſunt, jamque ceſſarunt ac evanuerunt, aſt hoc cum ſit omnium miraculorum compendium, uti ſupra dictum eſt, non tranſit, ſed permanet, atque ita inſtitutum eſt, ut indeficienter per cuncta ſubſecutura ſæcula nobis exhibeatur, ſemperque apud nos maneat: *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, uſque ad conſummationem ſæculi: Memoriam fecit, non deficit ſine intermiſſione mirabilia patrando.* Non poſſent ergo merito Sacerdotes, qui tanti miraculi inſtrumenta ſunt, appellari Thaumaturgi?

*O res mirabilis!* Verè ſtupenda eſt Divinæ beneficentiæ dignatio, ſi ſublimitatem conſideremus, ad quam per miniſterium Eucharistiæ, tantique ſacrificii ſumus exaltati! Audite, non abſque ſtupore, S. Vincentium

centium Ferrerium : *Serm. 1 in feſt. Corp. Ch*
*Sacerdos exiſtens in terra , habet poteſtatem*
*ut aperiat cœlos , & faciat deſcendere fili*
*Virginis Mariæ in altari in manibus ſu*
Quod ad verbum ſancti Eliæ prophetæ re
ratum ſit cœlum , copioſaque deſcende
pluvia , grande fuit prodigium, gratia
ſpecialis illi conceſſa , verum ad noſtr
placitum idipſum aperire, facereque deſce
dere ad manus noſtras , unigenitum Al
mi filium, prærogativa eſt ſolis compet
Sacerdotibus, illo altero privilegio, incom
parabiliter excellentior. Nonne donum
ac munus inauditum eſt, quod abſque no-
ſtra cooperatione perfici nequeat hoc ſacra-
mentum? *Quod datum non eſt Angelis*, in-
quit S. Auguſtinus, *conceſſum eſt homini*, h
*Sacramentum ineffabile conficit. Qui cre*
*vit me ſine me, creatur mediante me:* Be
que notandum eſt , non eſſe inuſitatum
improprium in hac materia , verbum
*Creare*, ſiquidem ſæpius à Sanctis Pat
uſitatum : S. Bernardinus inquit : *Po*
*Sacerdotis, eſt ſicut poteſtas Divinarum p*
*narum quia in panis tranſſubſtantiatione,*
*ta requiritur virtus , quanta in mundi cre*
*tione*, id eſt, quod ſicut in prima creatio
per ſolam DEI vocem eſſe naturale ob
c

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cunctis creaturis, ita in creatione ſecunda articulata paucorum verborum pronuntiatione, prodigioſè tranſſubſtantietur panis in verum Chriſti Redemptoris corpus, poſſumusque nos hoc modo dici quaſi Creatoris noſtri creatores, ac erga ipſum habere veluti quandam paternitatis relationem. Sanctus Lucas dum de infantia Salvatoris loquitur, dicit: *Et erat ſubditus illis*, id eſt Virgini Deiparæ, ac putatitio parenti S. Joſepho. Stupet ad hæc S. Bernardus, *Hom. ſuper miſſus eſt.* & præ admiratione exclamat: *Quis? Quibus? Deus hominibus, Deus inquam cui Angeli ſubditi ſunt, cui Principatus, & Poteſtates obediunt*, & tamen familiaria ac communia penes nos hæc prodigia, *Obediente Deo*, tota die, *voci hominis*, deſcendendo ad manus ipſius, ſeſeque quaſi incarcerando ſub illis accidentibus, toties, quoties illi vili vermi placuerit.

*O res mirabilis.* Tandem ad tam ſtupenda attonitæ hærent Hierarchiæ Angelicæ, turmatimq; è paradiſo deſcendunt, ut videāt, quomodo terræ, aut limi pugillus, qualis nos ſumus, ita ſupra illorū conditionem elevatus ſit, qui tamē palatii cœleſtis intimi aulici ſunt: *In ipſa oblationis hora, quantum fas eſt credere, aperiuntur cœli, mirantur Angeli, ſancti*

*lau-*

*laudant, exultant juſti, captivi viſitantur, compediti ſolvuntur, infernus luget, mater beata exultat Eccleſia*, ita S. Laurentius Juſtinianus, *Serm. de Corp. Chriſti*, & diu ante ipſum S. Joannes Chryſoſtomus *lib. de ſacerd cap.* hiſce paria ſcripſit: *Per id tempus Angeli ſacerdoti aſſident, locus altari vicinus, in illius honorem, cui immolatur, Angelorum choris plenus eſt:* Hoc ipſum videre dignus fuit S. Nilus, prout regiſtratur in Annalibus Eccleſiaſticis, *Baron. an.* 407. *n.* 16. & in Dialogis ſancti Gregorii Papæ *lib.* 4. *cap.* 56. legitur: *Quis dubium habere poteſt in illa immolationis hora, cœlos aperiri ad Sacerdotis vocem, in illo JESU CHRISTI myſterio, Angelorum choros adeſſe, ſumma imis ſociari, terrena cœleſtibus jungi, unumque ex viſibilibus & inviſibilibus fieri?* Quis ergo, reflectens ſe ad tam ſtupenda, ac extraordinaria mirabilia, altiſſimum non formabit conceptum de tanto Sacrificio, ſimulque ſe videbit obligatum ad vitam ducendam irrepræhenſibilem, ut dignus ſit illius miniſter?

Cap

## Caput Nonum.

### *De puritate, & Sanctitate requiſita in miniſtris tanti Sacrificii.*

SIngulari digna eſt conſideratione, doctrina aliqua ab Hugone à S. Victore, cunctis quidem tradita fidelibus, ſed præcipue nobis ſacerdotibus: *Hoſtia ſacra diviniſſima vocatur, quoniam divinos facit, & participes Divinitatis*, ſimulque etiam illos ſpecificat, qui tam illuſtri digni ſint prærogativa, id eſt; *eos qui ſe digne participant.* Hinc eſt, quod in primis Eccleſiæ ſæculis, dum pietas ferveret ſacerdotum, omni ſemper induſtria ſtuduerint, exquiſitâ munditiâ ad altare accedere, ut ſeſe dignos probarent tanti ſacrificii miniſtros, quod vivis coloribus delineatum legimus à S. Dionyſio Areopagita, in ſua Eccleſiaſtica Hierarchia *cap.* 13. hiſce verbis: *Ideo hiſce demum tam auguſta patere myſteria qui ad divini, ac Deifici habitus immobilitatem, vimque actuoſam pervenere, qui ſoli Deo unicè adhæreant, quique omnino irreprehenſibiles ſint, atque immaculati.* Idem omnino incruentum ſacrificium nos offerimus,

mus, quod Sacerdotes illius ſæculi offere-
bant, ſed, an eadem cura ac diligentia pu-
ritatis, ac ſanctitatis, qua illi? Et tamen, cum
tractu temporis debuiſſet in nobis creſ-
Spiritus, fervor, ac devotio, videmus
notabiliter defeciſſe, noſque, non exiguam
ſtra cum confuſione, multo eſſe imperfectio-
res Spiritu, ac inferiores pietate ac perfectio-
ne, veteribus illis primæ Eccleſiæ ſacerd-
bus.

Quærunt ſacri Interpretes, qua de c
voluerit Salvator in cœnaculo Sion, & inſti-
tuere illud Sacramentum, & communicare
eodem Sanctos Apoſtolos ſuos? *Non quod*
*egeret*, inquit S. Antoninus, Tom. ... *vel ut novum effectum ex eo ſuſciperet, ſed ut exemplū illud nobis accipiendi præberet*, quod
idem eſt ac ſi diceret, Chriſtum per hoc
docere ac erudire voluiſſe, quomodo a-
dere debeamus, noſq; præparare, ad ſum-
dum illum panem vitæ, in ſe omnem p-
fectionem continentem, nimirum omni
diligentia, ſummo cum conatu pietatis
devotionis, conatum enim ſemper re-
mentis aſcenſus, in quo cœnaculum
fuit ſtratum. Ingenioſam proponit q-
ſtionem Doctor Angelicus, Opu. 4. ...
ſolis permiſſum ſit, ac reſervatum ſacer-

ribus, communicare ſub utraque ſpecie?
Darq; hanc moraliſſimam reſolutionem: *Ad
habendum vas congruum hujus ſanguinis con-
tentivum, ſicut vivum ſpecialius, & diligen-
tius præparatum, in quo ſervetur exigit,
quam panis, ſic ſub ſpecie vini, ſanguis Chri-
ſti, ſacerdotibus ſolis ſumendum conceditur,
tanquam vaſis à Domino ad hoc ſpecialiter con-
ſecratis, & virtutum pulchritudine excellen-
tius præordinatis:* quibus verbis S. Doctor
vult inſinuare, in nobis requiri multo majo-
rem munditiem ac puritatem, quam in ſæ-
cularibus: verùm dum proſequitur idem
ſanctus eandem metaphoram, nova reflexio-
ne aliud inſigne dogma producit: *Eſt vas
vinarium multis circulis circumligatum, ſi-
gnificans ſacerdotum vitam, virtutibus cuſto-
ditam, ad CHRISTI ſanguinem ſuſcipien-
dum aptam*; vult dicere, quod, ut red-
datur vas capax ad recipiendum liquorem
vitæ, qui eſt ſanguis Chriſti, debeat Sacer-
dos vitam ducere omnino irreprehenſibilem,
totaliter virtuoſam, *quoniam ipſe Jeſus Chri-
ſtus*, cujus ſanguinem bibit, *eſt totus ſanctus, &
ſanctitas*, prout advertit Dionyſius Carthuſi-
anus, hujusq; rationé reddunt Theologi, apud
Suarez, *Tom. 3 de Sacr. Q. 83. ar. 8. Diſp. 77. Sec. 1.*
quia; *Oblationis dignitas ex offerentis dignitate*

 ma-

*maximè pendet*, *juxta illud*, *reſpexit Dom*[…]
*nus Abel*, *& ad munera ejus*; principa[…]
autem offerens hic, eſt Chriſtus, dilectu[…]
terni Patris, uti ſuper Jordanem edixit: […]
*eſt Filius meus dilectus*, *in quo mihi bene*[…]
*placui*; legiturque definitum in Tridenti[…]
*Seſſ. 22. cap. 1.* *Hæ quidem illa munda ob*[…]
*eſt*, *quæ nulla indignitate*, *aut malitia*[…]
*rentium inquinari poteſt*: Nihilominus […]
hoc, in dubium non revocat, quin […]
ſolum ſit conveniens, verùm etiam ſum[…]
neceſſariam aſſerit dignitatem ac ſanctita[…]
in Sacerdote, utpote miniſtro ac inſtrum[…]
to illius ſacrificii, certum enim *eſſ gratu*[…]
eſſe, majoriſque meriti apud Altiſſimum, […]
*ex opere operantis*, ſi id à probo perfectoque […]
afferatur ſacerdote, quam ſi à reprobo, […]
malè vivente.

Hanc conſcientiæ puritatem intend[…]
Apoſtolus Paulus ſuo perſuadere diſcip[…]
ſancto Timotheo Epiſcopo Epheſino, […]
verbis: *Portamus myſterium fidei in con*[…]
*tia pura*; 1. *Tim. 3. v. 3.* quia per myſ[…]
fidei, juxta meam opinionem, non […]
aliud intelligere quam Sacratiſſimam H[…]
ſtiam, quæ in conſecratione ſacri calic[…]
antonomaſiâ appellatur *Myſterium fidei*, […]
nerabilis ille Eccleſiaſticus, gloria & ſplen[…]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

anonicorum Regularium Thomas à Kempis, hæc in ſuo pretioſo de Imitatione Chriſti libello *c. 2. n. 26.* litteris conſignavit: *Ita magnum novum, & jucundum tibi videri debet* (loquitur de incruento ſacrificio) *cum celebras, ac ſi eadem die in utero Virginis Chriſtus deſcendens, homo factus eſſet.* Quanta puritate diſpoſuit, accinxitque ſe Deipara, ut in utero ſuo conciperet, pareret, lactaret, educaret illum, quem ſciebat, quod eſſet, *Candor lucis æternæ, ſpeculum ſine macula?* Et tamen, ſemel tantum illum concepit, paucis annis enutrivit, ubi nos Sacerdotes totius vitæ noſtræ decurſu, paucula verba pronuntiando faciamus, dicto modo, ipſum incarnari quotidie intra noſtras manus, eisdem ipſum contingimus, aliis adminiſtramus, ac pro totius mundi ſalute æterno Patri offerimus; & tamen, defectu hujus conſiderationis, tamque admirabilis prærogativæ recognitionis, tam exigua cum præparatione, neglecta munditie, ad myſterium tam ineffabile nos obiter, & quaſi ex uſu, accinmus: Monet proinde B. Angela de Fulgino: *Cum magna diligentia eſt conſiderandum, & non debet anima in hac conſideratione tranſire velociter, ſed magna diligentia ibi ſiſtat, & demoretur.* Bolland. 4. Ian. c. 21.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Præcepit olim Deus Ordini Levitico, p
ut apud Iſaiam legimus: *Mundamini, qui f*
*ris vaſa Domini*: Si juxta hoc mandatum p
ri ac mundi eſſe debeant ii, qui ſolum e
ſa portant, in quibus materialia quæd
ſpectantia ad ſacrificia illius temp
continebantur, quanta in nobis requ
puritas, quis ſplendor, quæ ſanctitas,
conſecrati ſumus in vaſa, ipſiusme
cratiſſimi corporis DEI noſtri? *Ver*
*Prophetæ eſt; mundamini, qui fertis v*
*Domini: Quanto mundiores eſſe oportet, q*
*manibus, & in corpore portant Chriſtum!* Ita
per illa verba gloſſatur Petrus Bleſenſis, *Ep.*
eademque in ſimili ſenſu repetit S. Thomas
à Villa nova: *Conc. 3. de S. Aug.* *Quid dixi qu*
*fertis? Imo qui eſtis vaſa Domini, id eſt*
*crarium Dei, in quibus manna cœleſte, &*
*gelorum cibus quotidie infertur, atque*
*ditur*: Qui hoſpitio recipere deberet p
nam quandam magni nominis, ac ſt
tis, nonne omnem poſſibilem adhibe
duſtriam, ut mundiſſimè, exquiſitiſſ
illud præpararetur? Et nos, intra nos
recipere debemus verbum æternum, c
ſternuntur, auſter, Purpura, & Corona,
gnatum omniũ hujus mundi, & eſſemus
impudentes, tã incurii, tam vecordes, u

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ipſú intro mitteremus in animã aliquã ſordibus inquinatã, ſceleribus profanatam, totam im̃erſã mundi hujus ſœculiq; propudiis? non ſolum reſpectu noſtri, verum etiam totius Chriſtianitatis, boni com̃unis, ac publici, creſcit in nobis, & ſummè aggravatur obligatio, ut ſimus digni, grati, ſemperque bene diſpoſiti tanti miniſterii adminiſtratores, ſiquidem in Miſſa, in qua potiſſimã ſuam vim recipiunt fidelium preces, & obſecrationes, interceſſoris munere fungi debemus, ideoque dicebat S. Gregorius Magnus *l. 1. Ep. 24.* de ſe ipſo, ſed majore veritate, nos pauperes Spiritu Sacerdotes, de nobis ipſis dicere poſſumus: *Quanta hoc audacia eſt, quod apud Deũ locũ interceſſoris obtineo, cui familiarẽ me eſſe, per vitæ meritum non agnoſco. Quare eſt mihi aliud formidandũ gravius, cum is qui mittitur ad intercedendum, irati ad deteriora animus provocatur:* Proteſtaturq; apertè Nazianzenus, *Ep. 13.* quod altare nunquam auſus fuiſſet accedere ad ſacroſanctam illam immolandam victimam: *Priusquam pedes meos cervorum ritu inſtructos, & præparatos ad Patrem firmaſſem, pioſq; & Deo gratos inceſſus meos, ita directos habuiſſẽ, ut nec tantillum temporis, nec ullo modo effunderentur; prius denique, quam omnia corporis membra juſtitiæ arma fuiſſent, omnemque mortalitatem abjeciſſem.*

Ex munditia ac puritate, quam DEUS requirebat à veteris legis ſacerdotibus, ar-gumentum validiſſimum, & à fortiori du-ci ac formari poteſt, quanto amplior, ni-tidiorque à nobis exigatur, unde præter ea, quæ ſuperius libro ſecundo de hac mate-ria dicta ſunt, cum hæc ſatis inculcari nequeant, adjungamus etiam hæc, ac perpendamus, quod in conſtructione templi, inter alios ri-tus ac cæremonias etiam in Exodo *c. 30.* mandatũ legatur, ut conſtrueretur labrũ: *Fe-cit & labrum æneũ cum baſi ſua de ſpeculis mu-lierum.* Duo hic conſideranda occurrunt, primò ipſum vas, deinde materia. Exiſti-mat Rabbi David fuiſſe illud duo lavacra, in quorum uno Sacerdotes antequam ſeſe accingerent ad ſuum miniſterium, non ſo-lum manus, ſed etiam pedes lavabant; in al-lio autem mundabantur carnes, priusquam immolarentur in ſacrificio: Atque in confir-mationem hujus legimus in Levitico *c. 8. v. 6.* de Aaron & filiis ejus: *Statim oblatis Aaron & filiis ejus* (ſunt verba Moyſis) *at-que laviſſet eos, veſtivit Pontificem &c.* ſupra quæ Origenes inquit: *Hom. 6. in Le-vit. Lavat ergo primo Moyſes Sacerdotem Domini, & cum eum laverit, & purgatum reddiderit à ſordibus vitiorum, poſt hæc induit eum;* & tamen optimè ſcimus, quod

po-

poſtquam adeo mundati ac purificati fuiſſent ſacerdotes, poſtea tamen ſtatim manus ſuas fœdare debuerint, in pecorum occiſione, carniumque eorundem, quas offerre debebant attrectatione, ex quo, pro noſtra eruditione, tale deducit documentum S. Ambroſius: *lib. 1. offic. cap. 5.* *Diſce Sacerdos, quid ſit lavare veſtimenta tua, ut mundum cor celebraturus exhibeas ſacramentis: ſi in figura tanta obſervantia, quanta in veritate?* Specula autem ex quibus lavacra illa erant confecta, inſerviebant ſacerdotibus, ut poſtquam ſe laviſſent, in iis vultum ſuum contemplarentur, ſi forte in illo adhuc aliquid ſordium adhæſiſſet. Finita quidem eſt, pertranſiitque una cum ſuis ritibus ac cærimoniis lex vetus, nihilominus tamen non deſunt ſacerdotibus Evangelicis ſpecula, ut maculas ſuas, ſuosque notent, ac recognoſcãt defectus; ſed qualia illa ſunt? *Specula tua mandata ſunt Dei*, inquit pius quidã interpres: *Oleaſt. ibid.* in illa fixos ſemper debemus habere noſtros oculos, ut videamus, notemus, ac emendemus defectus, errores, ac exceſſus noſtros: Quapropter ſancta Mater Eccleſia provida diſpoſitione ordinavit, ut antequam ad altare ſacerdos aſcenderet, confeſſionem præmitteret, aliasque reci-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

taret preces contritionis excitativas, atq; ipſa miſſæ proſecutione non ſolũ manus, & ipſis digitorum extremitates ſumma c[...] vult ablui: *Lotio extremarum partium di[gi]torum, ſignat obſervationem minimarum c[ul]parum*, prout illud explicat myſterium D[i]onyſius Areopagita, ab alio relatus Dion[y]ſio Carthuſiano, *ibid.* qui de ſuo ſubjungit: *Manus non ſolum corporales, quibus Chriſti [Sa]cramenta tractabo, ſed etiam affectus cog[ita]tiones, & opera lavabo in confeſſione.* Certum quidem eſt mundos nos eſſe debere ab omni culpa mortali, nihilominus tamen veneranda altitudo, ac tanti myſterii reverentia exigere videtur, ut quantum humana patitur fragilitas, ab omni etiam veniali labe ac transgreſſione ſimus puri: *Probate*, (ita S. Bonaventura conſulit *de præp. ad Miſſ. c. 5.*) *ex quanta charitate, & quali fervore accedis; non ſolũ mortalia vitanda ſunt, ſed etiam venialia per negligentiam & otium multiplicata.* Bleſenſis [qui] pluribus in locis conatur inſtruere, ac excitare ſacerdotes, hanc illis ſuppeditat epiſtola [...] ſalubrem lectionem: *Lavandi ſunt omnes inte[rio]riores affectus, nam in Levitico antequã offera[tur] tur hoſtia, omnia ejus inteſtina lavãtur.* Et [ite]rum Ep. 157. *Manus mundiſſimas eſſe oportet, quæ mundiſſimã carnem, & ſanguinem Chriſti*

*tractant*

*tractant.* Per manus intelliguntur opera noſtra, quæ conſcientiæ illibatæ debent eſſe conjuncta, ac intentione optimâ, puriſſimâque comitata: *Ablutio nobis Sacerdotibus* ( fuit conſideratio S. Cyrilli Hieroſolymitani *cath. Myſter. 5.*) *innuit, ut pura conſcientia, mente & cogitatione, quæ ſunt munus animarum noſtrarum, cum timore, manſuetudine, & omni Clementia, ad ſanctam menſam accedamus.*

Ad rem facit reflexio quædam ſuper naturalem ſerpentis inſtinctum, notatum, ac relatum à S. Epiphanio: *Hær. 51.* *Serpens cum venerit ad bibendum aquam, priusquam bibat, extra fontem, vomit venenum ſuum, & poſtea bibit: Ita & nos* (ſic applicat nobis) *quando altare Dei accedimus, deponamus venenum peſſimum.* Subtilis eſt, & non parum aculeata, quædam Tertulliani conſideratio, circa Gentilium ſacrificulos, *cap. 30.* de quibus hæc ſcribit: *Miror, cum hoſtiæ probantur penes nos à vitioſis Sacerdotibus, cur præcordia potius victimarum, quam ipſorum ſacrificantiũ examinantur?* quam appoſitè poſſet id applicari Sacerdotibus Chriſtianis, qui vel minimum pietatis habet ſenſum, facile id apprehendet, dum plures illorum haud rectè utentes clavibus pœnitentiæ Sacramentalis, innumerabiles reddunt indignos menſæ illius Eucharisticæ, ac ipſimet,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

met ſcandalo intollerabili omnem co-
ſcientiæ propriæ negligentes puritate
ſecum ad Baratra detrahunt, quos ad c-
lum deducere debuiſſent. Nolo hic p-
terire quendam S. Evangeliſtæ Lucæ loc-
cap. 22. ubi, dum incarnata æterna Sapi-
tia ſeſe accingit ad inſtituendum ſacra-
mum Altaris Sacramentum, miſiſſe leg-
ſuos Diſcipulos, ad præparandum eun-
finem cœnaculum, ded ſſe autem eis pro
dicio, quo in loco parare deberent, va-
num aquæ in manibus illius, qui eis illum
ſet demonſtraturus: *Amphoram aquæ porta-*
quod myſterium aperit Tertullianus *de*
*cap.* 15. dicens: *Paſchæ celebranda de ſigno aqua*
*oſtendit, ut qui aquâ ſe laviſſent, ſanguinem*
*potarent.* Elementum illud, ut omnibus
notum eſt, planctûs Symbolum eſt, com-
punctionis, & pœnitentiæ, unde dicebat
David; *Quis dabit capiti meo aquam*
quod inſinuare volebat, quod, qui ad cœle-
ſtem illam vellet accedere menſam, primo
lachrymis conſcientiam ſuam deberet pur-
re, quod ſimiliter etiam hiſce verbis in-
S. Apoſtolus Paulus: *Probet autem ſe ipſum*
*homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat.*
Dum id fecerint Sacerdotes, erunt Deo gra-
tiora illorum ſecerificia, magisque in pietat-

ac devotione proficient laici ſeu ſœculares, illeque ampliores de cœlo gratiarum ac benedictionum depluet imbres, quorum obex ac obſtaculum ſunt irreverentia, ac indevotio noſtrorum ſacerdotum, qui deberent eſſe interceſſores.

## Caput Decimum.

*Ut dignè, ac cũ fructu accedamus ad Altare, prærequiritur optima præparatio, vivaq; tanti ſacrificii, illiusq; excellentiæ conſideratio.*

VIdimus in ſuperioribus, cur debitum, congruumq; fructum non referamus ex frequentibus celebrationibus, cauſam eſſe, quod tanta myſteria, ea qua par eſt applicatione ac attentione non conſideremus, exactaq; mentis indagine perpendamus: videamus quæſo, quanta ratione S. Ephræm *de Sacer.* nobis demonſtret, qua intentione, quove ardore ille precatus fuerit, dum ad illud myſterium ſeſe præpararet, eo ipſo imitandi normam ac ideam proponens: *Genu poſito, lachrymis, atque ſuſpiriis oro, ut hunc ſacerdotis theſaurum inſpiciamus, theſaurum, inquam, his, qui dignè & ſanctè cuſtodiunt.* Et ut verum fatear, Sacrificium tam pretioſus eſt

theſaurus, ut pretium illius non ſolum v
ce explicari nequeat, ſed nec mente compr
hendi, utpote in quo depoſitæ ſunt omn
gratiæ cœleſtes, cunctaq; infinita Chriſti m
rita: Merito ergo dicit Sanctus ille, qu
theſaurus ſit, aſt, *his, qui dignè, & ſancti*
*ſtodiunt*. Non obſtantibus impenſis illis qu
infinitis, in ſumptuoſiſſima illa templi fab
ca, à Salomone applicatis, ac conſump
nihilominus tamen Rex ille tam m
gnificus, quam profuſus ac liberalis, h
norem non habuit veræ ac realis præſen
ſupremæ Majeſtatis, quam nos omni die n
ſtris habemus in manibus, imo & intra no
realiter, ac corporaliter ſumimus, *Grande*
*opus eſt, nec enim homini præparatur habita-*
*tio, ſed Deo,* dicebat David, dum ſumas illa
templi expenſas congregaret: An non erg
multo major, multo accuratior, ac exqui
tior eſſe deberet animæ noſtræ appara
ſummoque ſtudio ac induſtria facta præp
ratio, ad recipiendum ipſum Regem glo
In directorio Octavii Frangipani olim E
ſcopi Tricarienſis modus aliquis reperi
ſingularis, ad fructuoſam reddendã frequen
tem celebrationem: *ut quotidiana, aut ſaltem*
*frequenti hujus ſacrificii repetitione, ac refectio-*
*ne, magis, magisq; in ſacerdotali virtute & pie-*
*ta*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*tate creſcat, augeatur, ac virili robore ac conſtantia firmetur, ut ſacrificia quantò crebrius facit, tanto ſanctiora faciat, quod fiet* (ecce modum) *ſi animum ſuum Divino ſpiritu quotidie innovet, & ut novus homo, novusque ſacerdos, quaſi primo nunc ſacrificaturus, ac novo peccatorum odio, novaq; ſoli Deo deſerviendi voluntate, alacritate, ac conſtantia reviviſcat.*

Et verò, plures aſcetici Magiſtri punctum hoc attigerunt, ut nimirum quoties celebrandum eſt, id faceremus ea ſemper animi præparatione, qua ad primam dicendam miſſam nos accinximus, vel etiam quaſi illa ipſa, quam jam celebrare volumus, foret ultima. Certum eſt (ſed iis qui cum attentione ſeſe ſacrificio illi impendunt) quod cũ illud non ſit niſi repræſentatio mortis realis ſacramentalis mortis Chriſti Salvatoris noſtri, quam in monte Calvariæ pro nobis ſuſtinuit, debeamus ſemper in eodem, ultimum noſtrum finem, ultimum agonem mortis habere præ oculis. Regales illæ nuptiæ, de quibus ſcribit S. Matthæus, *c.* 23. *Fecit nuptias*, ſymbolum ac figura fuerunt hujus Sacramenti, teſte S. Thoma Aquin. *ibid.* Quinã autem fuerunt illi qui nuptiis illis interfuerunt, qui ſeſe in illis recrearunt, ac deliciati ſunt? *Ite ad exitus viarum, & quoscumq; inveneritis, vocate ad nuptias, v.* 9. Albertus Magnus in quodam Dominicæ illius



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sermone, 74. in qua Evangelium illud le-
tur, ſcribit: *Illi ſunt in exitibus, qui morte*
*ſuam jugiter proſpiciunt, & qui ſe credunt q*
*tidie morituros; certe tales dignos ſe efficiun*
*ad Chriſti nuptias introire mereantur: quic*
*que enim mortis ſuæ efficaciter recordantur,*
*dent eſſe continentes, patientes, & obedientes*
*tuntur ſemetipſos per veram confeſſionem,*
*contritionem peccatorum maculis expiare.* N
abſque ſpeciali divina ordinatione, diſp
S. Mater Eccleſia à ſpiritu ſancto directa,
antequã ad altare aſcenderet Sacerdos, pri
haſce ex Pſalmo diceret: *Judica me Deus,*
*diſcerne cauſam meam,* ut ſciremus, accen-
daremur, quod dum ad altare accedimus, di-
vino tribunali appropinquemus, eidemque
nos judicandos ſiſtamus: *Ad illud Altar*
*ille ſolus accedit, qui ad illud ſecurus accedit*
*lic inveniet vitam ſuam, qui in iſto diſcern*
*cauſam ſuam*: ita S. Auguſtinũs; *in Pſ. 42.*

Eſt & alia utilis, ac fructuoſa diſpo
quam idem S. Doctor *Serm. ad Neoph.* pr
nit, ut nimirum vivaciter conſideremus
ficium noſtrum quod offerimus, quale
illud ipſum (prout revera eſt) quod Ch
æterno ſuo Patri obtulit in ara crucis; H
*accipite in pane, quod pependit in cruce, hoc*
*cipite de calice, quod manavit de latere Chri*

Dec

Decernitur etiam in Concilio Tridentino, *Seſſ. 22. c. 1.* illud quod hic innuit S. Auguſtinus: *Dilectæ ſponſæ ſuæ Eccleſiæ, viſibile, ſicut hominum natura exigit, reliquit ſacrificium, quo cruentum illud ſemel in cruce peragendum repræſentaretur.* Ex memoria illa Paſſionis Redemptoris noſtri, duæ eximiæ nobis obveniunt utilitates, ſummique momenti commoda: Primò, frænum fortiſſimum, quo retrahamur ab omni mandatorum Dei transgreſſione: Hinc dicit Origenes: *in Ep. ad Rom. 6.* *Certum eſt, quia ubi mors Chriſti animæ circumfertur, non poteſt regnare peccatum: eſt enim tanta vis crucis Chriſti, ut ſi illa ante oculos ponatur, nulla concupiſcentia, nulla libido, nullus furor ſubſiſtat, ſed continuo ad ejus præſentiam totus ille peccati, & carnis fugetur exercitus.* Alterum, quod ex illa recordatione referimus commodum, eſt, quod conformiter morti ipſius nos ipſos, membraque noſtra mortificemus, offeramusque eadem, cum toto homine, omnibusque viribus ac facultatibus ejuſdem, in holocauſtum debitæ gratitudinis, ad obſequium illius, cui hoſtiam illam gratiſſimam immolamus, monente nos ad id Apoſtolo, imo obſecrante: *Obſecro vos, ut exhibeatis corpora veſtra, hoſtiam viventem, ſanctam, Deo placentem; eos Divinus Paulus*

*ſacerdo-*

*Sacerdotes eſſe ſtatuit* (ita ad propoſitum no-
ſtrum ſcribit S. Iſidorus Peluſiota Lib. 3. Ep.
*qui non victimis & ſacrificiis, ſed omnibus p*
*tatis numeris perfunguntur, atque è corpori*
*ſuis purè ex ſe libant; pulcherrima enim vi*
*ma eſt, puram mentem, & puram carnem ha*
*re.* Juxta Sancti hujus mentem ac judici
non eſt gratior, acceptiorque Deo vivens
ctima, quam corporis noſtri maceratio,
purum illud, caſtumque ſervemus. Sent
am hanc efficaciter confirmat Hugo à S. V
ctore, *Lib. 2. de clauſ. anim. c. 25.* hiſce verb
*Tria ſunt ſacrificiorum genera, unum Domi*
*ci corporis, alterum contriti cordis, tertium mo*
*tificatæ carnis: oportet ergo præcedere ſacrifici*
*um humilitatis in mente, afflictionis in carne, ut*
*habeatur devotio in Dominici corporis conſecra-*
*tione.* De eodem myſtico noſtri ipſius ſacrifi
cio loquitur etiam citatus Nazianzenus, fu
dans ſe ſuper præfato Apoſtoli dicto; *Q*
*tandem modo externum illud Sacrificium,*
*magnorum myſteriorum exemplar præſidere*
*nimo illi offerrem, aut quomodo Sacerdoti*
*bitum, nomenq́; ſubirem, priuſquam man*
*actionibus conſecraſſem?* Ingeniola plane
propoſita hac noſtra materia S. Cypriani
ſideratio quædam; *cap. 63. n. 11. Quomodo*
*potandum vinum veniri non poteſt, niſi prius*
*trus calcetur, & prematur* (idem plane p

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dici de pane) *Sic nec nos ſanguinem Chriſti poſſumus bibere , niſi Chriſtus prius calcatus fuiſſet, & preſſus, & calicem prius biberet, quem credentibus propinaret.* Ex quibus erudimur , dignam ad bibendum calicem illum præparationem eſſe , ut congruè tam partem rationalem noſtram quam ſenſitivam mortificemus, *exhibentes nos hoſtiam viventem.* Verùm , quantus non deberet ardere ignis in illo noſtro holocauſto ! Quantus non deberet exæſtuare Dei amor , ex fervida conceptus meditatione exceſſivæ illius charitatis, quam Chriſtus Salvator noſter nobis exhibuit in ſacrificio iſto admirabili, & Sacramento verè abſcondito ac tremendo? Audiamus S. Joannem Damaſcenum, *Lib. 4. Orth. Fid. c. 14.* piiſſimis devotiſque verbis hæc nos docentem : *Ardenti cupiditate ad eum adeamus, manibuſque in crucis formam compoſitis, crucifixi corpus ſuſcipiamus, atque oculis & labiis, & frontibus impoſitis, divini carbonis participes efficiamur, ut ignis deſiderii in nobis inſit, aſſumpta ea , quæ ex carbone oritur inflammatione, peccata noſtra exurat , & pectora noſtra colluſtret, demuſque operam, ut per divini ignis perceptionem inardeſcamus, Diique efficiamur.*

Gratiſſima quoq; aptiſſimaq; præparatio eſt, ad altare illud accedere corde pacifico, pleno charitate, unione ac concordia cũ proximo,

ximo, & ideo ſupplicamus Agno illi myſti- quem ſacrificamus, humiliterque ab illo p- mus, ut pacē nobis tribuat: *Dona nobis pa-* Ille ipſe Rex Pacificus, uti notat S. Cyr- *Lib. 12. in Ioan.* Eccleſiæ ſuæ formam hanc- mamque dedit, quam obſervari voluit in- cris congregationibus: *Salutat diſcipu- ſitatâ illâ formâ, Pax vobis, legem veluti- dam conſtituens Eccleſiæ filiis; quo fit, ut in- ctis potiſſimum conventibus, & ſynaxibus, ipſa myſterii initia, hoc invicem dicamus,* magno ergo exemplari illo derivatur- le inter fideles obſervari ſolitus, cujus & me- minit Tertullianus, quod non accederent- orationem, aut ad ſacra myſteria, niſi prius ſibi invicem fuiſſent reconciliati: *Memoria- præceptorum viam orationibus ſternit ad c- lum, quorum præcipuum eſt, ne prius aſcenda- mus ad Dei altare, quam ſi quid diſcordiæ offenſæ cum Fratribus contraxerimus, reſolva- mus. Quid eſt enim ad pacem Dei acce- ſine pace? Ad debitorum remiſſionem cum retentione? Quomodo placabit Patrem, ira- in fratrem?* Tertul. lib. de orat. c. 10.

Refert Valerius Maximus, *Lib. 2. 1. 1.* mo- fuiſſe Romanis, quod ad diſſidentes re- ciliandos ſoliti fuerint inſtituere ſolemne a- liquod convivium, illudque appellaſſe C-

ſtia: *ut ſi quæ inter neceſſarios querela eſſet orta, apud ſacra menſæ, & inter hilaritatem animorum, fautoribus concordiæ adhibitis, tollerentur.* Ex quibus gravis quidam *Salm. in.38.t.9.* deducit admirabilem divinæ Providentiæ diſpoſitionem, quod homines omnis divinæ ignari promiſſionis, ultroneè, volenteſque & tamen neſcientes, ſeſe diſpoſuerint ad acceptandum illud ſacrificium, quod poſt tot annorum defluxum curriculum, illis annuntiari debebat, & appellari Euchariſtia, ut ſymbolicam videntes nominis correſpondentiam, parem quoque ejuſdem ſperarent effectum, ac cum eadem pacis concordiæque curæ ſtudio, ad illam ſeſe compararent, ac conarentur accedere. Nolo ſub ſilentio præterire id, quod quidam eruditus author *Lil. Giral. ſin. Deor. 17.* atteſtatur, etiam apud Ethnicos convivium illud non fuiſſe appellatum, Chariſtia, ſed Euchariſtia, ita enim ſe legiſſe in originalibus, magisque emendatis Valerii exemplaribus. Sed quidquid ſit de denominatione illa, certum eſt quod *apud ſacra menſæ*, deponebant omnem rancorem, advertitq; ſubtiliter Beda, quod dum Salvator noſter ageret de Euchariſtia, Judæi, tanquam indigni, ac incapaces cibi illius pacifici, ac eſcæ reconciliationis ac concordiæ, ſummè inter ſe fuerint

rint altercati, ac diſcordes: *Litigabant*
*Judæi ad invicem dicentes, quomodo pote*
*nobis carnem ſuam dare ad manducan*
*Quia panem concordiæ non intelligebant, ne*
*mere volebant.* Beda in Joan. 6.

Ut incarnata divina ſapientia, inter
les ſtabiliret pacem ac concordiam, non
ſingulari myſterio, pro ſacratiſſimi corp
ac ſanguinis ſui conſecrationis materia
panem & vinum, nam ut recte obſerva
ctor Angelicus; Q. 19. ar. 13. Par. l. 11. *Pan*
*ficitur ex diverſis granis, & vinum fluit*
*verſis uvis*, quæ tamen omnia ſimul co
unt, & uniuntur: huic non abſimile doce
Cyrillus: *in Ioan. cap. 36.* *Suo corpori cre*
*per communicationem myſticam benedicens, &*
*ſecum, & inter nos unum corpus efficit.*

In illa erant unione electi illi amantiſ
que Eccleſiæ primitivæ Chriſtiani, de qu
ſcriptum habemus, fuiſſe *cor unum, & a*
*una*, quod nulli alteri adſcribi poteſt
tribui, quam quotidianæ, quam freque
bant communioni, eratque communi
dotũ illud, quod zizania infernalis inim
tardabat, arcebatq;, qui homicida *erat ab*
*tio*, tentabatq; illã ſeminare in agro Domi
Hinc S. Gaudentius *Tract. 2. in ex.* Sacram
illud appellat: *Contra venena Diaboli*
*medicinam ſempiterni tutaminis.* Et ho

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Religioſos noſtros, qui cum ſtatutorum ac regularum ſuarum exacta obſervantia in una domo degunt, ex frequenti Diviniſſimi illius cibi uſu, videmus commorari in ſumma pace ac concordia, non obſtante diverſitate climatis, genii, nationis, ætatis, qualitatis &c. *Quibus unus panis eſt* (habemus in S. Cypriano de Cœn. Dom.) *unum eſt corpus, & omnium unum cor.*

Hiſce etiam videtur alludere S. Paulus Apoſtolus, 1. *Cor.* 10. *v.* 16. dũ hæc ſcribit Corinthiis: *Calix benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio ſanguinis Chriſti eſt? Et panis quem frangimus, nonne participatio corporis Chriſti eſt? Quoniam unus panis, & unum corpus multi ſumus, omnes qui de uno pane, & de uno calice participamus.* Hinc in ſacris canticis ſponſa, optimè cognoſcens verũ charitatis ordinem, in cœleſtis illius cibi edoceri diſpenſatione, ait: *Introduxit me Rex in cellam vinariã, ordinavit in me charitatem*, hæcq; erga Deũ & proximũ bene ordinata charitas, cauſa fuit cur ad cellã illam fuerit admiſſa, ac introducta, ac experta fuerit effectus illos, quos deinde enarrat: *Exultabimus, & lætabimur in te*, ſupra quæ verba ſcribit Paſchaſius: *Lib. de Cor. & Sang. c.* 11 *Exultant fideles, dum ſe intelligunt ad tantam unitatem Chriſti ſociatos per gratiam, & ad tantam flagrantiam charitatis provectos,*

Maxi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Maximè opportunè, poſtquam Chriſt[us] Dominus inſtituiſſet ſacrificium iſtud, ſta[tim] Æterno Patri ſuo ſupplicavit, ut novella[m] ſe inſtitutam plantationem ſuæ Eccleſiæ b[e]nignè dignaretur conſervare, ac Eccleſiaſti[cos] cos jam à ſe promotos, ac unioni, chari[ta]tique fraternæ deſtinatos, in eadem jugi[ter] vellet firmare: *ut ſint unum* (ita dicit S. Jo[annes] annes 17. v. 23.) *ſicut & nos unum ſumus. E[go] in eis, & tu in me, ut ſint conſummati in unu[m].* Et ut unionis illius in tota Eccleſia indiſpe[nſa]bile permaneret præceptum, promulgat [il]lud ipſum expreſſa hac Evangelica, ac irrefragabili ordinatione: *Matth. 2[5]. Si offers munus tuum ad Altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adverſum te, relinque ibi munus tuum ante altare. & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum.* Hic oportet reflectere, quod non dicat, *ſi ha[bes] bes aliquid adverſus fratrem*, ſed *ſi frater ha[bet] aliquid adverſum te*, ut denotetur, qua cura in cunctis ſuis actionibus gerere debeat Eccleſiaſticus, ne vel minimã offenſæ anſam ſu[o] proximo, ſed conformiter monito Apoſtolic[o] *ſine offenſo omnibus*. Putat Origenes ſub figura Eccleſiaſticorũ, cõtinuo in domo Dei perma[nentiũ] nentiũ verbũ illud Prophetæ eſſe prolatũ: *Ego autẽ ſicut oliva fructifera in domo Dei*, quã d[iu] ...

ovili comparaſſet, ſtatim ſubjicit magnus Doctor ille, *Hom. 3. in c. 23. Lev. in quibus indicium pacis oſtenditur neque enim accepta Deo poſſunt eſſe opera tua, niſi in pace peragantur.* Cumque ſacrificium hoc excellentius ſit, quã ulla alia res in mundo poſſit excogitari, nihilominus omitti debet, licet pro quacunque magna perſona, aut urgente negotio foret inchoatum; eo ipſo enim, *Honorem eum deficit, dum in proximo charitatem requirit*, inquit Chryſoſtomus, *Hom. 16. in Matth.* Eſt enim Pax illa donum, *quod mundus dare non poteſt*, ideoque ordinavit Eccleſia, ut antequam ſeipſum in ſacrificio cõmunicaret, Sacerdos diceret: *Domine Jeſu Chriſte, qui dixiſti Apoſtolis tuis, pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis* &c. & in fine vult, ut peramus conſervari pacem & unionem inter nos ipſos, nec permittit abire paſtus ſacratiſſimo Sacramento, quin curet illos pacis admoneri, eamq; illis apprecari, dum receperunt Filiũ Dei, Regem Pacificũ, ut ita conſequenter appareat, eos eſſe ipſius domeſticos.

Certum eſt, efficacius medium ad conciliandam pacem ac concordiam reperiri non poſſe, quam conſiderare Deum illum, qui ad nos venit, eum ipſũ eſſe, quem nos toties, & tam graviter offendimus, cujus amicitiam in-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ingratiſſimè rejecimus, mortalibusque d-
ctis noſtris ſumma injuria, ac ignominia a-
cimus, qui tamen iis omnibus non obſta-
bus, tam benignè nos iterum recepit in g-
tiam, omnia condonavit, & inſtar amant-
mi illius Patris Evangelici, nobis prodig-
liis ſuis ſtolam primam reſtituit, inſtitu-
ſumptuoſiſſimam hanc ſacri corporis ac ſa-
guinis ſui cœnam, dumque in cruce prim-
illud ſacrificium finiviſſet, nihil magis c-
vit, quam ab æterno Patre ſuo, ſuis procu-
fixoribus petere veniam, ac remiſſionem g-
viſſimi patrati delicti.

Horrendum eſt, quod refert Matthæus
riſius contigiſſe ſub Conrado Imperatore in
quodam ſolemni die Pentecoſtes; *Hiſt. Ang. in Seraph.* orta namque inter primarios quoſdam
Eccleſiaſticos graviſſima diſſenſione, ita u-
tiam ad arma & verbera deventū fuerit,
Cæſaris interveniente authoritate, compo-
taliter qualiter inter partes litigantes
proceſſum fuit ad celebrandam ſolemn-
Spiritu ſancto miſſam, dumque ante Evan-
lium cantaretur in Choro à Cantoribus
ſus alicujus proſæ in Eccleſia illa pro iſta ſo-
mnitate uſitatæ: *Hunc diem glorioſum f-*
auditi ſunt Dæmones extra voce multo m-
gis ſonora clamantes, ac cum jubilo c-

tes: *Hunc diem bellicoſum ego feci.* Ad quas voces, omnibus in ſtuporem raptis, inſinuavit Archi-Epiſcopo celebranti Imperator, ut depoſita tantiſper planeta, publica primo fieret pœnitentiæ demonſtratio, pro offenſi Numinis reconciliatione; quâ peractâ ſumma cum lachrymarum effuſione, quæ ipſum totius templi aſpergerent pavimentum, iterũ reaſſumpta fuerunt ſacræ Miſſæ ſolemnia, & absque ulla ulteriori perturbatione finita. Ecce, quomodo ubi nõ eſt unio, per ſacra illa myſteria, non ſolũ non impetratur Dei aſſiſtentia, multo minus quod exaudiamur ab illo, verũ econtra Dæmonum excitatur improperium, jubilus illis naſcitur, & exultatio.

Nutrix, ac mediatrix pacis ac unionis, Charitatisq; fraternæ, eſt humilitas, dicit S. Bernardus: Ep. 42. *Ut caſtitas ſeu charitas detur, humilitas meretur, quoniam Deus humilibus dat gratiam.* Hac ſane virtute muniat ſeſe, in eaque fortiter fundet quilibet Eccleſiaſticus, qui optat in corde ſuo Deum recipere, nec alio unquam manet aut divertit, requieſcitve, quam *ſuper humilem.* Dum ad ſe invitaret, alliceretque Deum, magnum illud excellensque S. Auguſtini ingenium, aptius medium, efficaciusq; reperire nõ potuit, quã ſeipſũ humiliando, planeque indignũ reputando: *An-*

*guſta* (dicebat ille Conf. l. 1. c. 5.) *eſt domus an-ma mea, quo venias ad eam, dilatetur ab te. Ruinoſa eſt, refice eam; habet, quæ offendant oculos tuos, fateor, & ſcio. Sed quis mundabit eam, aut cui alteri præter te clamabo. Ab oc-cultis meis munda me Domine, & ab alienis parce ſervo tuo.* Solebat S. Franciſcus Borgia antequam ad altare accederet, ſe ſe intime colligere efficaci aliqua fervidaque oratione cognitionis ſui ipſius, dumque in ſacro ſa-cto ſacrificio perveniſſet uſque ad conſecra-tionem ſacræ Hoſtiæ, ſeipſum recognoſcens tanquam Judam alterum qui Chriſtum tra-deret, magno tum ſuſpirio, gemituque dice-bat: *venit hora, & nunc eſt, & filius hominis tra-detur in manus peccatoris.* Imitabatur in hoc ſenſum ſummæ humilitatis, alterius ſancti Franciſci Aſſiſinatis, qui quanta cum humili-tate, animique ſubmiſſione ſeſe diſponeret ad recipiendum ſacratiſſimum JEſu Chriſti cor-pus, explicavit in quadam ſua epiſtola num. 12. cordis ſui declarans ſenſa, hunc in modum: *O ſuprema dignatio, o ſublimitas humilis, ut Dominus univerſitatis, Deus, Dei filius ſic ſe humiliet, ut pro noſtra ſalute, ſub modica panis forma ſe abſcondat.* Quam dignationem cum conſiderat S. Auguſtinus, in Pſ. 33 pulcher-mũ inde elicit humilitatis documentum, qu-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Dei filius ſubmittat ſeſe manibus hominum ſub tantillis panis ac vini ſpeciebus : *Unde commendavit corpus, & ſanguinem ſuum?* Petit ipſe S. Doctor? *De humilitate ſua, niſi enim eſſet humilis, non manducaretur, & biberetur.*

Dictavit S. ſpiritus, Eccleſiæ ſponſæ ſuæ, ut ſacræ communioni præmitterentur verba illa: *Domine non ſum dignus*, cujus antiqui uſus veſtigia reperimus in Origene, *Hom. 5. in Siu.* quando *Sanctum cibum, illudque inconſumptum accipitis epulum, quando vitæ pane, & poculo frueris, manducas & bibis corpus, & ſanguinem Domini, tunc Dominus ſub tectum tuum ingreditur. Et tu ergo humilians te ipſum, imitare hunc Centurionem, & dicito, Domine non ſum dignus &c. ubi enim indigne ingreditur, ibi ad judicium ingreditur accipienti*, ubi autem humilitatem reperit, indignè ibidem non ingreditur : Legimus propterea in vita famulæ Dei ſororis Franciſcæ Farneſiæ, *Nicol. Cat. in vita. l. 4. c. 2.* quæ communicatura, dum audiret præfata verba, *Domine non ſum dignus*, proferri, ſeſe quodammodo voluiſſe annihilare, ex ſummo ſuæ humilitatis ſenſu, ideoque coopertam ſemper habebat faciem, ne videretur aut notaretur ingens lachrymarum copia, quam profundebat, iiſque vultum ſuum irrigabat.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sanè veriſſimum eſt, quod dicit S.Bern-dus, quod perpendens aliquis attentè ve-tem illam, Filium nempe Dei aſſumpſiſſe bam mortalitatis noſtræ, & ſupra hoc, pſum in cibum porrigere mortalibus, nec men coram ipſo ſe humiliare, hoc ipſo ſimilem, imo pejorem eſſe jumentis: *O ſtu-da Dei miſeratio, verbum Carnem, cinerem, figulus lutum, vitæ morticin-duit, ut jumenta manducarent panem Ang-rum.* De cœna Dni. Similiter ſtupet hoc, bis nonnihil diverſis venerabilis Guerr-Abbas *Serm. 4. de Nativ.* totusque admira-ne quaſi raptus dicit: *Quæ unquam aurea tas ſimile aliquid habuit hujus plenitudinis temporis, quando panis Angelorum bens ſaporem ſuavitatis, & omni delectam-tum apponitur etiam jumentis!* Si ergo Eccleſiaſticus ſibi ponat ob oculos, repræſentet ſuam indignitatem, ſi con-quam ſit vilis per naturam, multo aute-gis vilitatem ſuam auxerit per exce-viſſimos, enormia peccata, ac quoti-ſe commiſſa ſcelera, in mentem revoce-ſignem lectionem illam, quam magnus dam Aſceticus Magiſter *Coll. 22. cap. 7.* ſcribit: *Tanta cor noſtrum vallare deb-humilitatis cuſtodia, ut hanc definitionem*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*petua ſenſuum ſtabilitate teneamus, nequaquã nos poſſe ad tantum purificationis meritum pervenire, ut ſi hæc, quæ ſupra dixi, per Dei gratiam omnia fecerimus, indignos tamen nos communione ſacri corporis eſſe credamus. Quia cæleſtis illius Mannæ tanta majeſtas eſt, ut nemo hac lutea carne circumdatus per ſuum meritum ejus edulium, ſed ex gratuita Domini largitate percipiat.*

Ita ergo firmare nos debemus in conſideratione hujus lutei vaſis noſtri, ut conſtanter intendamus illud per virtutem, probitatem ac honeſtatem tranſmutare, in ſplendidum puriſſimumque aurum; *Paremus locum* (ſunt verba Philonis *lib. de Cherub.*) *ita ut decet futurum Dei habitaculum.* Atque pro illa præparatione notetur id, quod cuidam non adeo decorè honeſtèque viventi dicebat S. Auguſtinus: *Mutet ergo vitam, , qui vult accipere vitam: nam ſi non mutat vitam, ad judicium accipiet vitam.* Salubrem omnino eruditionem deducit Origenes ex præcepto illo divino circa ſacrificium dato, in libro Levitici: *Manducabunt ea in loco ſancto,* dicitque hiſce præfigurari puritatem, quacũ vivere debeant Sacerdotes novæ legis: *Locus ſanctus* cõmentatur, *Hom. 13. in Levit. anima eſt pura, in*

*quo loco edere nobis mandatur cibum ve*[rbi] *Dei* : & poſt pauca : *Cum acceperis pan*[em] *myſticum, in loco mundo manduces eum,* [id] *eſt, ne animâ contaminatâ, &* peccatis p[ollu]tâ Dominici corporis Sacramenta *percipi*[as].

Summa indiget munditia cor illud, q[uod] ſponſum illum debet recipere, qui paſ[citur] inter lilia, quique dum in mundum hum[ano] nire dignatus eſt nullam aliam voluit ha[bere] matrem, quam eam quæ ſimul eſſet virgo [pu]riſſima, neque alium putativum Patrem [nisi] talem, qui pariter in dono puritatis ac [casti]tatis emineret, & hinc infert B. Petrus Ca[r]dinalis Damianus; *Opuſc. 17. cap. 3.* *Si Redem*ptor noſter tantopere dilexit, *floridi pudoris* *integritatem, ut non modo de virgineo utero* *naſceretur, ſed etiam à nutricio virgine tra*ctaretur, *& hoc cum adhuc in terris verſa*tur; *quomodo obſecro tractari vult corpus ſuum* *cum jam immenſus regnet in cœlis?* Pulcher[r]iſſimum maximèque heroicum factum [fuit] à ſuprema Divina ſapientia inſpiratum [sa]cratiſſimæ virgini ordinis Carmelitarum [Ma]riæ Magdalenæ de Pazzis, *Puccini in vita* *p. 1. c. 3.* quod, dum vix undennis q[uadam] die Jovis ſummum perpenderet [amo]rem, quem benedictus JEſus nobis [exhi]buit, ſemetipſum donando in illo Sa[cra]men[to]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mento, quidque condignum pro gratiarum actione reponere poſſet tanto beneficio, ſtatim mirabili cum affectu Domino Deo ſuam voverit virginitatẽ: Nimirum dono tam eximio corpus ſuum diſponere geſtiebat, ut ſalvatorem ſuum, ſuo in corde reciperet, tanquam in templo caſtitatis ac puritatis. *Cum purificaverit ſe ab omni inquinamento carnis & morum*, inquit Origenes, *Loco cit. tunc locus ſanctus effecta, capiat panem illum, qui de cœlo deſcendit.*

Studeamus ergo Sacerdotes, in moribus, affectibus ac operibus ita eſſe puri ac caſti, ut, ſicuti dicit Beatus Algerus, *Lib. de Sacr. cap. ult. Angelicam in terris vitam ducamus, quatenus caſtitatis munditiâ corde & corpore, Chriſti ſimus munditiæ conformes, ſimul converſatione cœleſtes, quia panis Angelorum, non niſi Angelicæ vitæ eſt ſtipendium*, eâque curâ, quam requirit tale miniſterium, perpendamus inſtructionem illam ſingularem Theophanis Niceni Ep. 3. *Cum nemo carnis vinculis detentus, verè dignus adminiſtrator horum ſupernaturalium myſteriorum inveniri poſſit (etenim & Angelis ipſis deſiderabilia hæc ſunt, & formidanda) puritatem ſaltem quam acquirere hominibus datur, contemnere aut rejicere, nec pro viribus conari Salvatoris in terris vitæ inſtitutum, imi-*

*tandum ſibi proponere, id certe ingrati e-*
*animi, divinarumque rerum contempto-*
*ideoque intolerabili ſupplicio dignum. C-*
*namque multum datum eſt, multum etiam-*
*getur ab eo.*

Advertit iterum S. Laurentius Juſtinia-
opus eſſe pro digna ad hoc auguſtiſſimum ſa-
cramentum præparatione ut tota Sacerd-
vita ita ſit ordinata, eaque ſemper polleat p-
ritate niteatque candore, qui ab eo exig-
qui tractat, recipitq; Chriſtum, nec ſuffic-
ſi hoc ſolũ eluceat in exterioribus, quib-
piis devotisque moribus & actionibus, ſ-
debent illa omnia fundata eſſe in una ve-
realique vita: *Et ſi devotio plurimum ſa-*
*cramento conferat, tamen prius vita commen-*
*dabilis habenda eſt, deinde devotio, nam vita*
*ſine devotione multum confert, absque vita de-*
*votio nihil.* De diſ. & perf. Mon conu. c 9. Hoc
punctum quia optime percipiebat ſanct-
le homo, de quo eminentiſſimus Card. B-
*L. de diſc. Spir.* dicit, quod fuerit verè Sanct-
*& Sanctorum ſcientia plenus, Philippus N-*
ideo continuo inculcabat, quod digna p-
dem exactaque præparatione ſemper debe-
mus ſtudere accedere ad altare, at ſubjung-
bat, Sacerdotem tali modo debere viv-
ut omni hora, quantum ad conſcienti-
pu-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

paratus ſit ad celebrandum. Nec differt ab hoc multum, modus ille quo vivebat S. Franciſcus de Sales, docebatque omnes Sacerdotis actiones ita debere eſſe conſtitutas, ut ſint quædam ad Miſſam præparationes, & ad illam ſemper directæ. Phot. in ejus vita comp.

Tandem monet S. Auguſtinus: *Providete, ut lingua loquendo, quæ vocat de cœlo Filium Dei, contra Dominum loquatur, &, ne manus, quæ intinguntur in ſanguine Chriſti polluantur in ſanguine peccati.*

## Caput Undecimum.

*Agitur contra eos qui à frequentiori abſtinent celebratione, diverſaque exinde provenientia mala proponuntur.*

SI verũ ſit, prout eſt extra omne dubiũ, quin ſit tale, quod è frequenti ad altare acceſſu, ſumma illa, ſuperioribus capitibus enarrata proveniant bona, ac commoda, capere nequeo, quænam cauſa ſit, quod plures Sacerdotes averſionem quandam præ ſe ferant à quotidiana celebratione: Omnibus notiſſimus eſt aphorismus ille; *Omnis nauſeatio mala, panis autem peſſima.* Siniſtrum valde omen eſt, dum quis in gravi aliqua indi-

ſpoſitione inter omnes alios cibos, panem averſatur qui vitæ noſtræ primarium ſolet debet eſſe ſuſtentaculum: *Firmamentum nis*. Indicium quoque exigui in Spiritu pro- ctus eſt, abhorrere ab auſteritatibus corpo- ralibus, ab internis mortificationibus, non facere eleëmoſynas, parvi pendere ora- nem, ſacras peregrinationes, & hujusmodi pietatis exercitia; verùm ſignum ultra com- modum peſſimum eſt, ſi anima aliqua faſtidi- re incipiat ac nauſeare tremendum illud ſa- ficium ac auguſtiſſimum Sacramentum, de quo cum admiratione ſancta canit Eccleſia: *O quam ſuavis eſt Domine Spiritus tuus, qui ut dulcedinem tuam in filios demonſtrares, pane ſuaviſſimo de cœlo præſtito, eſurientes reples bonis.* Quod ſi quis à quotidianis lautiſſi- mis abſtineat conviviis, crediderim id fieri ne, cum ſanitatis detrimento graventur ſto- machus, at vero in pane hoc cœleſti, quo- tidie ſumpto, in calice Domini indies po- to, nullum hujusmodi ſubeſt periculum gravedinis, aut ebrietatis ulliusve alte- incommodi, ſiquidem, *hac ebrietate corpus non titubat, ſed reſurgit, animus non confun- ditur, ſed conſecratur*, prout aſſerit S. Ambroſius, etenim, *mens impletur gratia & futuræ gloriæ nobis pignus datur.* Unde

ergò tãta repugnantia, tanta averſio? Si nobis conſignata foret clavis magni alicujus theſauri, hujusque proprietarius Dominus ac patronus, in noſtra reliquiſſet poteſtate pro libitu utendi divitiis iſtis, quis credet ullum repertum iri adeo judicio prudentiaque deſtitutum, qui tam optatam, & ſe, ſuosque omitteret, negligeretve, ditandi occaſionem? Et tamen certum eſt, docetque ipſa fides, in ſacrificio illo incruento omnes Paradiſi theſauros contineri: *In quo ſunt omnes Theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei, quomodo non etiam omnia cum illo nobis donavit?* Penes nos ſit ex illo ditare nos ipſos, omnesque fideles, idque ſumma cum facilitate, eximiaque ſanctiſſimæ Trinitatis complacentia; qua propter ſummè admirandum eſt reperiri ſacerdotes hæc omnia non curantes, aſt ob quandam repugnantiam deſiſtere ab acceſſu ad altare. Si hujusmodi Presbyteri auro illo, plurimorum poſſent ſublevare paupertatem, id eſt tollere difficultates ſolari anguſtias, abſtergere mœrores, & hoc ipſum intermitterent, cur cum S. Ambroſio dicere non poſſem, *ſi nõ paviſti, occidiſti?* Si celebrando, quod idem eſt dicere, ac aperiendo cœleſte ærarium, reparare, prævenire, ac avertere poſſitis tanta mala publica, ac privata; ſi diſpenſare, ac di-

ſtribuere poſſitis tam iñumerabili multitud
ni, copioſas adeo gratias cœleſtes, idq; ab
magna veſtra moleſtia aut incom̃odo, & nu
lo prorſus detrimento, imo econtra maxim
proprio cũ emolumẽto, cur contra Dei volu
tatem, & veſtro cum diſpendio, adeo eſtis
vari? Nec eſt, quod quis mihi opponat: Qu
*aſcendet in cœlũ, id eſt Chriſtũ deducere?* Re
ſpondet enim S. Paulus, aliquoties raptus
cœlũ, *Rom.* 10. *v.* 8. quod, *propè eſt verbum*
*tuo, & in corde tuo.* Quatuor tantũ, cum in
tione verborum prolatione à vobis factam
tiũ Paradiſi aperitur, promptiſſimeq; deſid
is, *in quo ſunt omnes theſauri*, ut illos in fide
les diſpenſetis, & ante omnes vos ipſos ditetis.

Horreſcat ſane, quicumq; conſiderat da-
mna, quæ fidelibus cunctis, univerſæq; ob-
veniunt Eccleſiæ, quorũ omnium nos ſumus
cauſa, per noſtram, in celebrando miſſã, negli
gentem Socordiam. Quam nota eſt omnib
tam parum eſt perpenſa, ponderequе ſanctu
rii librata magna illa Venerabilis Bedæ pro
ſtatio: *de Miſſa ſacrif. Sacerdos non legitime im*
*peditus, celebrare omittens, quantum in eo eſt,*
*privat Sanctiſſimam Trinitatem laude & glo-*
*ria, Angelos lætitia, peccatores venia, juſtos ſub-*
*ſidio & gratia, in Purgatorio exiſtentes refri-*
*gerio, Eccleſiam ſpirituali Chriſti beneficio, &*
*ſeipſum*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ſeipſum medicina & remedio.* Quodnam hoc eſt myſterium panem Euchariſticũ denominari panem intellectualem? *Cibavit illos pane vitæ, & intellectus?* Ut nimirum intellectum noſtrum, omnesq; cognitionis noſtræ vires exeramus, ad perſpicienda ac penetranda commoda, fructus ac utilitates, quæ ex tanto myſterio nobis ipſis in particulari, ac deinde bono comuni Eccleſiæ univerſalis obveniunt.

Quale in cœlo Empyreo reſultat gaudium, quanta gloria, præſertim in Angelis, qui æque gaudent in Eccleſia Triumphante, ac nos in Militante, imo profectibus noſtris intime cõgaudent, & aggratulantur, prout ſuperius ſufficienter demonſtratum eſt! Si enim ſacrificium iſtud tremendum ſit baſis ac ſuſtentaculum Chriſtianiſmi, fidei, ac Religionis Catholicæ, ſi ſit impetratorium, & ſatisfactorium, nosq; elevati ſimus tam ſublime miniſterium, ut illo ſumma cura ac ſollicitudine pro Eccleſia & populo fungeremur, quomodo poſſibile eſt, nos non percipere tanta damna, ac incommoda graviſſima, quæ per noſtram inertiam, ac negligentiam inde reſultant, bonaque quibus defraudamus & nos, & alios? Si videamus omni fermè momento continuis noſtris irritari peccatis divinã juſtitiam ad puniendũ mundum flagellis



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

famis, peſtis, belli, terræ motuum, & h
jusmodi aliorum inauſpicatorum eventu
ſi videamus ipſum fulmine armatum ad p
dendum humanum genus, & nos parati
erimus ad occurrendum ei, placandam
ſiſtendam juſtiſſimam indignationem ipſi
propitiatorio hoc holocauſto? Quotanim
quæ in vita ſua maximis nos affecerunt be
ficiis, ac de quarum temporali ſubſtantia
mur & ſuſtentamur, Dei carentes viſion
ſuſpirant, clamant, obteſtantur, ut è pur
laribus, ac intollerabilibus flammis per
mediante ſatisfactorio illo ſacrificio quæ
liberari? Idololatria, Atheiſmus, Hebra
mus, Alcoranus, Hæreſis, ſchiſma, quæ
fidem Catholicam & Eccleſiam quodammo-
do eviſcerant, jam diu forte deſiiſſent, ſi
nos ſæpius, ac majori attentione & præpa
tione celebraſſemus? Nunquid timere po
ſumus, ne merito contra nos conquera
Eccleſia, dicatque: *Filios enutrivi & exa
vi; ipſi autem ſpreverunt me.* Quis fidel
ſupplicas in ſignatura gratiæ curabit ſub
bi, ſi nos ſacerdotes, id non faciamus
ſtris Miſſis?

S Petrus Damianus Cardinalis, a
unam aliam eximiam pro celebrante no
utilitatem, *lib. 2. Ep. 11.* atque ob eand
mo

monet Deſiderium Cardinalem S. Cæciliæ, ut frequens eſſet in ſacrificando: *Ut colubrum hunc* (de Dæmone loquitur) *valeas efficacius rumpere, ſacrificii ſalutaris hoſtiam ſatage frequenter afferre, ut dum ora tua Chriſti perſpexerit cruore rubentia, territus contremiſcat, præſto diffugiat & Sacramento quo captivatus eſt, propius accedere non præſumat.*

Excuſant ſe multi, ideo frequentius non celebrare, ob majorem reverentiam, & ne ſe Deo nimis reddant familiares, quibus ad hoc excellenter reſpondet Gilbertus Abbas: *Bonum quidem* (ſcribit) *deſiderare Dominum, ſed habere & frui melius: & cum non habes mendicare, ſed melius manducare; ſi enim potes abſentem amare, quanto magis cum adeſt.* Poteſt equidem in favorem illorum adferri aliquid, quod de ſancto Franciſco Aſſiſinate legitur, illum nimirum in ſuis non laudaſſe quotidianam celebrationem, ne forte nimia ex frequentia neceſſaria deficeret, aut intepeſceret devotio, nec debito cum fructu infinitorum tanti ſacrificii meritorum fierent participes: Hocque ipſum motivum fuit, quo minus ſanctus ille ſacrum unquam Presbyteratus ſuſceperit ordinem: *Ne propter* (ecce cauſam) *quotidianam celebrandi conſuetudinem tanti myſterii debita reverentia* (quam in

hac

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

hac epiſtola anxius inculcat, & tantopere commendat) *paulatim declinaret, & in ipſis ſacrificantibus fervor tanto altari dignus, ac quantiſper teperet, quod & ipſum retraxit, ac omnino repulit à ſacris Presbyteratus ordinibus ſuſcipiendis: in opuſcul. S. Fran.* Laudat Sacerdos æternus in Franciſco, tanquam filio humilitatis illud conſilium, illius autem non approbat executionem inſigni miraculo, in S. Bonaventura, digniſſimo tanti Patriarchæ diſcipulo, demonſtrato; exiſtimabat ſe, ſanctus ille, indignum, ut omni die celebraret, adeoque interdũ abſtinebat; quodam autem mane, dum ſimiliter ſeſe ſubtraxiſſet ab incruento ſacrificio, particula quædam ſubtracta fuit ſacrificanti Sacerdoti, ac Angeli miniſterio delata ad os humilis Bonaventuræ, quo facto interius monitus fuit, magis placere Deo cum pietate, reverentia, ac devotione frequentare illud myſterium, quam ex motivo humilitatis ac indignitatis abſtinere. Neque etiam eò tendit prohibitio ac præceptum Franciſci; dicit enim: *Quandocunque voluerint Miſſam celebrare, purè, & ſanctè faciant, cum reverentia.* Ex quibus verbis planè eruitur, quod ſi celebrans dignè ac convenienter ſit præparatus quotidie, à quotidiana celebratione alienum ſeſe non debeat demonſtrare.

ſtare. IpſemetChriſtusSalvator noſter, quodam die colloquens BeatæMargaritæ de Corona *Fr. Mar. lib. 2, cap. 5.* dixit: Filia mea, fac, quod facis, ſæpiusq; me ſacra in menſa recipias, ſiquidem medio hoc anima tua diſponitur ad recipienda dona altiſſima, atque illud ipſũ exercitiũ frequens communionis, principiũ fuit tuæ ſalutis, primaq; origo conſolationis.

Nec valet dicere, vileſcere continua aſſuetudine tantum ſacrificium; ſiquidem gemmarius aliquis profeſſionis ſuæ peritus, licet omni die manibus ſuis tractet Margaritas, aut lapides pretioſiſſimos, hinc nó minoris apud illum aut pretii ſunt, aut valoris: præter hoc autem dicere poſſumus, probatque experientia, continua pia ac devota celebratione, augeri in nobis lumen ad cognoſcendũ tantum myſteriũ, creſcereq; per hoc æſtimationẽ ac dignitatẽ illius in nobis, hoc enim intereſt inter domeſticã, ac intrinſecã familiaritatem Dei, & hominũ, quod in hac quotidie magis ac magis illorum nobis iñoteſcant defectus, atq; ita paulatim erga eos deficit affectus; illa autẽ familiaris cum Deo converſatio majorem ſemper procreat venerationem, ſemper enim noſtra exiguitas, debilitasq; profundius penetrant, agnoſcitq; illius perfectiones, virtutes, ac celſitudinem: hinc omni die in præfatione miſſæ legimus, aut cantamus:

*Quem*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Quem laudant Angeli, adorant Dominationes,*
*tremunt Poteſtates*: Angeli qui diſtantes ma-
gis ſunt, & minus familiares, laudant ipſum;
Dominationes, quæ proximius accedunt, ip-
adorant; Poteſtates autem, quæ altius aſcen-
dunt, proximèque ipſum conveniunt, tre-
munt. Verum quidem eſt, frequentem il-
lum acceſſum (prout dicemus ſuo loco) te-
mera conſuetudine fieri non debere, ſed ſem-
per cum ingenti, intenſoque renovato ſpiri-
tus fervore: *Dixerit aliquis* (ita diſcurrit
Venerabilis Beda *in 1. ad Cor. 11.*) *non quotidie*
*accipiendam Euchariſtiam. Quæſierim, qua-*
*re? Quoniam eligendi ſunt dies, quibus pu-*
*rius homo, continentiusque vivas, quo ad tan-*
*tum Sacramentum dignus accedas.* Valde
bene: verùm, puritatem illam, illam con-
tinentiam, vitam illam immaculatam, unde
melius, commodius, efficaciusve poterit
conſequi, quam ex frequenti uſu ſacri ...
lius, tantique Sacramenti? *Quis poteſt facere*
*mundum de immundo conceptum ſemine? Non-*
*ne tu, qui ſolus es?* Hocque etiam ...
nuat Apoſtolus, dicens: *Probet autem ſeipſum*
*homo, & ſic de pane illo edat*: Vos vultis ...
tare, & dicere, *ut probet ſeipſum homo,*
ita majori ſpiritu ſemper accedat Sacerdos
delibandum Diviniſſimum illud Sacramen-
tum, *de pane illo edat, & de calice bibat.*

Vehementer redarguit S. Joannes Chryſoſtomus *Hom. 28. in 1. ad Cor.* morem illorum, qui non ſolent celebrare, niſi in principalioribus, ſolemnioribusque Eccleſiæ feſtivitatibus, quaſi vero ſacrificium iſtud non foret idem, parisq; dignitatis ac virtutis aliis diebus ferialibus: *Non eſt exſpectanda ſolemnitas, ut accedas ad hoc Sacramentum., ſed ſemper eſt ſolemnitas, cum adeſt cordis munditia*; quod idem repetit. *Hom. 5. in 1. ad Tim. Tempeſtivum accedendi tempus, munditia conſcientiæ faciat:* Si enim tunc ſolum deberemus celebrare, quando Spiritu Sancto eſſemus repleti, eamque haberemus puritatem ac munditiam, quam de ſe requirit tam ſublime ſacrificium, poſſent utique tunc claudi Eccleſiæ ac deſtrui altaria, cum impoſſibile ſit humanam debilitatem ac infirmitatem, ad tam excellentem devenire poſſe perfectionem.

Alii nimias, graviſſimasque cauſantur occupationes ac negotia, quibus ita opprimuntur, ut ne hora ſuperſit pro celebratione. Nolo in confuſionem noſtræ tepiditatis ac acediæ Idololatriæ unius adferre exemplum, qui inter integri mundi regiminis curas diſtractiones ac negotia indiſpenſabiliter ſolebat, *inter hæc pia mente adire Lucos, & occurſare numinibus*, uti Plinius ſecundus de

de ſuo ſcripſit Trajano, verum pro exempl
nobis imitando, Eccleſiaſticum un
propono, quam altum in dignitate, tam
merſum in occupationibus, Matthæum Ca
dinalem, & Epiſcopum Albanenſem, de q
ex authoritate, ac teſtimonio Petri Clun
cenſis, hæc narrat Baronius: *Tom. 12. Serv*
*in palatio inſtituta clauſtri, & mundo ex*
*tus, firmo & longo uſu veluti innato relig*
*propoſito à ſæcularibus vanitatibus, ſe qua*
*pto firmiſſimo ſecernebat; cohibebat ſe intra*
*nunquam (ſicut de quodam dictum eſt) m*
*ſolus, quam cum aliis, nunquam negoti*
*quam cum ſolus erat. Præferebat cun*
*ribus ſuis, omnibusq; ſanctis ſtudiis, ſacrif*
*di Deo illum ſuum quotidianum uſum, a*
*nec rei familiaris cura, nec multiplex occupa-*
*tio, nec ipſa continua, poſt ſummum Ponti*
*cem, omnium Eccl ſiarum ſibi impoſita ſolli*
*tudo eum retrah re poterat.*

Summè certè laudabilis fuit conſuet
S. P. Ferdinandi de Telavera, Primi Arch
piſcopi Granatenſis, de quo narratur,
in aula occupatiſſimus maximi moment
gni negotiis, æmulorum (quos habeba
rimos) ſenſerit livorem, ex eo, quod
celebraret; murmurabant enim, nec perc
poterant, quomodo homo tot diſtractus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cupationibus, tantisque immerſus rebus extraneis, ſemper ad tam tremenda tractanda myſteria poſſet eſſe diſpoſitus. Relatum id fuit Archi-Epiſcopo Toletano, qui pro reſponſo, ac defenſione præfati Archi-Epiſcopi protulit id, quo alii uti ſolent ad ſeſe excuſandos, in quo is accuſabatur: Dicebat enim, quod cum ille tam gravia, arduaq; continuo haberet tractanda, ut onus tantum ſuſtinere poſſet, neq; tanta ſub negotiorum mole ſuccumberet, cum propriæ vires non ſufficerent, merito ipſum omni die auxilium petere ab incruento illo ſacrificio, tum ut negotia melius poſſet expedire, tum etiã ut ſibi commiſſorum faciliorem reddere valeret rationẽ.

S. Cajetanus, dum moraretur Neapoli, intellexit quendam Cardinalẽ Romæ ſibi amiciſſimum, qui ſumma cum ædificatione ac utilitate indies ſolitus fuerat celebrare, ob multitudinẽ ingruentium negotiorum à ſancta illa conſuetudine remiſiſſe: apprehendit adeo ſanctus cauſæ hujus momentum, quantique Cardinalis ipſius hac in parte intereſſet, ut ipſis diebus canicularibus, cum vitæ manifeſto periculo, Romã accurrerit, locutusq; amico ſuo Cardinali, in corde ipſius extinctã fermè fervoris flamã, reaccendit. Lætus de felici expeditionis ſucceſſu, intra paucos dies, urente adhuc Canicula, cum eodem, ſi non

ma-

majore, vitæ periculo, ob æſtum nimi
Neapolim remeavit. Nonne factum h
omnem elevat, tollitque excuſationem i
rum, qui ob negotiorum frequentiam, e
mere ſeſe nituntur à frequentiori ſacro
myſteriorum uſu, ac functione?

Præter hæc, inculcat etiã validè freq
tem cebrationem Petrus Cellenſis, *de Pan*
*cap. 2.* *Procul dubio hujus menſæ edacita*
*culpabilis, abſtinere culpa eſt, & pœna, ab*
*bere vero gloria & corona; non parce pran*
*dum, ubi cibum invenis Deum.* S. Caro
Diœceſis ſuæ gregem, inſtar horridæ ſilv
reperit incultum, ita ut plures ſacerdotes,
ne quidem ſcirent formam abſolutionis:
Brevi autem tempore incultum illud deſer-
tum, in Sanctuarium transmutatum eſt, fe-
licesque ſunt illæ in Chriſtiano orbe Eccleſiæ,
quæ aliquem ſcholæ ipſius diſcipulum pr
Magiſtro ac Præſule habere potuerunt.
autem tam notabilem, quam neceſſ
auſpicaretur reformationem, optatum
illius ſortiretur effectum, incepit omni die ce-
lebrare, ad introducendam frequentem ſa-
cræ communionis conſuetudinem, ac
briorem reſuſcitandum incruenti Sacrificii
penè neglecti, uſum.

Caput hoc obſigno inſigni quodam eve

tu, relato à Pio II. per quem non ſolum ſacerdotes ad quotidie celebrandum, verum etiam laici ad ſacrum frequentius audiendum, meritò excitentur. Nobilis quidam in Provincia Iſtriæ, graviſſimè tentabatur, ut ſeipſum ſuſpenderet, illique pro remedio illius tentationis conſultum fuit, ut indies audiret ſacrum, quod dum fideliter exequitur, ab omni manſit tentatione liber. Eam in finem certum conſtituerat Sacerdotem, qui dum ob quoddam in vicino loco feſtum, à Domino licentiam petiiſſet, ut ibidem poſſet celebrare, haud gravatè hoc ipſum conceſſit, ea tamen intentione, quod ad illam vellet venire Eccleſiam ſacrum auditurus: Interim improviſa inciderunt negotia, quibus, præter intentionem diutius occupatus, dum parat ire ad templum, in via intelligit divina eſſe finita, omniaque ſacra facta, ſtatimque perſentit antiquam ſuam renovari miſeriam, extinctamque quodammodo exurgere tentationem; Turbatus fuit ob hæc non modicè nobilis, quem ut ruſticus quidam, hoc advertens, conſolaretur, obtulit illi à ſe auditum illo die ſacrum, cum omnibus ſuis meritis, dummodo ſibi cederet veſtem, quam in dorſo geſtabat. Acceptat promptè conditionem Nobilis, pallium ex-

tra-

tradit, pergitque quietior, ac ſecurior ad tentam Eccleſiam, precibusque in ead perſolutis, dum domum revertitur, in offendit ruſticum illum, miſſæ nundin rem, ex arbore quadam ſuſpenſum, id mittente Deo in pœnam ſui peccati, ut tam nobilis ille, quam totus mundus cog ſceret, à quibus, quantisque malis ac culis per incruentum miſſæ ſacrificium raretur.

## Caput Duodecimum.

*Cauſæ variæ aſſignantur, ob quas plu Sacerdotes debitum non referunt fructum ex frequenti ce bratione.*

SUmma dignum eſt conſideratione id quod legimus in Aggæo Propheta: *Seminaſtis multum, & intuliſtis parum, diſtis, & non eſtis ſaturati; bibiſtis & inebriati, & qui mercedes congrega eas in ſacculum pertuſum: Hæc dicit D ponite corda veſtra, ſuper vias veſtras.* ergo cur multi Sacerdotes indies ſum panem Euchariſticum, manibusque ſ rium tractantes cœleſtium theſaurorum

pretii infiniti gratiarum, ac meritorum ſanguinis pretioſiſſimi Redemptoris noſtri, tam parū proficiant, alia eſſe non poteſt, quam, quia non *ponunt corda ſua ſuper vias ſuas*, id eſt, parum conſiderant ea, quæ ad ſtatus ſui ac miniſterii dignitatem, & ſanctitatem ſpectant. Philo Carpatius *in c. 7. Cant.* cauſam quodammodo naturalem aſſignat confuſionis, quam quotidie in Clero ſpectamus: *Quæ pro ſua dignitate & excellentia optima eſſe debent, ac ſumma, eadem mutato ordine peſſima fiunt: Licet videre quosdam ex hoc ſacratiſſimo convivio fieri quotidie praviores, & ob id ſolū ad gehennam properare miſerrimos, quod ad tantum, tamque ineffabile, ac cœleſte convivium, immundo corde accedere audacter, atq; inſolentiſſime devorare præſumunt.* Indifferenter hoc dicitur de quocunq; immundo corde ad ſacram accedente Euchariſtiam, & à fortiori ipſis ſacerdotibus applicandum eſt, qui conſecrant, manibus tractant, offerunt illud ſacrificium, & ſacramentum ipsū aliis adminiſtrant. Defectus hic diſordinatioque oritur ex eo, quod non reflectamus ad tantum ſacrificium, nec debitè nos ad illud præparemus: *Non ponunt corda ſua ſuper vias ſuas. Audiant Chriſtiani* (nos dicamus ſacerdotes, atque ita voce magna exclamat

S. Chryſoſtomus *Hom. 31. in Matth.*) *qui* ...
*tidie corpus Chriſti attingunt, quam* ...
*ipſo corpore poſſunt ſumere medicinam,* ...
*do mulier totam voluit de ſola Chriſti f*...
*percipere ſanitatem.* Verum equidem ...
firmam fœminã ſolo extremitatis togæ Chri-
ſti attactu integrã retuliſſe ſanitatẽ, & ...
potior Sacerdotum pars, quæ indies ...
dem Salvatoris noſtri cibatur carne, ...
tur ſanguine, debilis ſemper manet ...
firma, quod lachrymandi ſubmini...
materiam jam citato Sancto: *Nobis ...*
*eſt; mulier de vulnere medicinam ...*
*nobis medicina ipſa retorquetur in* ...
non ex defectu cibi, cum *ſit pharmacum*
*immortalitatis*, ſed ob pravam noſtram
diſpoſitionem. Si cibus ſolidus ac ſubſtan-
tialis ingeratur, ac deglutiatur abſque de-
bita maſticatione, non nutrit, ſed ...
ſtomachum: De Agno Paſchali, typo ...
mo Euchariſtiæ, mandavit expreſſe ...
populo Hebræo: *Exodi 12. verſ. 9.* ...
*medetis ex eo crudum quid.* Quis ...
bræos adeo depravati corruptique ...
guſtus, ut crudam manducaſſet carnem ...
quia, *omnia in figura illis conting...*
ſcribit Abulenſis ſuper litteram illius ...
rii, *Q. 18. in c. 16 Matth.* ipſum aperien...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

declarando in hunc modum: *Crudum cibum manducat, qui nullam circa illum diſpoſitionem & præparationem præmittit, & ſic crudum cibum ſumit, qui corpus Domini ab aliis cibis non diſcernit, ſed ſic impurus accedit, ut ad communes.* Aliam non minus gravem, ac bene ponderandam adducit obſervationem in hac materia S. Joannes Chryſoſtomus ſuper illa Divi Pauli verba: *Judicium ſibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini: Hoc eſt* (inquit ſanctus *Hom. 24. in 1. ad Cor.*) *non examinans, non cogitans, ut oportet magnitudinem eorum, quæ ſunt propoſita, non reputans quanti momenti, & ponderis ſit donum.*

Æquali cum veneratione ac reverentia indies ad altare accedendum eſt, qua ipſum ſalutaſſemus aut recens natũ in ſtabulo Bethlemitico, aut crucifixum, ac exſpirans Verbum æternum in monte Calvariæ, Miſſæ enim ſacrificium idem eſt quod Golgotheum, ipſaque Euchariſtia nihil aliud quam exhibitio Incarnationis: *Ita magnum, novum, & jucundum tibi videri debet, cum celebras, ſi eodem die CHRISTUS in utero Virginis primum deſcendens homo factus eſſet, aut in cruce pendens, pro ſalute hominum pateretur,* ita meditatur

magnus ille ſpiritualis Magiſter Thom[as] Kempis. *lib. 4. cap. 2. num. 6.* Inter alias a[b] in Paſchalis Agni oblatione præſcriptas c[æri]monias ac ritus, unus erat, quod illum q[ua]tuor diebus, antequam offerent, in æd[ibus] ſuis habere debebant: *Ut nos hac docerem[ur] cærimonia* (inquit Oleaſter in illum locum) *quanta diligentia, & quam diu oblationes [no]ſtras expendere debeamus, antequam ill[as] Deo præſentemus.* Panes Propoſitionis, [de] quibus etiam ſermo fuit, figura erant [e]jus noſtri Panis cœleſtis, non ſolum vol[e]bat Deus indies renovari, atque in menſa reponi aurea, verum etiam debebant eſſe ca[n]lidi, ad inſinuandum nobis, quod ſi ſingulis diebus offeramus Panem divinum, illud ſem[per] per renovato quodam mentis fervore præ[ſtare] debeamus, quaſi illa, quam lecturi ſu[mus] mus miſſam, aut prima noſtra foret, a[ut] ultima.

Mirabile eſt, quod Sacramenta juxta di[ſ]poſitionis noſtræ proportionem ſuum ope[rentur] effectum, prot S. Bonaventura ... *cap. 7.* docet, & cum eo communiter om[nes] Theologi: hinc Sancta Catharina Senen[ſis] hac utebatur ſimilitudine: Si plures ve[niant] cum candelis, ut eas accendant, unaq; ill[arum] ſit duarum, altera trium, tertia qu[atuor]

nciarum, quanta non erit differentia in ſplendore earum? Eodem modo, qui accedit ad lucem illã inextinguibilem corde optimè diſpoſito, plenoque amore divino, affluentiam utique impetrabit gratiæ cœleſtis: at ſi tepidi, ſi corde quodammodo congelato ad ſacrum altare accedamus, mirum non eſt, ſi in nobis non ardeat ignis ille æthereus, ſi in nobis non ſplendeat flamma illa nobilior, ſublimiorque: *Ita contingit* (ſunt verba illius Sanctæ *Dial. tr. 3. cap. 110.*) *in hoc ſacramento iis, qui recipiunt illud, candelas ſuas accendunt, id eſt ſanctum deſiderium, cum quo recipiunt venerabile Sacramentum, tantum excipitis ex iſto lumine, quantum de materia ſinceræ dilectionis, & amoris, & igniti deſiderii portatis, quamvis totum in veritate recipiatis.* Paſcuntur quidem Sacerdotes immaculati Agni corpore, ſed, proh dolor, quod tot illud delibent peccatorum maculis inquinatâ conſcientiâ! Aliud manducamus, aliud appetimus; manna cœleſtis paradiſi ſumimus, eodemque tempore, ad farinam, cepes, & allia, carneſque Ægyptiacas anhelamus, ſuſpiramus. Sponſa in Canticis 7. v. 9. vera Eccleſiæ figura, mirè commendatur, hiſce formalibus: *Guttur tuum ſicut vinum optimum, dignũ dilecto meo*

*ad potandum, labiiſque & dentibus ejus ruminandum.* Quis non videt, quam hoc applicari queat S. Philippo Nerio, cui adhuc in calice ipſo, ex quo ſumpſit illas Paradiſi delicias, ſacratiſſimum Chriſti ſanguinem in hodiernum uſque diem dentium apparent veſtigia, morſu eidem infixa, in teſtimonium ſuavitatis ac dulcedinis, quam in præſtantiſſimo Domini calice percipiebat.

Inter alias ſingulares utileſque reflexiones ſancti Bernardini, ſuper hoc noſtro myſterio, quod nimirum incarnata ſapientia Divina ſeipſam per modum cibi nobis communicare voluerit, hæc una fuit, quod ut cibus, ut in congruum tranſeat corporis alimentum, neceſſario prius benedebeat maſticari, ita quoque ut animam ſpiritualiter nutriat Euchariſtia, opus ſit, ut antecedenter intenta, ac accurata meditatione, quaſi maſticando, perpendatur: *Bern. Sen. Tom. 3. Ser. 3. de Chriſti Plenit. ar. 2. cap. 3. Maſticatio eſt recogitatio cibi, id eſt, carnis CHRISTI, qui eſt panis vitæ, qui de cœlo deſcendit.* Pater Magiſter Avila, vir adeo in divinis rebus illuminatus, antequam ad ſacrum accederet altare, in corde ſuo excitabat, eliciebatque actum ſummæ venerationis, & æſtimationis hujus tremendi, incruenti

ſa-

ſacrificii, hac reflexione, ac directione: *Jam volo conſecrare Deum meum, illum in manibus meis tenere, ipſi colloqui, & in cordis me recipere hoſpitium:* quod ſi nos ipſi etiam practicemus, multo gratiora erunt Deo noſtra ſacrificia, nobisque magis proficua.

Plurimum juvat ſeceſſus aliquis, aut ſolitudo ad ignem hunc ac fervorem excitandū: *Nō datur manna niſi in deſerto* (inquit Albertus Magnus *De Euchar. di. 3. Tr. 1. cap. 1.*) *ſic niſi ſentitur dulcedo gratiæ, & ſapor Euchariſtiæ, niſi ab his, qui ſe in deſertum corde transferunt, ut mundanas non ſentiant delectationes.* In initio Canonis ſtatim circūſtantes adhortamur, ut cor, ac mentem ad Deum elevent: *Surſum corda.* Nunquid ergo abſurdum plane foret, ac monſtruoſum, nos alio exhortari ad elevanda corda, noſtra autem propria depreſſa haberemus carnalibus terrenisque deſideriis ac affectibus? *Ut dum reſpondet plebs: habemus ad dominum: admoneatur nihil ſe amplius cogitare debere, quam Dominum*, ita loquitur S. Bernardinus, *Tom. 2. ſe. t. cap. 3.* ut ruborem ac verecundiam iis incutiat ſacerdotibus, quibus nulla cura eſt in edomandis ac refrænandis ſuis affectibus, & paſſionibus. Hujusmodi planè ſenſus ac opinionis fuit etiam S. Auguſtinus,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

unde dicit: *de Bono viduit. cap. 16. Inter ſ*
*myſteria cor habere ſurſum jubemur, ipſ*
*juvante id valemus, & ideo ſequitur, u*
*hoc tanto bono Domino Deo gratias agam*
*quia hoc dignum, hoc juſtum eſt recordari.* Ne-
ceſſitatem hanc obligationemque elevandi
cor ad DEUM, priusquam ad ſacrum al
accedamus, confirmat, inculcatque ver
hiſce S. Cyrillus Jeroſolymitanus: *Cat.*
*Myſtagog. Verè circa maximè tremendam*
*xam, ſurſum ad Dominum corda levare*
*eſt, & non deorſum ad terram, terrenaque*
*negotia deprimere.*

Certiſſimum eſt veriſſimumque id quod
ſcripſit S. Bonaventura, *in Faſc. cap.* quod
ſi añorum aliquot millia impenderemus præ-
parationi hujus myſterii, nihilominus tamen
functione, ac fruitione illius eſſemus indigni,
& tamen, ad illud ſemper nos præparare de-
bemus ea cura, ac devotione, quam infi-
mitas noſtra, miſeriaque humana patitur.
Zachæus ſolum intendebat videre tran-
ſeuntem Salvatorem, verè indignus, qui tantum
ſuſciperet hoſpitio hoſpitem: verùm, ac
audivit: *Hodie in domo tua oportet me manere,*
eo ipſo inſtante immutatum fuit cor ipſius,
*& excepit eum gaudens,* hæcq; cauſa fuit, quod
tam ipſe, quam domus ipſius per bene
cati

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

catam illam arborem, fuerit ſanctificata. Audiamus, quid S. Franciſcus de Sales indies fecerit, ut fructum referre poſſet ex aſſiſtentia vivifici illius Divinique ſacrificii, ita namque penes ſe conſtituerat: *Interero quotidie Miſſæ ſacrificio, & ut myſterio tam ineffabili decenter aſſiſtam, invitabo omnes animæ meæ facultates, debitum ut ſuum hic agant. Venite & videte opera Domini, quæ poſuit prodigia ſuper terram.* Hæc tantaque præſtabat Sanctus hic Prælatus in teneriore ſua ætate, ex quibus conjicere licet, quomodo ſeſe habuerit exiſtens Sacerdos, ac deinde Epiſcopus; creverit utique pietas, ac devotio in ipſo cum annis, ſimulque divinum illud lumen ſtatui ſuo ac dignitati congruens; quod utinam precibus ſuis in cunctis fidelium cordibus dignetur comparare ac augere.

Caſum valde notabilem ſuis in Annalibus refert Cardinalis Baronius *Anno. 536. num. 66.* celebrabat coram Pontifice Epiſcopus de Formello loco Romæ vicino, jamque quarta vice inceperat orationem oblationis, nec finiebat, unde moræ pertæſi adſtantes, dum cauſam hujus ab ipſo requirunt, reſpondit Epiſcopus Papæ, ſe ſolitum eſſe videre deſcendentem ſuam ſuper oblationem Spiritum Sanctum, proindeque rogare, quatenus ab altari dignaretur curare amoveri

Diaconum aliquem, in manu ſua haben flabellum, quo facto, ſtatim vidit deſcen tem Spiritum Sanctum, ſuaque ſponte cis velum elevari. Itane culpa aliena im divit, quo minus Spiritus Sanctus de deret ſuper oblationem? Quid ergo di dum de propria, dum ſolis terrenis inten mus, ante ſacrificium, in præparatione illud negligentes ac ſuperficiales, ſub autem parum attenti, voluntariè diſt ac minus devoti? *Aſcendamus*, (velut aures præbeamus Anaſtaſio Synaitæ *de* *eram. ſyn.*) *ad ſacroſanctam elevationem, in* *clinemus cervices, occludamus cogitationes,* *impleamus mentem, in cœlum aſcendamus,* *tranſeamus cœlum, tranſeamus Angelos.* Ve rùm tam imminutus eſt hodiedum Spiri tus Sacerdotum, adeo terrenis eſt imm ſus, proprioque commodo ac ſordido in tereſſe, ut vix ex pura devotione incruen tum offerant ſacrificium, ſed potius era re miſeri, pauperisque ſtipendii, ac lu id quod, ſancto plenus zelo nullatenus tollerare valens S. Bonaventura, ſed acriſſi mè in prophanos hujusmodi ſacerdotes di ſertum ſuum ſtrinxit calamum: *de præp. ad M* *Væ, væ, væ, Domine DEUS, quanti ho* *die infelices ad ſacros ordines accedunt, &*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*vina myſteria accipiunt, non cœleſtem panem, ſed terrenum quærentes, non Spiritum, ſed lucrum, non Dei honorem, ſed ſuam ambitionem, non ſalutem animarum, ſed quæſtum pecuniarum!* Quam merito hujuſcemodi ſacerdotibus improperetur id, quod Chriſtus turbis Joannis ſexto verſ. 26. exprobraſſe legitur: *Amen, amen dico vobis, quæretis me, quia manducaſtis ex panibus, & ſaturati eſtis.* Auferat altero DEUS finem tam vilem, intentionem tam pravam, tam diſtortam! Sacrificium illud offerendum eſt ad gloriam Sanctiſſimæ Trinitatis, pro Eccleſia, fide, ac Religione Catholica, pro ſalute populi, Imperii ac Regni, pro humani generis proſperitate, defunctarum animarum ſolatio, ac culparum noſtrarum, reatuumque remiſſione. Sed quia de hiſce plura in ſuperioribus dicta ſunt, hæcque in variis aliis libris abundanter pertractantur, variasque formas indicant, circa quas intētiones noſtras poſſumus inſtituere, ac ſacrificium noſtrum reddere fructuoſum, ſuperfluum exiſtimo diutius hiſce immorari.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## Caput Decimum Tertium.

### *Vti ſumma veneratione digniſſimum, Auguſtiſſimum hoc ſacrificium, ita maximè deteſtabilis omnis circa illud irreverentia.*

IN er alia maximi momenti documenta, quæ Sapiens nobis in Proverbiis cap. ſcripto reliquit, hoc unum fuit; *Quando ſederis, ut comedas cum Principe, diligenter attende quæ appoſita ſunt ante faciem tuam: & ſtatue cultrum in gutture tuo, ſi tamen habes in poteſtate animam tuam.* Demonſtratur hic, quanta cum cautela Principis alicujus debeamus accedere menſam, qualique circumſpectione nos in eadem gerere. Quis autem eſt ille Princeps, qui convivium illud inſtruxit, inquit S. Auguſtinus, *In Ioan. Tr.* niſi Filius Dei, qui ad altaris deſcendit menſam, ut ſit cibus noſter, noſter potus? *Quæ menſa eſt potentis* (ita legit juxta tranſlationem ſeptuaginta interpr.) *niſi unde ſumitur corpus & ſanguis ejus, qui animam ſuam pro nobis poſuit? Et quid eſt*

*ad eam ſedere, niſi humiliter accedere? Et quid eſt conſiderare & intelligere, niſi dignè tantam gratiam conſiderare?* Ut ergo unusquiſque aliqualiter ſaltem percipiat ſacrificii hujus ſublimitatem ac excellentiam, ſancta Mater Eccleſia, à Spiritu ſancto directa, ordinavit, ut omnia quæ ad illud ſpectant, indicarent pietatem, promoverent devotionem, ſpiritus excitarent fervorem. Talia ſunt paramenta ſacra, ritus ſacri, ac cærimoniæ, orationes quæ ſacroſancto ſacrificio præmittuntur, ac deinde gratiarum actiones, quæ illud conſequuntur; atque ita ſummam ſpirant venerationem omnia illa, quæ ad divini hujus ſacrificii uſum concurrunt; ita quidem, ut olim; prout obſervat S. Gregorius Nyſſenus, *Orat. in bapt. Chr.* nemo auſus fuerit ad altare accedere illudque contingere, niſi ſolus ſacerdos, idque cum profundiſſimo venerationis actu: *Poſtquam Dei cultui conſecratum, atque dedicatum eſt, ac benedictionem accepit, menſa ſancta eſt, altare immaculatum, quod non amplius ab omnibus promiſcuè tangitur, ſed à ſolis ſacerdotibus, iiſque venerantibus contrectatur.* Hæcque omnia in eum collimant finem, & fidelibus cultus, ac reverentia ingeratur, qua ſacrificium hoc frequentare, illique debeant aſſiſtere, quod

à S. Joanne Chryſoſtomo, *Lib.3. de Sacer.* inti-
tulatur: *Sacrificium honore, & veneratione*
*pleniſſimum.*

Idem S. Doctor alibi obſervat, quam ap-
poſitè ſancta Eccleſia, miniſtros ſuos per-
morem reverentialẽ diſponat ad ſacratiſſimi
conſecrationis actum, dum in præfatione illis
proponit, ſacrificio illi aſſiſtere Angelos: *Ado-*
*rant Dominationes, tremunt Poteſtates, cœli,*
*cœlorumque virtutes, ac beati Seraphim*; ſicut
in ſacerdotum cordibus, vera, vivaque ſuſ-
citetur reverentia, quacum ad divinam hanc
debent accedere operationem, dum ipſi bea-
ti ſpiritus qui naturâ nobis ſunt multò ſubli-
miores, ac nobiliores, nihilominus ſeſe adeo
ſubjiciant, humilient ac deprimant, unde ſub-
jungit: *cum quibus & noſtras voces, ut admit-*
*ti jubeas deprecamur*; quaſi vellet dicere, ſcri-
bit S. Joannes Chryſoſtomus: *Hom. 4. de Do-*
*nat. Cogita apud quem proximè ſtes, quibus*
*cum invoces Deum, ſcilicet cum Cherubim, cum*
*Seraphim, cum omnibus cœli virtutibus, ani-*
*madverte, quos habeas ſocios.* Et ut Sacerdo-
tes dum citata proferunt, talis etiam ſint ſen-
ſus ac interioris diſpoſitionis, quæ tam alto
ſublimique conveniat conſeſſui, ac Cherubi-
norum ſocietati, ordinavit idem Sanctus in
ſua liturgia, *Ap. Legaudies L. de perf. natu. & ...*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſo, P. 450. ut poſtquam prolatum fuerit verbũ illud *Cherubim*, ſtatim cantores ſubjungerẽt: *Qui Cherubim myſticè repræſentamus, & vivificanti Trinitati ter ſanctum hymnum canimus, omnem deponimus ſæculare͂ ſollicitudinem, tanquam Regem omnium ſuſcipientes, inviſibiliter ſtipatum agminibus, Alleluja.* Hæc apprehendant miniſtri Altaris, ſeſeque reflectant, quod non obſtante, ex propria nativa conditione, nõ ſint niſi pulvis ac cinis, nihilominus ex ſpeciali gratiæ dono electi ſint ac elevati ad penetranda, tractandaq; Divinitatis arcana myſteria, eaque in ſocietate Angelorum adoranda. Dum ulterius ad conſecrationem proceditur, audiamus quid dicat de hoc Anaſtaſius Sinaita: *or. de Sinati.* *State obſecro cum reverentia, ſtate cum tremore, tremenda illa elevationis hora. Quo enim affectu, & quo animo quiſque illo tempore ſiſtit, ſic & ad Dominum ſurſum fertur. Anaphora enim, ſive elevatio dicitur, quia ſurſum ad Deum fertur.* Ut hacce in Deum elevatione frui poſſet tempore miſſæ S. Ludovicus Epiſcopus Toloſanus, ut refert *Hen. Sed. in vit. S. Ludov.* omni die, antequam illam audiret, confitebatur; idemque in more habuiſſe Beatam Coletam, Ordinis S. Franciſci Religioſam, in cujus vita refert, *Pet. de Vot. 1, in ejus vit. cap. 12.* atque

ado-

adorando venerandam hoſtiam, horr quodam ſacro ſe repleri ſentiebat, ex quo pius contigit, illam ex Divinæ Majeſtatis re flexione, vivaque imaginatione in animi cadere deliquium, dum fortiter apprehenderet ſe ſtare in conſpectu illius, qui ſua Majeſtate, uti canit Eccleſia, cœlum ac terram replet: *Pleni ſunt cœli & terra gloria tua.* Quanto autem majore attentione ſeſe præparare deberent ipſi altaris miniſtri, dum ad illud volunt accedere, utpote qui non ſolum intereſſe, ac audire miſſam debeant, ſed in manibus imo & corde recipere debeant ſacratiſſimum unigeniti Filii DEI corpus, quod vi verborum, ab ipſis in conſecratione prolatorum, de cœlo deſcendit.

Obſervat Evangeliſta, quod dum corpus mundi Salvatoris de cruce fuit depoſitum, in linteo valde puro ac mundo fuerit involutum: *Accepto corpore, Joſeph involvit illud in ſindone munda: Matth. cap. 27.* Hocque juxta Origenem, *Tract. 35. in Matth.* ſingulare quoddam continet myſterium: *Quoniam omnia, quæ ſunt circa corpus JESU, munda ſunt,* ſtruitque ex eadem actione pulchram do-

ctri-

ſtrinam ac eruditionem , pro iis , qui Chriſtum volunt recipere, S. Gregorius Nyſſenus : *Serm. 1. de Reſur.* *Quod ab honeſto hoc Senatore geſtum eſt , nobis ſit tanquam lex, ut idem nos quoque præſtemus, cum illud corporis munus ſuſcipimus , ne id ſordido conſcientiæ linteo involvamus , neve in cordis monumento mortuorum oſſibus, omnique immunditia pleno reponamus.* Qua fronte , qua temeritate, quo animo audet ad tremendum hoc accedere ſacrificium, cujus non ſit tanquam linteum mundum, ac candidum puritate, verum econtrario, inſtar panni menſtruati, pleni horroris, ac abominationis ? Tremendum eſt quod refert : *Bolland.* 10. *Febr. c.* 5. in vita Beati Gulielmi Eremitæ : Hic ſervus DEI quadam vice dum intereſſet ſacris Miſſarum ſolemniis, raptus à ſenſibus, in mentis exceſſu vidit JEſum Chriſtum Dominum noſtrum in forma infantis accipere de altari oſculum pacis, qui tranſiens per Eccleſiam, porrigebat illud iis, qui pura mente aſſiſtebant ſacrificio, illud audientes, illis autem, qui peccato mortali fœdatam habebant conſcientiam , non porrigebat, aſt ipſos pertranſibat ; quæ viſio, quantum non deberet cauſare terrorem illis, qui audent accedere ad illam menſam,

quæ

quæ â S. Joanne Damaſceno appellatur *Menſa pacis*, 1. *Paral. c.* 11. nec ſeſe per conſcientiæ emundationem DEO prius reconciliarunt, ſine qua, impoſſibile eſt poſſe percipere fructum diviniſſimi illius cibi. De illa menſa intelligit S. Joannes Chryſoſtomus illum Pſalmi 22. verſiculum: *Paraſti in conſpectu meo menſam adverſus eos qui tribulant me. Qui ſunt* (commentatur Sanctus) *qui me tribulant? ſuggeſtiones inimici, excogitationes, cupiditates, delectationes, ſæculi honores; iſti tribulant, quia hujuſmodi qui ita vivunt, tribulationes carnis habent, ſed veniunt ad menſam Omnipotentis, conſiderantes, ea, quæ apponuntur eis, accipere cum timore, & tremore, & tribulationes efficiuntur conſolationes; auferuntur ea quæ ſunt carnis, infunduntur ea, quæ ſunt ſpiritus, & ex menſa præparata, proficiunt contra eos, qui tribulant eos.* Quod ſi quis fortè ex menſa Euchariſtica potentes hoſce ac efficaces non experiretur motiones & effectus, ſe ipſum is diligenter examinet, & conſcientiam bene perſcrutetur, tandemque experietur veriſſimam eſſe illam S. Laurentii Juſtiniani aſſertionem; *pro ſumentium diſparitate, diſpares etiam operatur effectus.* In ipſo Apoſtolico Collegio manifeſta apparet differentia, ac diſparitas; S. Pe-

d

dum ad menſam hanc accedere deberet, actum elicuit, exercuitque ſummæ humilitatis, compunctus autem, ac contritus ad verba iſta, *non habebis partem mecum*, abundantiam virtutis recepit, & gratiarum; Judas autem, cujus cor plenum erat avaritiâ ac dolo, quique pluris faciebat denarium, quam donatorem ſalutis, Chriſtum Salvatorem, ſumendo ſanctiſſimum Sacramentum, ſuam ſumpſit condemnationem: *Uno Petrus & Judas* (proſequitur citatus S. Patriarcha *cap. 4. de Trium. Chr. Agone.*) *cœli paſcuntur alimento, aliter tamen; nam ad meritum, & profectum Petrus; proditor verò manducat ad ruinam.*

In hiſtoria translationis corporis S. Cutberti Epiſcopi Lindisfarnenſis legitur apud *Bolland. 20. Mar. pag. 133.* quod, dum quidam ſacerdos mulierculæ alicujus infamibus irretitus amoribus, ac animalem ducens vitam, à nobilibus quibuſdam rogaretur, ut miſſam celebraret, poſt nonnullam tergiverſationem, tandem auſus eſt accedere ad altare: verùm (quod mirum) dum ad ſacri calicis pervenit ſumptionem, vidit in illius fundo (alterante nimirum miraculosè Deo exteriores ſacerdotis ſenſus) particulam Dominici corporis,

poris,

poris, quæ in calicem miſſa fuerat, ita cum ſanguine, in teterrimam ſpeciem commutatam, ut potius in calice picis colorem, quam panis ac vini conſpiceret accidentia. Ille reatum ſuum intelligens, è quo hæc tam ſtupenda promanabat mutatio, pallere, & qui flammis jam jam tradendus ultricibus, divinæque rigoroſæ ſubjiciendus vindictæ, nimium pavere cœpit. Ignorans autem quid de calice jam conſecrato faceret, mortis indicia exhorrebat quidem illum ſumere, & tamen ut talem, alibi in terram effundere metuebat; tandem magno cum timore ac formidine ſumpſit, ſed tantæ fuit amaritudinis, ut nihil amarius tota ſua vita guſtaſſet. Peracta miſſa, ſtatim ad Epiſcopum convolavit, cujus proſtratus pedibus, rem totam, prout contigerat, enarravit, ac ſalutari ab ipſo recepta pœnitentia, quam promptiſſimè adimplevit, tantoque deinceps edoctus periculo in puritate ac caſtitate Sacerdoti competenti vitam ulteriorem, religioſe inſtituit. Per caſum hunc, valde verificatur alluſio illa, quam inter Manna & ſanctiſſimum Sacramentum facit S. Maximus; *Serm. in Pſ.* 21 Cibus ille Angelicis manibus Hebræis præparatus, prout in ſacris literis refertur, ſcatere ſolebat vermibus, dum in alium diem illũ reſervarent, quem

ipſi

ipſis à Deo erat præſtitutũ: *Manna illis contra divina præcepta tractantibus, vermes effecti ſunt, id eſt contumaciæ ultores, & judices. Quæ ſimilitudo Chriſtum indicat, quem qui ſuavem cibum & dulcem potum haurire neglexerit, judicem potietur.* Idem omnino illi accidit, qui ad altare Dei accedit, nec tamen præcepta illius obſervat: *Qui ſine reverentia* (docet Petrus Cellenſis *L. depr. c. 3*) *& ſine delectu panem ſanctum accipit, plus ei ſua irreverentia obeſt, quam cibi ſanctitas proſit:* Loco enim, quod gratiam recipiat, aut illius augmentum; *Judicium* (inquit Apoſtolus) *ſibi manducat & bibit*; quod ex eo patet ac confirmatur, quod de S. Euthymio Abbate narrat Cyrillus Monachus, *in vita ipſius.* qui dum circumquaq; videret homines cõmunicantes, ex divina illuminatiõe perſpiciebat, *Dominici corporis ſumptione aliquos quidẽ ex iis qui accedebãt, ab illa illuminari, aliquos autem veluti obſcurari, & morte affici, quicunque ſcilicet indigni erant ea luce & ſplendore.*

Ut tam deteſtabilem non cõmittamus irreverentiã, nec terribile adeo incurramus judicium, providã valde doctrinam monitumque nobis reliquit S. Gaudentius Epiſcopus Brexienſis, *Tr. 2. in Exod.* dũ ſuggerit, ut imitemur conſuetudinem ac ritus præſcriptos in eſu Agni Paſchalis: *Edant carnes nocte illa aſſas igni,*

*& azimos panes cum lactucis agreſtibus: Ex. 12. Caro agni cum azimis panibus, & lactucis agreſtibus eſt edenda, ut cum Corpus Redemptoris accipimus, nos pro peccatis noſtris fletibus affligamus, quatenus ipſa amaritudo pœnitentiæ abſtergat à mentis ſtomacho perverſæ amorem, & pravitatem vitæ.* Præmittenda eſt vera, cordialisque deteſtatio culpæ præteritæ, excutiendumque, ac formandum propoſitum firmiſſimum, ita in melius mutandi mores, ut etiam affectus cujuſcunque culpæ ac peccati ex animo pellatur. Conformiter huic normæ ac doctrinæ plures ſancti vitam ſuam inſtituerunt, qui omni die, priuſquam celebrarent, confitebantur, non obſtante, quod non haberent gravatam conſcientiam, niſi minutiſſimis culpis ac imperfectionibus, volebant nihilominus propriis ſuis lachrymis lavare animas, mundare conſcientias intima compunctione antequam accederent ad ſumendum Agnum Euchariſticum; Sciebant enim, quid hoc ſibi velit, quanti momenti, quam inexplicabilis conſiderationis res ſit, recipere Deum in domum, ac animam ſuam; ideoque omni diligentia, lachrymis, ac mentis contritione purgare ſtudebant animas ſuas, adeo, ut multi celebrare non potuerint, niſi prius copioſiſſimas effudiſſent lachrymas, prout in ſpecie de

Beato

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Beato Jacobo de Behagna refert Pergilio *in ejus vita. l. 1.* qui nunquam ad ſacrum accedebat altare, niſi prius ubertim fletus imbres, ſubminiſtraſſent oculi. Ad ſolum ſacrorum aſpectum paramentorum, in lachrymas ſolvebatur S. Thomas Cantuarienſis, accedebatque ad altare, ut offerret incruentum ſumma cum humilitate, tanta autem in celebrando illius erat contritio, ut, (prout in vita *edita à Chriſt. Lupo cap.* 11. ipſius refertur) *cum lachrymis magis ſingultus ponerentur, quam verba.* Idem legimus evenisse ſanctis Victoriano, Caſſio, Cutberto, & Ignatio Loiolæ, qui ob affectuum vehementiam tempore Miſſæ à quotidiana celebratione abſtinere coactus fuit, idem etiam evenit ſancto Ludovico Bertrando, B. Ambroſio Sanſedonio, & pluribus aliis, quibus Deus donis hujuſmodi extraordinariis in miſſa rependebat diligentiam ac curam, qua ſe antecedenter diſponebant ad dignè accedendum ad ſacrum Altare.

Eſſet equidem in omnibus Eccleſiaſticis ſummè deſiderabilis præparatio illa ante miſſam per quotidianam confeſſionem; ſi autem hoc fors nimis videretur difficile ac durum, ſi ſaltem aſſueſcerent non accedere ad altare cū conſcientiæ remorſu peccati venialis non levis, quin prius illud ſacra abſtergerent confeſ-

ſione,

ſione, laudem hanc non modicam à S. Cy-
priano *1. de Lap.* mererentur: *Salutarem me-
delam parvis licet, & modicis vulneribus ac-
quirunt.* Avertat proinde Deus à ſacerdotibus
ſuis miſerandam illam mentis cæcitatem, ut
ad altare accedere præſumant, aut cum con-
ſcientia peccati mortalis, aut cum confeſſio-
ne obiter ac perfunctoriè, abſque requiſito
dolore, veroque propoſito facta.

Ah infelices, monet objurgando S. Joan-
nes Chryſoſt. *An neſcitis, quod hæc menſa
plena eſt igne ſpirituali? Ne acceſſeris ſtipu-
lam afferens, non ligna, non fœnum, ne augeas in-
cendium exurasque animam ad communionem
accedentem, ſed accede ferens lapides pretioſos,
aurum, argentum, quo puriorem reddas materi-
am multoque cum lucro diſcedas.* Id accidiſſe
iis, qui indignè tentabant recipere tremen-
dum Chriſti corpus, refert S. Cyprianus in li-
bro de lapſis, dum ex ipſa Auguſtiſſimi Sacra-
menti arca viſa fuerit flamma egrediens,
contra eos qui indignè accedebant, ad pro-
bandum & confirmandũ quod ſcripſit Gue-
ricus Abbas: *Serm. 5. de perf. Ignis conſumens
eſt, ad quem indignus non debet accedere, ne ci-
terius conſumatur, & in reprobum ſenſum tra-
datur.* Nemo poteſt, dicebat S. Franciſcus de
Sales, *Intr. p. 2. c. 20.* carnem hanc vitæ come-
re, eaque nutriri, & mortis affectibus exi-

vivere: Mirũ ſane nõ eſt, corda noſtra, tametſi fragilia & imbecilla, à peccati corruptione integra conſervari, quãdo ab incorruptibili carne & ſanguine Filii Dei, ſaccharo condita & mellita ſunt. Dubiũ aliquod monet S. Paſchaſius, quõodo S. Eccleſia appellari poſſit, *nõ habens maculã, neq; rugã*, dũ omni die tã Fideles, quã etiã Eccleſiaſtici, qui perfectiores eſſe deberẽt, ſũtq; ipſius potiora, ac præſtãtiora mẽbra, tãtas cõmittunt imperfectiões: *Dũ quotidie peccãus, licet in minimis, quõodo ſine macula eſſe poſſumus? Nõ eſt ergo immaculata, quã nævi obſcœnitas dedecorat.* L. de ſac. c. 21. Reſpõdet autẽ, quod per frequentẽ Divinisſimarũ illarũ ſpecierũ conſecrationẽ, ac ſumptionem, quidquid forte de forma ac pulchritudine deperiit cũ lucro ad augmento reparetur, & reſtauretur, proindeq; nihil illi à primævo decore deperire, aut decedere: *Quia per hæc purgatur jugiter, pulchrũ ejus eſt hoc corpus, ex quo jã ſpecioſa per lavacrũ, amplius pulchreſcit, ut cãdore lini, & rubore ſanguinis in hoc myſterio decoretur.*

Et, quò pergunt, quid intendunt tandem ſacerdotes illi, qui profunctoriè ac negligenter ſe præparant ad cibum illum im̃ortalitatis ſumendum, ſuæque vivunt profeſſiõis immemores, incurii timoris ac reverentiæ, qua diviniſſima illa deberent tractare myſteria? *Prius repropitiatio quærenda eſt, & poſt hæc*

*offerendum Sacrificium ſalutis : Neque enim ſalus eſſe cuiquam poteſt, niſi prius propitium faciat Deum.* Hæc Origenes, Hom. 5. in c. 7. Refert Dionyſius Carthuſianus, Religioſum quendam conductum fuiſſe ad conſpiciendas Purgatorii flammas, cumque miraretur, tam paucos ibidem reperiri ſacerdotes, reſpectu tantarum imperfectionum, reatuum, ac peccatorum quæ hoc in mundo ſolent committere, reſponſum illi fuit : *Ideo ibi erant pauciſſimi ; quia vix aliquis talium habet veram contritionem : Idcirco penè omnes hujuſmodi æternaliter condemnantur.* Lib. 5. de noviſſ.

Unuſquiſque ſe ſuper hæc reflectat, quali-que ſe exponat periculo , dum quicunque contaminata culpæ conſcientia, debita abſque præparatione ad ſacroſanctam menſam illam præſumit accedere, memineritque gravisſimæ illius S. Joannis Chryſoſtomi cele-brationis : Hom. in Encæniis. *Num ſi ſtercus in manibus haberet, auderet appropriare fimbriis ... gis? Num vides panem : Num vinum? Num ſicut reliqui cibi in ſeceſſum vadunt? Abſit ... ſic cogites. Quemadmodum enim ſi cera igni adhibita illi aſſimilatur, nihil ſubſtantiæ remanet, nihil ſuperflui ; ſic & hic puta myſteria conſumi corporis ſubſtantia. Propter quod ...*

*cedentes, ne putetis, quod & accipiatis divinum corpus ex homine, ſed ex ipſius forcipe ignem, quem ſcilicet vidit Iſaias vos accipere.* Super hunc Iſaiæ locum acutè obſervat Petrus Celleſis, *de panibus c. 1.* quod ille ſupremæ Angelicæ Hierarchiæ Seraphim, qui ignem illum amoroſum erga Deum accendebat, auſus non fuerit ipſemet contingere carbonem illum, ſed medio illo inſtrumento acceperit de Altari: *Manus ſubtrahit Seraphim, quia munus hujuſmodi manum aliam non admittit, niſi ſolius dextera Dei.* Huicque propoſito conveniens, ac accomodatum eſt quod legitur in actis ſancti Honorati Epiſcopi Ambianenſis, hiſce verbis: *apud Boll. 11. Ian. pag. 705. Dum corpus Domini ſacraret in terris, manum illius meruit videre in cœlis,* non diſſimili . rat â illi, quæ à Surio narratur conceſſa S. Udalrico Epiſcopo Auguſtano. Et tamen, quod non audet unus Seraphim, audet homo, pulvis & cinis, aſſumptus ad manibus ſuis contrectandum divinum illum carbonem, corpus & ſanguinem ſacratiſſimum Salvatoris noſtri, quo titulo ipſum inſignivit Juſtinus Martyr q. 44. ad orthodoxos.

Digiti Conradi Abbatis Villarienſis, ac poſtea Cardinalis, & Epiſcopi Portuenſis, ex digna tractatione ac attactu Divini hujus car-

bonis, tantum in ſe attraxerunt luminis, ut candelæ inſtar inſerviverint ad ſacras ſcripturas, profundâ nocte, denſiſſimisque tenebris, legendas ac pervolvendas: *Atr... 1. hiſt. ſeu. Flor. Card. a. 1219.* *Digiti, quibus venerandum Chriſti Domini corpus conſi...dum utebatur, candelarum, ſeu tædarum ...dentium ad inſtar, inter nocturnas tene... tanto ardore collucebant, ut ejus ope, ac ...cio ſacras litteras nullo negotio legeret.* Ea... qualitate dotatæ leguntur manus ac ... S. Patritii Hiberniæ Apoſtoli, *in ejus vita ... Fort. l. 4. de vita ipſius.* & S. Martini Epiſcopi *Fort. l. 4. de vita ipſius.* Hiſque conformia de S. Philippo Nerio referebat, digniſſimus ejuſdem diſcipulus, ac ſervus Dei Joannes Juvenalis Ancina Epiſcopus Saluzzanus, *l. 3. c. ... Io. Iuven. Ep. Sal.* quod ſi, elevando manus ... eas ſoli caſu ſeu fortuitò opponeret, ... labaſtri transparuiſſe. Tantam lucis ... dantiam recipiebant ſanctorum illorum ... minum manus, ad quam intrinſecè ... minatum ac incenſum illorum cor fuerat ... dubiè diſpoſitæ, juxta doctrinam ac in... tionem S. Barlaami Monachi, datam ... Joſaphato: *c. 12. in hiſt. vita.* *Dominicus ... ad unam & eandem Eccleſiam pergunt, ... na myſteria, hoc eſt, incruentum puri, ...*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*tioſi corporis ac ſanguinis Chriſti ſacrificiũ percipiunt: quæ quidem Dominus piis in peccatorum remiſſionem, ac tum animi, tum corporis illuminationem, & ſanctificationem donavit.* Hujus luminis, ſive interioris, ſive exterioris nequeunt eſſe participes, infelices illi, quorum cor fœtidiſſimam repræſentat cloacam, & nihilominus auſu horribili in illo reponũt, ac recondunt puriſſimum Jeſu Chriſti corpus. Summè deteſtatur miſeram hanc projectamque audaciam S. Thomas à Villa nova *Conc. 3. in die SS. Corp Chriſti.* nec ſufficienter enormitatem tanti ſacrilegii volens exprimere, dicebat: *Quantum flagitium ſit in ſpurciſſimam tui pectoris cloacam ſacratum Chriſti ſanguinem fundere, Apoſtolica tuba perſonuit dicens: Quicumque manducaverit panem hunc, vel biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis Domini; reus erit, ac ſi occidiſſet; quaſcumque enim blaſphemias, quaſcumque irriſiones, quæcumque opprobria impiiſſimi Judæi in CHRISTUM corporaliter exercuerunt, has omnes ſpiritualiter repetit impius comeſtor, Filium DEI rurſum in ſemetipſo crucifigens.* Immortalis Deus! Quomodo non diſſilit, non rumpitur cor ſacerdotis, qui ſua dignitate agnoſcens ſe toti mundo altiorem ac ſublimiorem,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nihilominus culpa ſua annihilatum, ut per-
diſſimis Judæis ipſis, reipſa pejor ſit, & habe-
tur: Incurvabant ſeſe illi, ac genuflectebant
coram Chriſto, aſt hoc per ludibrium &
contemptum: appellabant ipſum regem, ſed
irridendo, accedebant ad ipſum, aſt colaphi-
zantes. Genuflectunt ſumma cum reveren-
tia, ab Eccleſia præſcripta, coram Redempto-
re noſtro mali ſacerdotes, aſt quanta cum a-
verſione, ac abominatione admittit, recipit-
que Rex gloriæ incurvationem poplitis, ubi
interim, in illo adorante fervet beſtialitas
operis: Regem appellant verbis ſacræ Scri-
pturæ, ſed actione clamant: *Nolumus hunc
regnare ſuper nos.* Accedunt, ut tractent ma-
nibus, recipiant corde, verùm locum non
dant gratiæ Sacramentali, quod Hebræis i-
pſis pejus eſt, quos hac excuſatione ſuæ igno-
rantiæ, quodam modo abſolvit ſacra Scriptu-
ra: *Si cognoviſſent, nunquam Dominum glo-
riæ crucifixiſſent.* Sed, quam proferre poſ-
ſunt excuſationem ſacerdotes novæ legis,
Deum agnitum, confeſſum, adoratum, vi-
vo crucifigant? Non ſolum illum crucifi-
gunt, verùm etiam, juxta S. Bernardini Senen-
ſis conſiderationem, quandoquidem anima
perverſi ſacerdotis facta ſit aſylum, domus, &
tabernaculum Dæmonis, perpendendum eſt

cur

cum horrore, quo tandem reponatur, recipiaturque loco ipſe noſter Deus, Salvator, ac Redemptor? *Juda traditore deteriores effecti, eo quod, ſicut ille tradidit illum perſequentibus Judæis, ita iſti tradunt eum infernalibus Diabolis, eo quod ponant illum in loco, ſub poteſtate Diaboli conſtituto:* t.2. Serm.55. ar.1. t.3. Poſſetne tractari crudelius, affici truculentius, juratus ac capitalis hoſtis, quã tali modo excipitur Dominus ille benigniſſimus, qui nos creavit, fovet, nutrit, proprioque cruore redemit? Idque, quod omnem ſuperat indignitatem, ab homuncione vili, inutili terræ verme?

Sed quia non ſpero, aut credo futurum Eccleſiaſticum aliquem, qui non intimè condoleat patienti Chriſto, ac proinde omni curet caveatq; diligentia, ne causâ ſuâ culpave malè tractetur, tranſeamus ad duo alia puncta, quorum meminit S. Bonaventura: *In faſcic. Tria ſunt quæ exigit à te hujus Sacramenti quotidiana ſuſceptio, corporalem munditiam, puritatẽ conſcientiæ, & actualem devotionem.* Sufficienter egimus de conſcientię puritate. Munditia autem corporalis ac externa ſumè commendatur, imo præcipitur à ſacris canonibus ac conciliis, & nominatim Can. 2 apud S. Dionyſium Alexandrinum; *Ad ſancta Sanctorum, qui non anima & corpore purus eſt, accedere*

*prohibebitur*: Curaruntque hoc maximè homines pii ac devoti, inter quos merito reliquis omnibus numerandus eſt, accedit brandus Religioſiſſimus Franciæ Rex Robertus, de quo ſcribit Helgaldus: *Hæc devotio, hæc erat fortis præviſio, ut corde mundo & veſtitu candido, Deus immolaretur pro totius mundi piaculo*: Dum quadam vice S. Franciſcus Borgias Franciam pertranſiens, celebrare cogeretur in quodam diruto, deſolato, malèque accomodato templo, invaſit illum acer febrilis affectus, non tam ex aeris rigore aut intemperie, quā ex apprehenſione valida, quod domum Dei videret adeo miserè conſtitutam, neglectam, penèque everſam. Ribad. lib. 4. c. 6. Duæ illæ Seraphicæ virgines Clara Aſſiſia, & Thereſia de Jeſu, nō obſtante quod extremā profeſſæ ſint paupertatem, nihilominus ſummo zelo ſemper curarunt, ut omnia illa quæ ad ſacri Altaris ſpectant miniſterium accuratè mundiſſima eſſent, extremaque ac omni poſſibili niterent elegantia.

Silentio hic præteriri non debet pietas eximia S. Wenceslai Ducis Bohemiæ, qui zelo admirabili, cuncta illa quæ ad Auguſtiſſimum ſpectant Sacramentum voluit eſſe exquiſita, puriſſima, imo ipſemet, ut Breviarium Romanum in lectionibus ipſius Feſti teſtatur, in eum finem pro-

priis laborabat manibus, ſeminabat triticum, grana ſpicarum excutiebat, ac colligebat pro hoſtiis, uvasque exprimebat pro vino miſſarum: *Summa religione Sacerdotes veneratus, ſuis manibus triticum ſerebat, & vinum exprimebat, quibus in Miſſæ ſacrificio uterentur.*

28. Sept. Similem exhibuit pietatis ardorem S. Radegundis Regina, quæ propriis ſuis manibus hoſtias formabat in locis diverſis ſacris diſtribuendas. Quanta ulterius fuerit induſtria ac diligentia plurimorum aliorum piorum Eccleſiaſticorum circa ea quæ ad divinum ſpectant cultum, ac potiſſimum tremendum Miſſæ ſacrificium, cui vacat, legat opus eruditiſſimum piiſſimi Cardinalis Bona, de rebus Liturgicis. Lib. 1. cap. 6.

Altera à S. Bonaventura requiſita præparatio, fuit actualis devotio, de qua licet ſuperius etiam egerimus, infructuoſum tamē non erit idem punctū hic denuo nonnihil contingere. Hanc actualem devotionem ſummo ſtudio ac conatu procurare debet Sacerdos, ſeſeque reflectere, quod ſacrificium illud non offerat tanquam perſona privata, ſed ut talis quæ ſuſtinet, ac repræſentat perſonam ipſiuſmet CHRISTI, ideoque in



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

conſecratione ita loquitur ac dicit: *H*
*corpus meum :* Jam verò, conſiderand
ſonam illam quam exhibemus, quo
non ſumus obligati ad exprimendam
bis omni poſſibili modo perfectam Ch
imaginem, ac cordi ducere, ne indignis
bus digniſſimæ illius perſonæ, tantique
mini fungamur vicibus? Hic finis eſt
pus admirabilis hujus inſtitutionis, pro
zianzenus optimè notavit: *Orat. 23. Hu*
*cauſa ſeipſum nobis conjunxit, ac corpu*
*nos permiſcuit, ut unum quoddam effici*
*quam corpus cum capite copulati, in commu-*
*nionem cum eo, tum paſſionum, tum Dei*
*veniamus. Ut enim, cum aurum liquatum ſive*
*manum quiſpiã, ſive linguã injiciat, aurea eam*
*conſ ſtim reddit, eodem quoq; hic modo ea, quæ*
*propoſita ſunt, animã, & corpus totum effic*

Conſiderare quoq; debet Sacerdos, Chri-
ſtum Salvatorẽ noſtrum triginta tres impen-
diſſe annos vitæ ſuæ, antequam devenire
inſtitutionem illius ſacramenti, illiusq; ſacri-
ficii terminus fuerit Altare ſanctæ cruc
de varia ab ipſo ſæpius audita ſunt ſuſp;
*Deſiderio deſideravi hoc Paſcha manducare vo-*
*biſcum &c. Tempus meum nondũ advenit,*
& plura ſimilia, quæ indicabant curam
nuam, mentisq; cogitationes ſemper eo

directas ad perficiendum ac conſum̄andum illud ſacrificium; qua propter accuratè obſervabat ſpatium, ac tempus illud, quod tantam complendam actionem præcedebat: *Sciat quis, quid recipere debeat*, dicebat S. Bonaventura: *opuſc. de inſtit. ſacr. ad miſſ.* Et S. Thomas à Villa nova, quaſi extra ſe raptus remanebat, dum tantas in lege veteri præſcriptas ſacerdotibus legebat præparationes, priuſquam munus ſuum inciperent, cum tamen nihil aliud haberent agere, quam jugulare victimas, ac deferre Arcā ligneam: *Conc. 3. de S. Aug.* *Quanta majeſtas pro arca lignea, & pro animalibus occidendis!* S. Franciſcus de Sales, totus licet occupatus in negotiis ſuæ Diœceſeos, ſciebat reperire tempus ſeſe præparandi ad miſſæ ſacrificium, haſque habebat præſcriptas regulas; Ut ſumma cum devotione poſſet celebrare, collegerat ſibi diverſas conſiderationes ac affectus, mediantibus quibus illa erga tantum ſacrificium ferventius poſſet excitare, circa illas ſeſe occupabat, exeundo cubiculum illas ruminabat, ac ad ſacriſtiam deveniens, præparationem ſuam nec nimis brevem, nec protractiorem, ne exſpectantes detinerentur, faciebat. Idem præſtabat in gratiarum actione poſt miſſam, in qua ſpeciales ſpiritus recipiebat influxus ac gratias; Nulli lo-

quebatur, dum ad altare vellet accedere, ma-
ximè de negotiis ſœcularibus, nec etiã poſt-
ctum ſacrum, niſi prius abſoluiſſet ordina-
am ſuam mentis recollectionem. Giard. in-
tal. 2. c. 9. a. 8.

Pia Mater Eccleſia, ut alimentum ſubmini-
ſtret devotionis cuivis ſacerdoti, in Miſſalis
initio varias ordinavit preces ac orationes,
quibus mentem ſuam ac cor ad Deum poſſit
elevare; quæ quando debita cum attentione
perſolvuntur, magno eſſe poſſunt adjumento
ad excitandum in aliquo ſpiritum devotio-
nis, mirificèq; etiam juvare poterunt ea, quæ
virgini alicui ſingularis pietatis, vitæq; exem-
plaris ſcripſit S. Cajetanus: unum è duobus
mihi eligendum eſt; aut ſemper remanere in-
dignus tanto miſſæ ſacrificio; aut omni die,
tanquã diſpenſator fidelis divini illius theſau-
ri, dum Dominũ ac Salvatorem meũ recipio,
humillime audire exprobrationẽ illã: *Diſcite
à me, quia mitis ſum, & humilis corde;* & inte-
rim tamen ego meã non deſero ſuperbiã. Re-
cipio meum illuminatorem, & viam, ipſumq;
percipio dicentem: *Ego ſum via; Ego ſum lux
mundi.* Et tamen viã invenire nequeo, ut fugiã
mundũ. Ardet in manibus meis, meis in fau-
cibus divinus ille ignis, qui de ſeipſo dicit: *I-
gnem veni mittere in terram:* & nihilomi-
nus pectus meum ita friget, ita riget, qui-

ſi gelu ac glacie foret conſtrictum. Quam potens ſit divinus ille cibus ad nos illuminandum, interiusque in anima calefaciendum, teſtatur in quadam ſua epiſtola S. Franciſcus de Sales *l. 12. Ep. 141.* Viginti quinque annorũ experientiâ quos pro animarũ ſervitio ac ſalute impendi, manibus quaſi tangi ac palpare didici, quã in illo divino ſacramento potens ſit Deus ad cõfirmandas animas in bono, eaſque liberandas à malo, &, uno verbo, ad illas in iſto mundo, quaſi deificandas. Verùm adjungit conditionem unam, ſine qua verba illa verificari non poſſunt. Ideo, dicit, illud frequentetur, cum fide, puritate, ac conveniente devotione. S. Joannes Chryſoſtomus. *Hom. 24. in 1. ad Corinth.* confirmat id, ſupra illa verba: *Ubicumq; fuerit corpus, illic congregabuntur & Aquilæ*, eaq; ad illos dirigit, qui ad divinũ illud accedũt ſacrificiũ: *Aquilas appellat, ut oſtẽdat ad altare eũ oportere contendere qui ad hoc corpus accedit, & nihil cum terra debere ei eſſe commune; neque ad inferiora trahi, & repere, ſed ad ſuperiora ſemper volare, & in ſolem juſtitiæ intueri, mentiſque oculum acutiſſimum habere. Aquilarum enim, non graculorum hæc menſa eſt.*

Ut autem unusquisque ſacerdos certam quandam habeat regulã, juxta quam aptiſſi-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mè ſe ſemper poterit præparare ad tremendum hoc myſterium, hanc accipiat, quam legimus practicatam, ac præſcriptam à Venerabili ſervo Dei Cæſare de Bus, Fundatoris doctrinæ Chriſtianæ in Francia. Hic amicus Dei (inquit author vitæ ipſius *Cond. Marc. l. 2. cap. 5.*) conſiderans quod illud ſacrificium quoad ſubſtantiam idem ſit cum eo quod fuit oblatum in cruce, idem JEſus Chriſtus qui pro peccatis noſtris offertur, ſemper celebrabat, eo ſenſu, ea intentione, meritisque applicatione, ac ſi foret primum ſacrum, quod unquam obtuliſſet, aut ultimum quod eſſet oblaturus. Sane reflexio hæc non obiter, ſed ſeriò, attentéque perpenſa mirabiliter Spiritum excitat ad ferventem, accuratamque miſſæ præparationem.

Et tandem, ſi unusquisque bene conſideret infortunia, miſeriasque continuas, quibus indies affligimur, reperiet profecto originaliter illa provenire ex exiguo reſpectu ac reverentia, quam erga ſacratiſſimum gerimus Sacramentum, & in Miſſarum habemus celebratione: ipſiusmet Dei habemus deſuper atteſtationem in Aggæo Propheta, cap. 1. ubi poſtquam narraſſet mala, ac calamitates quæ populo ſupervenerant

lis,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

indiesque patiebatur, pro cauſa illorum aſſignat: *Quia domus mea deſerta eſt.* S. Bernardinus Senenſis manifeſtis verbis idem confirmat: *Chriſtianis maximum ſcelus eſt, & multorum cauſa flagellorum, quod Chriſtum Filium DEI, in hoc ſacramento indigne ſuſcipiunt. Propter hoc ſæpe venit ſterilitas terræ, temporalium rerum penuria, prædationes, &c.*

Omnibus illis malis mederi poteſt ſibique ab iis præcavere verus Eccleſiaſticus, dum accuratè obſervans ſuam obligationem, ac miniſterium, ſibi novit promiſſum id quod in Iſaia *cap. 58. v. 14.* legimus: *Suſtollam te ſuper altitudinem, & cibabo te hæreditate Jacob Patris tui:* Proindeque cum S. Avito: *de natal. calicis.* *Agnoſcamus ſummam hæreditatis indeptæ. Illud eſt videlicet, quod cœnantibus Apoſtolis, æterni libaminis ordinem conſecravit.*

## Caput Decimum Quartum.

### *Conſiderationes faciendæ ab Eccleſiaſticis poſt miſſæ celebrationem.*

POſtquam Chriſtus Salvator noſter admirabile illud abſolviſſet convivium, in quo ſeipſum Apoſtolis in cibum præbuit, finita quoque pedum lotione, ad ipſos converſus,

ſus, hæc magni momenti verba protu- *Scitis, quid fecerim vobis?* Supra quæ dum ſe reflectit eximius ille Magiſter ſpiritu- Joannes Avila, ſcribens cuidam Sacerdo- ait: O pater mi, quis penetrabit, *quid fe- rit nobis Dominus in illa benedicta hora!* O, quis bene poſſet illud guſtare, cum interio- ri animæ palato, ac ſingulari guſtu! O ſi qu- juſta lance librare poſſet, quam ſit ille Be- tus, cui finita miſſa faſtidio ſunt omnes crea- turæ, nec illas ne quidem ſuſtinet aſpicere, ſed ſolum inhæret continuæ illi delicioſa- conſiderationi, ac internæ mentis conſola- tioni, *quid fecerit ei Dominus*, illudque continuet exercitium uſque ad *diem alte-* rum, quo iterum debet celebrare. Ita Ve- nerabilis ille Sacerdos, ſtudebat informare, ac inducere Presbyterum alterum ad con- tinuam gratiarum actionem, ut q; nunquam vivere deſineret, abſque ſpeciali reflexione erga tantum beneficium, quo divina Ma- jeſtas dignata fuerat divertere ad paupe- rem, miſeramque animam ſuam; idq; con- formiter menti ac deſiderio ſanctæ Matris Eccleſiæ, quæ in variis collectis à Sacerdoti- bus in miſſa poſt communionem dicendis, ordinavit Deum deprecari, *ut in gratiarum ſemper actione maneamus.*

Et licet non deberet præteriri, aut elabi vel unicum, die illo, quo ſingularem illum à Deo favorem conſecuti ſumus, quod illi ſacroſanctum ſacrificium offerre digni fuerimus, absque intima, ac cordiali recognitione, ac gratiarum actione pro tam munifica bonitate, ipſam & tamen tanti beneficii neceſſitas id ipſum exigeret, prout S. Bernardus recognoſcit: *Serm. 1. in Cant. Prorſus neceſſe eſt, pro percepta cœleſtis panis alimonia, divinas mulcere aures in voce exultationis, & confeſſionis, ſonus epulantis*: Hinc ſancta Maria Magdalena de Pazzi Carmelitana, eo die quo novitiæ, quarum erat Magiſtra plane eximia, quo die communicaverant, continuo illas tanti beneficii, reddebat memores, blandiſſimisque detinebat colloquiis: Quid dixit vobis veſter JEſus, dum illum recepiſtis in corde veſtrum? Quoties hodie egiſtis, aut agetis illi gratias, & quales quantasque, quod ſeipſum vobis dederit in ſacratiſſimo Sacramento? Hiſce, ſimilibusque conſiderationibus impendere deberemus tempus, ſaltem illud, quod immediate ſubſequitur peractum tremendum ſacrificium, totique eſſe ſoliciti, ac occupati ad honorandum, omniaque poſſibilia deferenda obſequia hoſpiti tam præſtanti, eminenti,

omni-

omnipotenti: ideoque dicere ſolita fuit Thereſia: *Non ſolet ſua Majeſtas avarè ſolvere ſuum hoſpitium, ſi ei fuerit exhibita bona hoſpitalitas.* Camino di perfect. cap. 34. Attentè & circumſpectè manete apud ipſam, pergit dicere ac monere illa ſancta Virago, nec perdatis optimam occaſionem illam tractandi amicè ac familiariter cum ipſa, hora illa poſt ſumptam ſacram communionem, illud enim ipſiſſimum tempus eſt res veſtras promovendi, quod ſi vos ſtatim aliunde veneritis, veſtramque mentem ac cogitationes deflectatis alio, atque ita in computu veſtro, ſuper mora apud vos tracta, deceptos inveniatis, nullum incuſetis alium, niſi vos ipſos, qui eſtis in cauſa.

Refert S. Lucas *Luc. 7.* exprobrationem aliquam CHRISTI, factam cuidam Phariſæo: *Intravi in domum tuam, oſculum mihi non dediſti, aquam pedibus meis non dediſti, oleo caput meum non unxiſti*, opponitque leproſi illius inhumanitati, qua ſe ſuam in domum receperat, affectum, devotaque obſequia quibus à Magdalena erat affectus: *Ex quo intravit, non ceſſavit oſculari pedes meos.* O quot non reperiuntur Sacerdotes, quibus CHRISTUS idem improperat quod Simoni: *Vides hanc*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*mulierem*? Quam primum enim in illorum intravit domum non ut ab illis tractetur, ſed ut illos ipſos ſumptuoſiſſimo excipiat convivio, illi omnis obliti humanitatis, reverentiæ, ac reſpectus erga tantum hoſpitem, à quo pane Angelico paſti ſunt, non aliter ſe gerunt, ac ſi communem, & uſualem panem comediſſent; & tamen S. Dionyſius Areopagita adæquato ſuo titulo aliter non ſcit illud appellare, quam *convivium circumſpectionis*, reſpectu actuũ obſequii ac reverentiæ, quos exercere deberent illi, qui in eo tractantur, additque hujus rationem dicens: *Quia in horum myſteriorum participatione, Divinam magnificentiam contemplamur.* Cap. 8. *cæleſt. Hierar.*

De ſeipſa, ſub alieno nomine refert S. Thereſia quod in ſacra communione tam vivam excitaret fidem, ut quaſi oculis corporalibus in animæ ſuæ, hoſpitium videret venientem, & intrantem Salvatorem; ideoque, quia vivaciſſimè credebat jam apud ſe divertiſſe Dominum, degereque in paupere ſua caſa; ponebat, quantum erat poſſibile, exteriora omnia impedimenta, & quidquid ipſam poterat diſtrahere, ſeſeque ad ipſum interius recipiebat, ſenſuſque omnes congregabat, convocabatque, ut omnes cognoſce-

rent

rent tantum bonum, quia tunc non imple-
tur anima à cognitione. Hoc modo in primum
reducebat documentum illud, ſibi à Spiritu
Sancto dictatum: *Cauſam tuam tracta cum
amico tuo, & ſecretum tuum ne reveles extra-
neo*, dum ſoli cum ſolo in ſecreto cordis no-
ſtri degimus cubiculo, cum vero amico no-
ſtro, qui eſt Chriſtus, detegamus illi paſſio-
nes noſtras, illi ſacrificemus, quas patimur,
ac experimur repugnantias & contradictio-
nes, malorum habituum noſtrorum perennem
emendationem, ac indiſſolubili Charitatis
vinculo, illi uniri proponamus.

Mos ille Germanorum Tacito, *l. de mor. Germ.* valde
fuit approbatus, quod conſultum de rebus
magni momenti, id facerent ſua poſt ſympo-
ſia ac convivia, ac pro ratione aſſignat, quod,
*Tanquam nullo magis tempore, aut ad ſimplices
cogitationes, pateat animus, aut ad magnas
incaleſcat.* Quanto prudentius, ut liquet,
reſervaret ſibi Eccleſiaſticus, poſt convivium
illud ſolemniſſimum, tempus illud ad trá-
ctandum cum Deo ſuo de rebus ſuis; certum
enim eſt, nullum fore opportunius, ut ad
*magnas incaleſcat*, quam dum intra ſe habet
ipſum ſolem Juſtitiæ. Bene illud obſervatum
eſt, quod notat, monetq; S. Joannes Chry-
ſtomus *Hom. 9. in 2. ad Tim.* *Ut illi perpe-*

*luceat lumen, nihil in nobis reſideat, præſentiâ tantæ majeſtatis indignum. Nullus qui ad inferiora defigat obtutus, ac ſeipſum in humum ſuffodiat, ſolis lucem adſpicere poterit. Nemo qui ſeipſum ſæculi negotiis inquinat, intendere aciē valebit in limpidiſſimum juſtitiæ ſolem; nulli ex his lucis ſuæ largitur gratiam, qui in hiſce verſatur: Reſpice parumper, & ex hujuſmodi profundo, atque ex ſæculi turbinibus, & tempeſtate te recipe, ſi ſolem intueri cupis.* Excluſa enim ex corde omni alia occupatione, datur locus benignis illius ſolis influxibus, præparaturque ad recipiendum calorem illum, quem is cordibus ſolet infundere. De divina illa luce dicamus cū Sapiente, *Sap. 8. Intrans in domum meam, conquieſcam cum illa; non enim habet amaritudinem converſatio, nec tædium convictus illius.*

Quam felices, ac gratas amoris Divini flammas accendere deberet in cordibus, optata illa Salvatoris nobiſcum commoratio! Quærunt Naturaliſtæ, cur in æſtate tanto calore, in hyeme autem acri incommodemur frigore? apparet enim omnino debere eſſe contrarium, ſiquidem in hyeme ſol nobis propinquior eſt, & per conſequens, magis deberet calefacere: Hiſce tamen non

non obſtantibus dicunt, ideo in æſtate m
ardere, quia perpendiculariter ſuper nos,
longiusque moratur, atque inſuper
ipſius à terra, reverberantur; cauſa illius
dicunt: *Longa ſolis mora, & frequens*
*rum repercuſſio.* Amicè recipiamus, dul
ter detineamus, amorosè tractemus,
lum tantum noſtrum hoſpitem, ac cu
generoſis fidei actibus intueamur CHRI-
STUM, non ſolum ſpirituali modo, ſed
etiam corporaliter in intimis viſceribus no-
ſtris habitantem. Actus ſpei ac confidentiæ
erga Dominum excitemus, tam quoad re-
miſſionem culparum præteritarum, quam
quoad gratiam ſpecialem, efficaxque adju-
torium ad ſuperandas difficultates ac obſta-
cula, quæ nos in divinæ ſuæ Majeſtatis ſer-
vitio impediunt, nihil enim timendum illi
eſt, nullum repulſæ periculum, dum Deum
ipſum intra nos habemus. Exardeſcamus
plane fervore ignitæ charitatis, dum Deum
illum reſpicimus, qui totum ſeipſum nobis
dedit, proindeque etiam neceſſarium plane
eſt, ut nos ipſos totos ipſi offeramus, & non
ſolum labiis, ſed intimo corde dicamus Sera-
phica illa S. Bonaventuræ verba, ſæpiſſimè
quoque à DEI ſervo Vincentio Cariſſ
ſocietatis JESU Præpoſito Generali rep

ita: *Abſcedat vanitas, accedat charitas, transformet Deitas, & totus ſim Divinus.* Non deſiſtamus à gratiarum actione, ſanctiſſimæ Trinitati, omnesque invitemus Sanctos, quatenus ſe nobis aſſociare dignentur, ut debitè officio noſtro gratitudinis, religionis, ac pietatis ſatisfacere poſſimus. Iterato nos ipſos totos Deo offeramus, & ſingulariter ad ſuæ Majeſtatis laudem ac gloriam omnes illius diei actiones eidem præſentemus humillime, ut per eas amplius Chriſtus glorificetur: Deinde cum filiali prorſus ſubmiſſimaque confidentia, omnes noſtras, tum proprias, quam aliorum pro quibus orare intendimus, neceſſitates eidem proponamus, ſiquidem illud eſt gratiæ tempus: *Tempus beneplaciti Deus.* Dum Chriſtus in anima noſtra ſeſe detinet, magna animi ſubmiſſione ſummaque ac cordiali confidentia, cum Jacob, illi dicamus: *Non dimittam te, donec benedixeris mihi.* Proteſtemur coram Patre æterno, quatenus, non ad nos, ſed ad illum qui intra nos eſt, benignum ſuum vultum, ac gratioſum aſpectum dirigere ac convertere dignetur: *Protector noſter aſpice Deus, & reſpice in faciem Chriſti tui.* Replicemus ei cum S. Agnete: *Jam corpus ejus corpori meo conjunctum eſt, & ſanguis*

*guis ejus ornavit genas meas. Ipſi ſoli ſer-vo fidem, ipſi me tota devotione committo.*

Reflexio illa radiorum, ac diuturnior illa ſolis Chriſti in anima noſtra commoratio, in cujuſcunque ſacerdotis mente non minorem augebit gratiam, quam fuerit illa, duorum in capite radiorum lucidorum, Moyſi conceſſa, *ex conſortio ſermonis Domini:* idque eo amplius, quod non ſolum locutus fuerit Domino, ſed ſimul etiam in ſe receperit, ac guſtaverit eundem.

Acerbè autem deplorat S. Thereſia, *Cam. di perfec. cap. 54.* quod hæc omnia tam parum curentur, & quod, poſtquam Deum noſtrum ſumpſerimus, ſtatim nos ad nugas, ac res nullius momenti convertamus, illumque ultro à nobis dimittamus, quem ſumma vi, omnique conatu oportuiſſet detinere, ut nobis lumen ſubminiſtret, quo videamus. O quam neceſſe foret renovare modo exprobrationem S. Bernardi factam Fulconi Archidiacono Lingonienſi! *Ep. 2. Heu quomodo Chriſtum tam cito faſtidis, de quo ſcriptum eſt, mel & lac ſub lingua ejus? Mirum, quod ad guſtum cibi dulciſſimi nauſeas, ſi tamen guſtaſti, quia dulcis eſt Dominus.* Quid, ſi videret modo ſacerdotes immediatè poſt miſſam intentos nugis, ridentes, [illegible] cant-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cantes, novitates ſœculares requirentes, ad lites forenſes, & proh dolor, vix ullus eſt, qui ſibi hoc peccato ducat aut conſcientiæ. Hæc omnia conſequuntur, ex conſideratione exigua, qua in domum noſtram recipimus Regem gloriæ, dicebat devotiſſimus Thomas Kempis: *Quia non ſatis reverenter ...minant, quia Sanctus ſanctorum ingreſſus eſt ad eos.* Minatur autem Gerricus Abbas *ſerm. 2. de Reſur.* ex hac negligentia oriri, quod, *Hoc contemptu & nauſea divitiæ devoratæ ...omuntur, ita ut de eo qui hujuſmodi eſt dica...tur: Iob. 20. Non remanſit quidquam de cibo ...ejus, & propterea nihil permanebit de bonis il...lius:* Et tamen, diſcurrit S. Athanaſius: *Orat. in Paſch. Si margaritæ, aut purpuræ Regiæ fuiſſes conſtitutus cuſtos, nonne ad ipſam uſq; mortem fidelem te depoſitarium præberes Verum nunc, non margarita tantum, neq; purpura aut de re... quidpiam ſuppellectili, ſed ipſum Domini corpus curæ, fideique tuæ commiſſum eſt.*

Ah Deus, dicebat S. Auguſtinus, *in Pſ. 109.* ...inam cognoſceretur, quantum bonum, ac ...antus fructus ſit in divino illo ſacrifi...o, quid importet, quamque ſit utilis ...evota Redemptoris ſocietas! *Calix tuus ...ebrians, quam præclarus eſt!* Reſumit Sanctus, *Si vos inebriat calix Domini præcla-*

 *rus,*

*rus, videbitur iſta ebrietas in operibus veſtris, videbitur in ſancto amore Juſtitiæ, videbitur poſtremo in alienatione mentis veſtræ, ſed a terrenis in cœlum.* Quomodo CHRISTUM tractaverimus, quando ipſum apud nos habuimus, apparet ſtatim in noſtris operibus, quæ poſt ſacram illam menſam facimus, apparet ex Spiritu, quo illum proſequimur. Sancta Maria Magdalena de Pazzi *cap. 94. Vitæ.* dicere ſolebat, quod quoties ſuæ conſorores communicaſſent, ac JESUM in cordibus ſuis recepiſſent, eas ſibi videri ac totidem monſtrantias, ſeu cuſtodias Sanctiſſimi Sacramenti, quod multo potiori jure de Eccleſiaſticis dici poſſet, ſi verificaretur in illis reflexio illa, quam Origenes ſuper illum Numerorum locum facit. *Dedi tibi cuſtodiam primitiarum. CHRISTUS primitiæ eſt verè*, commentatur ablegatus Author; *Hom. 11. in Num. c.* *Quid enim tam beatum, quam ut anima quæ CHRISTUM ſuſcepit, ſemper cuſtodiat, ſervet, ac ſemper habeat has primitias? Quanto inſtantius cibum iſtum comederis, tanto in te affluentius abundabit:* quod utique tunc ſuccedet, quando quis ſeſe accommodabit, ac ſequetur intentionem illam, quam habebat, ſibique ſemper facie-

magnus ille Eccleſiaſticus S. Hilarius, relatus ab uno alio non minore ſancto; Thoma Aquinate: *lib. 1. de Trin. cap. 15. Hoc vel præcipuum vitæ meæ officium debere me Deo conſcius ſum, ut eo omnis ſermo meus, & ſenſus loquatur*, ita ut in quavis occupatione, quovis in loco ſemper repræſentemus, non perſonam ſolum, ſed & qualitates ac conditiones ſtatus noſtri: *Orig. hom. 12. c. 21. Neque enim in loco ſancta quærenda ſunt, ſed in actibus, & vita, ac moribus, quæ ſi ſecundum Deum ſint, & ſecundum Dei præceptum habeantur, etiamſi in domo ſis, etiamſi in foro in ſanctis te eſſe non dubites*, & ſicuti dicit S. Athanaſius: *ad Drac. Non corona pro locis, ſed pro factis redditur.*

# VERI ECCLESIASTICI LIBER QUINTUS,

## In quo continetur expoſitio Miſſæ.

### Caput Primum.

*Hiſtorica, ac myſtica Miſſæ explicatio.*

UT librum hunc ultimatè complerem, perfectumque plene perficiam, perfectumque plene perficiam Eccleſiaſticum, haud abs re medi-ctorum arbitratus ſum, ſi eidem brevem aliquam adjungerem explicationem, ac notitiam ſacroſanctæ Miſſæ, illiusque deducerem originem, ac quid in ritibus, & cærimoniis ad eam pertinet, elucidarem; perſuaſi enim mihi cognitionem exactam hujusmodi rerum, magnam Eccleſiaſticis ingerere poſſe reverentiam ac attentionem ſu-

ſupremum illud miniſterium. Confirmavit me in hoc meo conceptu, ac intentione exemplum Davidis, qui morti proximus evocavit ad ſe filium ſuum Salomonem, eidemque non ſolum præcepit 3. Reg. cap. 2. ut, *obſervaret cuſtodias Domini DEI ſui, ut ambularet in viis ejus*, verum etiam, *ut cuſtodiret cærimonias Domini.* Primo ergo incipiam diſcurrere, ac explicare miſſam, quæ vocatur catechumenorum, quæ ab Introitu ſe extendit uſque ad Offertorium excluſivè, ante omnia autem eruderanda quæſtio eſt, quid nominis, breviterque videndum, unde illud nomen Miſſa derivetur, & quid ſignificet, ut tanto huic myſterio ſit impoſitum.

Aliqui volunt nomen illud originem trahere ab Hebræa voce *Miſſah*, quod idem eſt ac ſacrificium, vel oblatio ſpontanea, quæ fit cum cæremonia elevationis in altum, quod valde bene quadrat Miſſæ ſacrificio, in quo renovatur voluntaria illa Redemptoris noſtri Patri æterno in ara crucis facta oblatio, cõformiter illi quod in Iſaia c. 53. legimus: *Oblatus eſt, quia ipſe voluit.* Alii volunt, quod procedat à dictione Hebraica

*Maſech*, quod ſignificat debitum, quia Miſſa continetur pretium tam noſtræ Redemptionis, quam ad ſolvendum quodcunque debitum, illaque Deo perſolvitur quaſi tributum, ac voluntariam noſtræ ſubjectionis, ac ſervitutis recognitionem & penſum. Iterum deducunt alii à vocabulo ſeptentrionali ſeu Germanico *Meſſ*, quod forum, nundinas, ſeu congregationem denotat. Alii volunt eſſe verbum mere Latinum, idemque eſſe ac *Miſſionem*, derivatum à verbo *Mitto*, ſeu deſtino, ea de cauſa, quod populus, per ſacerdotem ſuas preces & orationes (uti aliqui dicunt) mittit ad Deum, vel etiam, quia per Angelos ſacroſancto aſſiſtentes ſacrificio, divina deferuntur mandata; vel etiam reſpectu ipſius Christi, qui pro ſalute noſtra ab æterno Patre miſſus eſt, vel quia hoc ſacrificium tale eſt, quod mittimus DEO, aut tandem, quia per verbum illud alluditur ad dimiſſionem ſeu licentiam quæ lecto Evangelio dari ſolebat Catechumenis, quæque hodiedum etiam datur omni populo, abſoluta tota Miſſa. *Vaſquetz. Q. 83. ar. 1. in 3. P.* Qualicunque tandem ſit Etymologia nominis, certum eſt, Miſſam eſſe excellentiſſimum Sacrificium, inſtitutum à CHRISTO

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ab Apoſtolis practicatum, hactenusque in Eccleſia Catholica continuatum, in quo ſimul & repræſentatur, & renovatur Sacrificium & oblatio à CHRISTO facta in ara Crucis, conformiter definitioni Sacroſancti Concilii Tridentini: *Seſſ. 2. In quo ille CHRISTUS continetur, & incruentè immolatur; qui in ara Crucis ſemel ſeipſum cruente obtulit*, ad aliorum differentiam Sacramentorum, in quibus quidem cruenti ſacrificii applicantur merita, propriè tamen non repræſentatur, ut autem ne minimiſſimum deflueret temporis momentum, in quo tam eximii Paſſionis Dominicæ beneficii, non recoleretur memoria, ſacrificium illud inſtituit, *quo cruentum illud ſemel in cruce peractum*, inquit concilium Tridentinum ibidem, *ejuſque memoria, in finem uſque ſæculi permanet, atque illius ſalutaris virtus applicatur*; ita ut & app l cativum ſit & commemorativum, hoc enim mediante, ex opere operato etiam animabus in purgatorio ſanguis CHRISTI applicari poteſt, quod per nullum aliud medium fit, niſi altaris ſacrificio legi Evangelicæ proprio, ordinario, viſibili, & iterabili in Eccleſia, ut illud quod ſemel in cruce oblatum fuit cruentè, quotidie Sacerdotum miniſterio in



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

altari renovaretur incruentè, ac ſub panis & vini ſpeciebus offerretur, & corpus & ſang. Jeſu Chriſti reciperetur. Figuratum hoc ſacrificium olim fuit in lege veteri per duos hircos, qui ambo erant. *Propitiatorii propecato, Levit. 6.* quorum unus occidebatur, & ſanguinolentus offerebatur: ſuper alterum autem, qui vivus remanebat, & Emiſſarius (ad miſſam fortè alludendo) vocabatur, preces variæ fundebantur: item in Agno Paſchali, qui quia ſemel tantum in anno offerebatur, ſemel in cruce peractum ſacrificium repræſentabat; juge autem ſacrificium, quoad quotidianam renovationem panum, etiam hoc noſtrum exprimit, quod dum ſingulis diebus in altari ſub ſpeciebus panis & vini, concurrentibus aliis particularibus precibus ac cerimoniis offerimus, aggregatum ex omnibus illis, Miſſa appellatur.

Expeditis itaque binis hiſce Quæſtionibus, ſcilicet quid nominis, & quid rei, ad Miſſæ pergimus diviſionem, quæ à variis variè facta reperitur. Aliqui fundantes ſe in authoritate S. Dionyſii Areopagitæ in lib. de Eccleſiaſtica Hierarchia *c. 3. Balth. Corderius ad Dionyſ. O. L. Bon. C. 6, l. 2. de ſacrif. Miſſ.* quadruplicitèr illam dividunt: Partem primam, quam Miſſam Catechumenorum appellant,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

deſignant uſque ad Offertorium. Pro ſecunda parte, ipſum ponunt Offertorium, pro tertia, conſecrationem utriusque ſpeciei, quam alii à Præfatione extendunt usque ad *Pater noſter.* Pars quarta ſecundum aliquos eſt oblatio ejusdem Corporis, & Sanguinis Chriſti, juxta alios, ipſa Communio etiam in illa includitur, quæ tamen à nonnullis pro quinta parte accipitur, quamvis etiam pro eadem deſignent reliquas orationes, quæ poſt Communionem fiunt usque ad finem Miſſæ. Plures reducunt ipſam ad quatuor partes, alii communius, ſolum ad tres, id eſt, ab ipſo principio usque ad Offertorium, ab Offertorio uſque ad Communionem, & à Communione uſque ad finem totalis Miſſæ. Verum eſt, ſecundum doctrinam Divi Thomæ, 3. P. Q. 33. *art.* 4. quod totum id, quod antecedit Offertorium, propriè nihil aliud ſit, quam præparatio quædam, ac inſtructio celebrationis, ſacroſancti hujus myſterii: *Sic igitur populo præparato, & inſtructo, conſequenter acceditur ad celebrationem myſterii, quod quidem & offertur, ut ſacrificium, & conſecratur, & ſumitur, ut Sacramentum. Unde primò peragitur oblatio; Secundò Conſecratio materiæ oblatæ; Tertiò ejusdem perceptio.* Nos ideo, ad majorem in Sacerdote celebraturo exci-

tandam devotionem, incipiemus expli
Miſſam, ab illa parte, quæ præparatoria
pellatur, ſeu catechumenōrum, ad quam
choandam ſacerdos veſtitus ſacris indume
tis, è ſacriſtia progreditur ad Altare; in qu
actu repræſentatur Chriſtus Dominus no
ſummus Sacerdos ſecundum ordinem Mel
chiſedech, exiens è ſecretis cœlorũ penetra
bus, vel ex utero imaculato virginis puriſſi
mæ, ut coram æterno Patre comparens, di
cat, *Ecce venio* cũ Pſalmiſta, cui tunc in ſpiritu
exhibita fuit illa oblatio, quam de ſeipſo,
pro noſtra redemptione, æterno Patri fecit
verbum incarnatum: vel etiam, per hunc
exitum figuratur ipſemet Chriſtus, exiens
de Jeruſalem crucem ſuam ſuper humeros
deferens, pergensque ad Calvariæ Montem,
ad cruentum ſui ſacratiſſimi corporis in ara
Crucis offerendum ſacrificium. Miſſam ſa
cerdos incipit à ſignaculo ſanctæ crucis, quo
ſeipſum munit & ſignat, cum invocatione
Sanctiſſimæ Trinitatis, exprimens intentio
nem offerendi ſimul cum Chriſto illud ſacri
ficium laudis, & gloriæ Sanctiſſimæ Trinita
tis; coram qua optet, & voveat, per merita
in ſancta cruce acquiſita, comparere, cum
firma ſpe obtinendi ſupernum auxilium in
ſacratiſſima illa graviſſimaque functione, ſi

qui

quia, prout obſervat Tertullianus, antiquorum Chriſtianorum mos fuit, ante omnia opera ſua ſe ſignare ſigno S. Crucis, maximè neceſſarium fuit, in hac tanti momenti actione, illud præmittere.

Prævia ſanctiſſima Trinitatis invocatione, ac, per ſignum ſanctæ crucis ante oculos ſuos expoſitum, reflexione ad Chriſti Salvatoris Paſſionem, incipit ſacerdos verſus aliquot Pſalmi: *Judica me Deus* &c. &apud alios, verſum *Confitemini Domino* &c. in uſu adhuc ex antiqua conſuetudine, cujus meminit Micrologus, qua ſacerdotes recitare ſolebant quatuor utiliſſimos Pſalmos, ſcilicet, 83. *Quã dilecta* &c. 84. *Benedixiſti* &c. 85. *Inclina Domine* &c. & 115. *Credidi propter quod &c.* qui modo non ſunt amplius pars Miſſæ. ſed pro celebrãtis opportunitate in præparatione ad miſſam dicuntur, cùm adjuncto Pſ. *de profũdis*. 103. aliisq; orationibus in Miſſali propoſitis. Fragmentum illud Pſalmi plenum eſt variis excellentibus affectibus, humilitatis, confidentiæ, Fidei, charitatis, & Pœnitentiæ, excitantque Sacerdotem, ut cum tali fervore & conſolatione accedere poſſit ad Altare, quam haberet, ac ſentiret, ſi ſua in ſe renovata foret juventus, ut ſumã cum alacritate offerre valeret ſacroſanctum ſacrificium Miſſæ.

Præmittit confeſſionem generalem, more

 com-

communi pœnitentium, qui licet omnes ad ſacram communionem non admitterent, una tamen voce omnes dicebant *Confiteor,* &c. inter quos etiam ex humilitate ſeſe Sacerdos connumerat, ut ſancti Spiritus obediat admonitioni, qui dicit: *Juſtus prior eſt accuſator ſui*, & quia in Sacrificio CHRISTUM repræſentat, qui peccata noſtra in ſe ſuſcepit, &, prout dicit Apoſtolus, præ nimio Charitatis exceſſu, *venit in ſimilitudinem carnis peccati*, valde rationabiliter à peccatorum confeſſione Miſſa inchoatur. Volunt aliqui S. Pontianum Papam, alii S. Damaſum inſtituiſſe, ut *confiteor* præmitteretur, ex quo certè id deducitur, uſum illius ac praxim eſſe antiquiſſimam, originemque trahere ex Apoſtolica traditione. Poteſt tamē etiam una alia aſſignari ratio, quod nimirum apud primos Chriſtianos moris fuerit recentem ſemper, præſentemque habere extremi Judicii memoriam; quapropter in Auroræ diluculo ad orationes ſurgebant, continuo habentes in mente, ac revolventes, ne forte nocturno tempore, juxta Evangelium præmonitionem, *ſicut fur in nocte, ita veniret,* judiciū ſuperveniret, proindeq; ut parati eſſent, publicam ſemper præmittebant confeſſionem, quæ poſtea etiā in uſu recepta fuit in

horis

horis Canonicis,& ab Eccleſiaſticis indies in *Prima* recitatur;atque ita tandem ex iſta conſuetudine, etiam ad ipſam Miſſæ celebrationem translata fuit. Sequitur poſtea Abſolutio,aliæq; Orationes,quibus Divina imploratur miſericordia, interimque abſcondit ad Altare,dumque ad hoc accedit,dicitque collectam, *Oremus* &c. mentionem facit Reliquiarum Sanctorum, quæ in ipſo altari conſervatur, atq; ex antiquiſſima,ac recepta conſuetudine in ipſo debent reponi; etenim ſupra Martyrum corpora Altaria erigi ſolebant, ideoq; locus ille,in quo Martyrium conſumaverant, *mēſa* appellari ſolebat, ob altare quod ibi in honorem ipſorum erat extructum, cujus probationem,ac confirmationem, præter ſanctum Auguſtinum in Pſalmum octuageſimum primum, habemus in ſancto Paulino:

*Fel. 1. cap. Plac. de conſ. diſt. 1. conc. Aphric. cap. 10. Carthag. 1. cap. 14. Bar. an. 261. nume. 45.*

*Spectant de ſuperis altaria tota feneſtris*
*Sub quibus intus habent Sanctorum corpora ſedem;*
*Namque & Apoſtolici cineres ſub cœlite menſa*

*Depoſiti, placitum Chriſti ſpirantis odorem,*
*Pulveris inter ſancta ſacri libamina re-*
*dunt;*

Et in epiſtola duodecima ad Severum,

*Ecce ſub accenſis altaribus oſſa piorum,*

Convenire ad memorias Martyrum unum erat ex ſignis fidei catholicæ, ibidemque offerre ſacrificium, ubi corpora illorum aſſervabantur. Rei hujus non deſunt exempla apud Theodoretum, ac Sozomenum, *Hiſt. Relig. c.24. Hiſt. Eccl. l. 8. c. 19.* idem etiam practicatum fuiſſe apud Reliquias Sanctorum Confeſſorum. Uſum hunc accepiſſe videtur S. Eccleſia ex myſterioſo illo altari, quod S. Joannes vidit in Inſula Pathmos, infra quod dicit, *Apoc. 6. vidit ſubtus altare animas interfectorum:* Quapropter rationi valde congruum erat, ut ſimilis honor corporibus illorum exhiberetur in terris, quorum animæ jam gaudent viſione beatifica in cœlis, dum in illa ipſa corpora eadem aliquando redundabit gloria, quæ hac in vita cooperata fuerunt ad illam promerendam. In illa actione debet ſe ſacerdos reflectere ad id, quod monet S. Joan. Chryſoſtomus: *Lib. 3. de ſacerd. Cogitate, dum ſacrificias, collocatum inter cœleſtes virtutes medium, circumſtantibus hinc inde Sanctorum cuneis,* uniendo Angelorum, ſe-

per incruento ſacrificio venerabiliter præſentium, inviſibilem aſſiſtentiam, cum viſibili Sanctorum, in quorum Reliquiis Deus glorificatur, ſtimulantque, ac excitant Sacerdotem, ad illos in quotidiana paſſionum mortificatione imitandos, obtinendamque virtutem angelicam excellenti ſuo ſtatui congruentem.

In medio brevis illius Orationis, oſculatur altare celebrans, ad antiquam obſervandam conſuetudinem, *Maldon. tr. M. S. de carim. Miſ.* per quam Epiſcopus, vel Presbyter in ingreſſu Eccleſiæ, prout refert S. Joan. Chryſoſtomus, *Hom. 3. in Ep. ad Coloſ.* ſolebat populo annuntiare pacem; *cum ingreſſus fuerit is qui præeſt Eccleſiæ, ſtatim dicit: Pax omnibus,* quod juxta veterum Chriſtianorum morem mutuum deſignabat oſculum, ad periculum autem omne præcavendum, omnemque præſcindendum inordinatum affectum, ſubſtitutum fuit altare, ſeu alia aliqua imago ſacra: neque enim inchoari debebat ſacra functio, aut offerri ſacrificiũ, niſi prius conciliata, exteriuſque demonſtrata, ac exhibita pace cum proximo, *Iuſtin. Mar. Ap. 2.* conformiter inſtructioni ſancti Cyrilli *Lib. 12. in Ioan.* ſuper illa verba Chriſti: *Pax vobis: In ſanctis potiſſimum conventibus & ſynaxibus, circa ipſa myſte-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*myſterii initia, hæc invicem dicamus*, Cabaſil.
*exp. Simeon Theſſ.* atque ita forte ritus ille de-
vatur ex Eccleſia Græca, in qua dum pri-
vice Diaconus vadit ad altare, quod ipſi vo-
cant parvum ſeu minorem introitum, eundo
dicit preces illas, quas appellant, *Irenicha*, id
eſt, pacificas, quibus in principio Miſſæ pa-
cem rogat. Burchardus *cap.* 19. unam aliam
aſſignat rationem: Quod nimirum ma-
rius in ſacro altari, non ſolum ſoleant aſſer-
vari Martyrum Reliquiæ, verum etiam Au-
guſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, hinc
in ſignum debitæ, affectuoſæ, humillimæque
reverentiæ, ſicuti nonnunquam ſolent porta-
rum oſculari limina illorum, quos vehe-
menter amamus, ac veneramur, meri-
tò introductum fuit, ut altare oſculo ſalu-
taretur, utpote continens, & aſſervans in ſe
ſummum illud delectabile, omniqueamore
digniſſimum, illum ſpecioſum forma præ filiis
hominum, ipſummet Chriſtum, imitando per
hoc Reginam Eſther, ſummitatem Sceptri
Aſſueri oſculantem, ipſamq; in Canticis ſuis
ſponſam, ſponſum ſuum ad oſculum oris ſui
invitantem. Enim verò, moris fuit apud Gen-
tiles, lege ab Auguſto Tiberio confirmati, ut
ſi amici ſibi invicem in via occurrerent, oſcu-
lo ſe mutuo ſalutarent, *Suet. in Tib. c.* 34. Acce-
dendo

dendo itaq; ad altare omitti nullatenus debebat actus tam cordialis venerationis, dum in fervore illo primi ſæculi, fideles attingentes ſolū ipſa Eccleſiarū limina, præter alios affectus, ac venerationis demonſtrationes, infimasque ad terram uſque inclinationes, & proſtrationes, eadem ipſa limina ſacra etiam deoſculari devotiſſimè ſolebant. Piam illam, humilemque conſuetudinem deſcribit S. Paulinus: *Nat. 6. S. Fel.*

*Sanctaque Felicis rapido petit atria curſu:*
*Ingreſſusque ſacram magnis cum fletibus aulam,*
*Sternitur ante fores, & poſtibus oſcula figit.*

## Caput Secundum.

### *Eadem materia latius deducitur.*

INtroitus, qui ut obſervat Doctor Angelicus, ſæpius ex aliis ſacris libris, potiſſimum tamen ex Pſalmis, licet non ex ipſorum initiis deſumitur, unde & à Durando *irregularis* appellatur, nomen illud ſortitus eſt, vel à miſſæ ſacrificii inchoatione, aut proœmio, vel ab ipſius ſacerdotis acceſſu ac introitu, vel etiā ab ipſo populi concurſu ad Eccleſiam, qui cum ſucceſſivè fieret, neque omnes unà ſimul ad illam poſſent confluere,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ad tædium illorum ſublevandum, qui p
acceſſerant, aliosque exſpectabant, intro
ctum fuit, ut Pſalmi cantarentur, uſque
alii venirent, ac cum *Gloria Patri* &c. ter
narentur, quæ clauſula ab Apoſtolis recep
ſolum in Pſalmorum fine, ac terminan
fuit in uſu. Si autem aliorum adven
um acceſſus longius protraheretur, p
que abſoluto adhuc emanſiſſent, de novo
petebatur idem, indeque emanavit ritus
qui hodiedum etiam obſervatur, ut dicta
*ria*, introitus iterum reſumatur. Authorem
introitus aliqui faciunt S. Cœleſtinum P
pam, licet, ut verum fatear, authoritate li
intitulati de Eccleſiaſtica Hierarchia, *L. 2.*
*ux. in Lithur.* & prout inſinuant Tertullianus
& S. Baſilius, origo ipſius longè altius videa
tur repetenda; unde credibile eſt S. Cœle
num ſolum lege ſanxiſſe ac præcepiſſe, f
mam illam obſervari in Eccleſia Romana,
etiam ordinaſſe, ut alternatim cantaretur,
que ob hanc cauſam authorem introitus
ſe appellatum. *Legand. de Sac. Miſ.* P
Pſalmorum iſta repetitio, antiquorum
ficat Patrum deſiderium Adventûs M
primorumq; novi teſtamenti Sanctorum
ca Fidei propagationem, ut Dominus
noſter, qui privatim natus erat in terra,

icem Evangelicam publicè in omnium na-
ceretur cordibus, quam unicè per totum or-
rem deſiderabat diſperſam. Quoad principiũ
Pſalmorum, certum eſt familiariſſimum fuiſſe
Hebræis, Dei laudes ab illis inchoare, *Theor.*
*r. Eccl.* idemq; de primis Chriſtianis affirmat
Germanus Epiſcopus Conſtãtinopolitanus,
ipſos ſolitos fuiſſe à Pſalmis orationes ſuas
cipere, ut per illos auditorum diſponeren-
ur animi, ad ea recipienda documenta, quæ
per Epiſtolam ac Evangelium ipſis erant pro-
ponenda; multum enim confert harmonica
Pſalmorum modulatio ad commovendos af-
fectus, ac demulcendos animos, prout in li-
bris Regum legimus practicaſſe Prophetam
lum, qui aliqualiter commotus adverſus Re-
gem Joram, petivit: *adducite mihi Pſaltem*,
*Reg. 3.* & Plato in perſona Socratis refert
Phædro, quod poſtquam Muſæ veniſſent in
mundo, homines aliquos ita fuiſſe captos
ratioſis illarum officiis, ac ſingulari huma-
nitate, ut cantu illarum inebriati, cibi ac
tus, omniſque alterius civilis, ac na-
ralis functionis ac exercitii fuerint plane
oliti: Quod multò amplius, & à for-
ri fieri debet apud Eccleſiaſticos, qui in
proſequendo ſacroſancto ſuo officio, to-
debent intendere DEO, toti in divi-
narum

narum laudum ſuavitate debent eſſe ab-
pti, omnemque aliam de mundo munda-
que rebus deponere cogitationem, prout de
ſe ipſo teſtatur S. Franciſcus de Sales, quan-
dum ad altare procederet, omnis alterius ter-
reſtris rei, ac occupationis cujuscunque ob-
liviſceretur.

Pergit deinde ad recitandum *Kyrie, ſerva-*
turque eadem vox Græca, ſicuti & alia He-
braica *Amen*, ad denotandum unam ea-
demque eſſe Eccleſiam, quæ primo Hebræa,
poſtea Græca, & tandem in Latina fuit coad-
unata: Fuit hoc in uſu Eccleſiæ Romanæ
multum ante tempora Sancti Gregorii; &
quia vox illa ſignificat, *Miſerere Domine*, ſta-
tutum fuit in Concilio Vaſenſi *cap. 3. ſub Felice*
*IV.* ut non tantum in Miſſa, ſed etiam in
omnibus aliis orationibus, ad divinam impe-
trandam miſericordiam, diceretur. Modum
autem, quo dici deberet, exprimit idem Con-
cilium, *cum grandi affectu ac compunctione, per-*
quam Sacerdos proprium ſuam cognoſcens
miſeriam ac imbecillitatẽ, excitari, ac animari
poſſet, ac conſiſtendũ in conſpectu Dei, ejuſ-
que implorandam miſericordiam, dum no-
vem Angelorum Chori ſacroſancto aſſiſten-
tes ſacrificio, à S. Dunſtano auditi ſunt ſæpe
repetere *Kyrieeleiſon*. Precibus ergo illis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…s repetitis Salvator invitatur ad interceden-
dum pro hominibus, ſimulque repræſentan-
tur voces Sanctorum Patrum, qui dum enixè
deſiderabant, ac expetebant adventũ Chriſti,
nihil amplius poſtulabant, quam miſericor-
diam, utque pertranſiens novem Angelicæ
Hierarchiæ Choros, naturæ humanæ ſeſe uni-
ret. Tertio dicitur ad Patrem, tertiò ad fili-
um, & tertiò ad Spiritum Sanctum, ad ſignifi-
candam differentiam perſonarum, & unita-
tem eſſentiæ. Et quidem tribus vicibus ex-
plicite profertur nomen Chriſti, vel ob glo-
rificationem, majoremque ſacratiſſimi illius
nominis notitiam, juxta id, quod multi te-
nent, Apoſtolos ſolitos fuiſſe conferre Ba-
ptiſmum; Vel etiam quia per Chriſtum, tan-
quam Redemptorem, magis innoteſcunt di-
vinæ miſericordiæ effectus, ideoque etiam
diſtinctiorem ſortitur denominationem.
*Coninck de Sacram. Q.* 66. *art.* 6.

Poſt imploratam divinam miſericordiam,
juxta temporis, officiique exigentiam, pergit
ad celebrandam gloriam DEI, confor-
miter illis Pſalmiſtæ verbis: *Melior eſt mi-
ſericordia tua ſuper vitas, labia mea laudabunt*
*te*, idque facit per Hymnum Angelicum,
qui appellatur *Gloria in excelſis*, quem Con-
cilium Toletanum *P.* 1. *Tit.* 8. dici voluit, *in*
*omni-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*omnibus feſtis plenis*, id eſt, prout explicatur, vantus, in feſtis novem Lectionum, excep. miſſis votivis, Adventu, & ſeptuageſima, quod hodie dum etiam obſervatur, canta- tur tamen quoque miſſa votiva de Angelis, eam ob cauſam, quia illi fuerunt primi, qui illum in nocte ſacratiſſima Nativitatis Do- mini intonarunt. Hymni illius complemen- tum ab aliquibus tribuitur S. Theleſphoro, ab aliis Symmacho, & iterum ab aliis Cœle- ſtino Rom. Pontificibus; alii communiter attribuunt S. Hilario Pictavienſi Epiſcopo, licet magis fundatè ex parte ab ipſo credatur compoſitus hymnus, cujus reperitur mentio apud S. Athanaſium, Sancti Hilarii con- temporaneum. *Lib. de Virgin. Card. Bona L. 2. c. 4. Rer. liturg.* Antehac in tanta fuit veneratione in Eccleſia, ut ſolis conceſſum eſſet Epiſcopis illum recitare, Presbyteriſque ex privilegio ſolum in die Paſchatis, crediturque durâſſe illa conſuetudo usque poſt annum 1040. quamvis alii exiſtiment usque ad Cœleſti- num primum. *Mald. exp. S. Cer.* Ut ante miſſam, non autem in ipſa miſſa diceretur, prout a- liqui putant, inſtituit S. Theleſphorus, ſola excepta miſſa noctis Natalis Domini. *Gav. tit. 8. Bona l. 2. c. 4.* S. Symmachus poſtea or- dinavit, ut diceretur in miſſ. de Dominica

& in ſolemnitatibus Martyrum. Græci recitabant in matutino, & in Eccleſia Arelatenſi in laudibus per totum tempus Paſchale. In Hymno illo gloria, & Pax ſimul exprimuntur, qui ſunt gratiſſimi duo fructus Incarnationis, ac Paſſionis Dominicæ, & quod in altari petere, ac rogare debet ſacerdos, eſt glorificatio divinæ Majeſtatis, per excellentiſſimam obſequii noſtri, mediante hoc ſacrificio, demonſtrationem, ad impetrandam, tanquam publicus miniſter, pro ſe, totoque mundo, reconciliationem, & pacem. Inter hujusmodi affectus celebrabat Ven. P. Angelus Velli, diſcipulus ſancti Philippi, (cujus vitam, cum altera ejusdem ſancti diſcipuli, impreſſam, tanta habuit in veneratione Gloriosæ memoriæ Cardinalis Michael Angelus Ricci, vir theorice ac practicè in rebus ſpiritualibus verſatiſſimus, ut totam propria ſua manu notis marginalibus piiſſimis poſtillaverit) dum inchoare deberet Hymnum angelicum *Gloria in excelſis*, cui erat devotiſſimus, diſſolvebatur in tenerrimas lachrymas repræſentando ſibi gaudium illud, illas intentas gratiarum actiones, quibus beati illi Angelici ſpiritus, primique Eccleſiæ ſancti congratulati ſunt recenter in terris nato mundi Salvatori.

In-

Ingreſſo populo, imploratаque per [illegible] divina miſericordia, & exaltata, ac laudata Majeſtate per *Gloria* &c. ut ad orationem populum diſponat ſacerdos, converſus ſuper illum dicit *Dominus vobiſcū*. Verba illa proferendo manus aperit ac diſjungit, repræſentat enim ſummū illum Sacerdotem, quia pendens in cruce manibus, *cū clamore valido & lacrymis*, orans pro genere humano, merito fuit exauditus, ideoque rectè in ſacerdote, dum ſe accingit ad orandum, eadem ſalvatoris noſtri figura renovatur. Alia etiam ratio eſt, quia olim dum ſe invicem ſalutarent, manus capiti imponebant, atque ita cærimonia iſta alludit ad ſalutem dicendam, ac impertiendam populo. In veteri teſtamento eandem ſalutandi formam etiam inveniamus fuiſſe practicatam, in libro Ruth. cap. 1. in lib. Paralipomenon cap. 15. & ſingulariter, *Dominus tecum*, Judicum cap. 6. & in S. Luca cap. 2. Sed quia in Miſſa tam celebrans, quam miniſtrans nomine totius Eccleſiæ ſua obeunt miniſteria, hinc ſemper in plurali numero verbis illis utuntur: *Dominus vobiſcum*: Pet. Dam in l. Dominus volo. Hujus formulæ uſus ſemel reperitur in liturgia ſancti Marci, agnoſciturque in Concilio Bracharenſi ab ipſis Apoſtolis derivata: *Can.* 21, Certum eſt fore antiquiſſimam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

prout ex ſanctis Auguſtino, *Lib.14. de civit. Dei* & Iſidoro Peluſiota: Primus deplorat, quod id ſemper cum veritate nequeat dici: *Non omnes cum illo ſunt eo modo, quo dictum eſt, ego ſemper tecum; nec ipſe cum omnibus eo modo, quo dicimus* DOMINUS *vobiſcum: Magna itaque hominis miſeria cum illo non eſſe, ſine quo non poſſis eſſe.* Semper ſeſe bene reflectat ad ſententiam hanc, quoties quiſque ſacra illa verba profert. Ad ſalutationem hanc, ac invitationem ſacerdotis, reſpondet non ſolū Clerus, ſed etiam totus populus; *& cum ſpiritu tuo*: quaſi diceret ſacerdoti: cum ſit, *Dominus vobiſcum*, nos ſalutas, nobis annuntias, nobis intimas, attentionē, & vocationē: nos reſpondemus tibi, quod promiſimus. Eratq;, ut dicit S. Chryſoſtomus, *L.18. in 2. ad Cor.* mutua quædā correlatio: *In tremēdis myſteriis, ut ſacerdos pro plebe ita plebs pro ſacerdote vota facit: hæc enim verba. & cum ſpiritu tuo, ita ſonant*; eſt enim hoc quaſi Echo quædā, prout diſcipulo ſuo ſcribit S. Iſidorus Peluſiota, L.1. Ep.122. *Illud, quod à plebe reſpondetur, ut cū ſpiritu tuo, hāc habet ſententiā, pacē eandē nobis tribuiſti Domine, hoc eſt, mutuā inter nos cōcordiā; pacē autē nobis da, hoc eſt hujuſmodi tecū conjunctionem, quæ nullo modo divelli poſſit, ut cū ſpiritu tuo pareti quā nobis in crea-*

*tionis initio indidiſti, à tua Charitate diſſi-* *nequeamus.* Et profectò, an melius Sacerdoti dari poſſet reſponſum, qui divinam Eccleſiæ implorat aſſiſtentiam, quam apprecari, ut idem ille Spiritus aſſiſtat Sacerdoti, & inſinuetur, dicit Albertus Magnus, *Sacerdotibus ad altare ſtandum eſſe pene ſine corpore, & ſæculi curis, mente omnino in Deum abrepta, ut contigit Moyſi.* Non vacat myſterio, quod verba illa, *Dominus vobiſcum*, ſepties in Miſſa repetantur; putant enim nonnulli ſeptiformem Sancti Spiritus gratiam per id implorari, quæ ſpecialiter nobis neceſſaria eſt ad ſalutem, idque præſcribitur in *Liturgia* Sancti Joannis Chryſoſtomi, atque ideo dum Sacerdos aſpirationem aliquam facit ad Deum pro populo, vertit ſe ad eundem, ut illa cæremonia indicet cor aperiendum eſſe venturo Christo, ad recipienda dona Spiritus S. Dumque manus & brachia aperit, à ſe invicem disjungit, ac ſtatim iterum componit ac conjungit, imitatur per hoc feliciſſimos amplexus illos Sponſi ac Sponſæ, quæ ubi illum ſemel recepit, cuſtodire ac retinere debet: *Tenui eum, nec dimittam.* Alii opinantur ſeptena illa repetitione, totiesque inculcata divina præſentia, intelligi expulſionem ac ejectionem ſeptem peccatorum capitalium

lium, ſicuti olim ſeptena circuitione Sacerdotum, ac tubarum eorundem clangore corruerunt, ſubverſique ſunt muri Hierichuntini. Vel etiam, per hoc deſignari poſſunt ſeptem Spiritus illi, qui ſemper aſſiſtunt ante thronum Dei, ad excitandum affectum noſtrũ paucis illis verbis ad piè ac reverenter aſſiſtendum ſacro illi miniſterio Illo dicto, Sacerdos admonet populum ad orandum, hoc verbo: *Oremus, monens ſe,* dicit Eduenſis, *Cap. 12. de ſac. Alt. Bona l. 2. cap. 5. & alios orare, quia Dominus oravit, & diſcipulos ad orandum excitavit.* Ad hanc vocem antiquitus orabat omnis populus per illud ſpatium temporis, & Sacerdos colligens quaſi preces omnium, recitat alta voce orationem, quam collectam appellant, quæ cum diceretur, ſolebant omnes unà cum Sacerdote erectis conſiſtere pedibus. Sive hinc, ſive aliunde derivatum, ac aſſumptum ſit nomen illud *Collecta,* controvertitur inter authores, meritoque rejiciuntur illi, qui volunt ideo ita nominari, quia tunc congregaretur populus, aut eleëmoſyna colligeretur pro pauperibus, credibile enim non videtur, quod poſt exſpectationem Introitus, nec dum ingreſſum fuiſſe populum; neque etiam quod tempore illo, quo orandum eſſet, inquietudinem illam quæſtuandi eleëmoſynam permiſiſſe, cum antiquiſ-

ſimus Eccleſiæ mos ſit , in omnibus ſæculis practicatus, novoque edicto noſtris temporibus ab Innocentio XI. ſum̃o Pontifice confirmatus, ut ab ingreſſu Eccleſiæ ad mendicandum, arceantur pauperes, ſed ad portas illius ſubſiſtant, ac detineantur, ne tempore divini officii circũvagantes mendicando, in ſua devotione fidelem populum perturbent; in quo legimus adeo fervidum fuiſſe S. Philippũ Nerium, pauperibus alias tam tenerè addictum, ut illum Cardinalis Bellarminus alterũ Joannem Eleëmoſynarium appellaverit, in poſſa tamen hoc adeo fuit zeloſus, ut ſæpius è confeſſionali ſurrexerit, ac importunè mendicantes templo eduxerit. Per hoc tamen negare non volumus , quin tempore alio opportuniori, ac minus diſtractivo, charitativæ collectæ pro pauperibus , à primis fidelibus factæ fuerint in Eccleſia, prout manifeſtè præſcribit Apoſtolus. *L. 22. cap. 8.* Credunt aliqui nomen illud *collecta* derivari ab uſu tributi ſeu vectigalis, qui alio nomine collecta appellatur , & qui illud congregabant Collectarii dicebantur , prout expreſsè habet S. Auguſtinus in Lib. de Civitate Dei ; & quia orationes noſtræ ſunt tributum laudis, quod pendimus Deo, idque potiſſimum illæ quæ publicæ fiunt, in quibus congregi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

gregatur & adunatur Spiritus totius Eccleſiæ, rectè nomen illud transfertur ad ſignificandā orationem, quam à toto populo colligit Sacerdos, *Eo quod Sacerdos*, inquit Micrologus, *qui legatione fungitur pro populo ad Dominum, omnium petitiones, & orationes colligat, atque concludat.* Poteſt etiam aliunde, ac longe altius ſuam trahere originem, ac collecta appellari in ſenſu plane contrario illi unioni, atque hoc modo ſæpius legitur in actis capitularibus Gallicanis prohibita *Collecta*, nomine vulgari tunc dicta *Herizuph. Bal. tom. 1. cap.* quod ſignificabat congregationem populi, paratam armis reſiſtere ac repugnare ad continuandas cædes, rapinas, patriæque ac viarum deprædationes; congregat ſe autem populus fidelis, ut orationibus, quæ ſunt arma militiæ noſtræ, ut executioni mandet id, quod monet ac docet S. Petrus Apoſtolus, *cui reſiſtite fortes in fide*, & S. Paulus; *Reſiſtite Diabolo.* Verior ratio apparet hæc, quod ſicuti prædicatio vocatur concio eo, quod ad illā convocetur, confluatque populus, ita oratio vocatur collecta, quia ad illā perſolvendam populus colligebatur, unde poteſt dici, *Oratio pro populo*; vel etiam, uti vult Alcuinus *de Divin. offic. Eſpenc. de collectis.* quia in tali oratione, ſimul collecta erant

varia

varia ſacræ Scripturæ loca , vel quia omnes ſimul recollecti mentes ſuas ac affectus in Deum ſublevabant, aut etiam, quia immediatè ſequitur Epiſtola, quæ habet ſe per modum exhortationis ad vitam bene inſtituendam; uſu autem monaſtico oratio, quę exhortationem præcedebat, *collecta* vocabatur, & inde poſtea, abſque ulla reſtrictione translata eſt, ad orationem ſignificandam , prout ſcribit Innocentius, & alii, eodem modo quo ſtatio dicitur , ubi ſe populus congregat. Illuſtratur hoc, ſimulque confirmatur ex Regula ſancti Iſidori; *cap. 8. Dato ſigno omnes ad collectam conveniant , audiant ſeniorem docentem.* Hinc tota ipſa Miſſa collecta fuit appellata , quod innumerabilibus exemplis probari poſſet. Collectæ , tanquam res antiquiſſimæ , mentionem faciunt ſanctus Juſtinus Martyr , & Tertullianus , fuerunt poſtea ex magna parte authores ſummi Pontifices , Gelaſius Primus, *Duchang. in Gloſſar. tom. 1. apol. ad Anton Valaſ. Strab. cap. 22.* Gregorius Primus & Secundus; plures alii etiam compoſuerunt , S. Ambroſius, Alcuinus, Grimoldus Abbas, Muſeus Marſilienſis Presbyter, Voconius Epiſcopus Mauritaniæ, S. Leo Quartus &c. fuitq; conſtans ſemper opinio ac uſus illius Orationis in Eccle-

ſia,

ſia, ita ut in diverſis Conciliis, Carthaginenſi 3. cap. 23. Milevitano, cap. 12. Africano, cap. 70. prohibitum fuerit, ut in Miſſa aliæ non dicerentur orationes, quam illæ, quæ ab Eccleſia fuiſſent approbatæ: Quantum non allaboravit Carolus Magnus, ut è medio tolleret abuſus, qui in materia illa irrepſerant, poteſtq; videri in ipſius Capitulari. *Bal. tom. 1.* Oratio ſemper quaſi dirigitur ad Æternum Patrem, cum miſſa ſit repræſentativa illius oblationis, qua Chriſtus ſeipſum Patri obtulit, & quia hic nobis dedit normam orandi, quam inſinuat verbis illis, *Dicite, Pater noſter* &c. apud S. Matth. cap. 6. & item hiſce formalibus, *ſiquid petieritis Patrem*, quæ CHRISTUS profert apud S. Joannem cap. 16. & quia etiam, ut dicit S. Thomas, *in 4. Sent. diſt. 15. Q. 4. ea quæ ſunt eſſentiæ, à Patre ſunt in aliis perſonis*, ita quoque debere fieri, præſcripſit concilium tertium Carthaginenſe. Hinc tamen non ſequitur; ſimul etiam non dirigi ad Filium, ſtante hoc, *Illud quod attribuitur Deo ratione naturæ Divinæ, toti Trinitati competit, & ſingulis perſonis*, atque hac ratione etiam ad Spiritum ſanctum, licet in collectis Miſſæ non ſemper aliquid ab eo petatur, ſed ſolum in Hymnis Breviarii



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& in Pontificali in Oratione prima pro ce-
lebratione Synodi, & alibi, cujus ratio
eſt, quia perſonalis Sancti Spiritus proprie-
tas eſt, eſſe donum, adeoque convenien-
tius eſt, inquit Doctor Angelicus *loco cit.*
*quod ipſe petatur, quam quod ab eo petatur,*
Collectæ terminantur hujusmodi precatio-
ne, *per Dominum noſtrum, &c.* Cujus clau-
ſulæ meminit optatus Milevitanus *Lib. 1. cap.*
*2. Apolog. Epiſt. ad Fer. Diac. & libr. 2. ad Mon. cap. 5.*
& inſinuatur à Tertulliano, expreſſiſſime-
que illum indicat Sanct. Fulgentius Epiſco-
pus Ruſpenſis, ſcimus enim CHriſtum no-
bis eſſe datum ac aſſignatum pro mediato-
re ac fideijuſſore noſtro, in illoque fundari
omnes promiſſiones ac ſpes noſtras, *ſi quid*
*petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis,*
Hinc obſervat S. Auguſtinus in *Pſalm. 108.*
ſcribens ſuper illa verba: *Et oratio ejus fiat*
*in peccatum*, cauſam hujus fuiſſe dicit, *quia*
*non fit per mediatorem Dei & hominum, homi-*
*nem Chriſtum Jeſum.* Idem confirmat S. Ber-
nardus Lib. octavo de Amore Dei. Pergit
deinde dicere, *in unitate Spiritus Sancti*
*DEUS*, ad invocandum omnes tres perſo-
nas divinas, ac confitendum earundem in
eſſentia divina identitatem, in vita, in Do-
mini

minio, in Regno, in æternitate, prout ſunt omnes tres dictæ Perſonæ, unum in omnibus prædicatis abſolutis, & eſſentialibus. Tandemque finitur collecta hiſce verbis, *per omnia ſæcula ſæculorum*, quod, ſecundum S. Auguſtinum in Pſalm. 71. idem eſt dicere, ac in æternum, *in ſæculum ſæculi, quod poſt hujus finem futurum promittitur.* Videtur, Eccleſia Militans in domo ſua ad DEO laudes depromendas, quaſi æmula triumphantis, de qua ſcriptum eſt, *Beati qui habitant in domo tua DOMINE, in ſæcula ſæculorum laudabunt te.*

Sed quia ſæpius devotio ſtimulat ad notabiliter multiplicandas illas collectas, ſtatutum eſt, *ut refert Steph. Durant. de Rit. libr. 2. cap. 16.* illarum numerum ſeptenarium excedere non debere, ob reflexionem ſeptem petitionum in Oratione Dominica contentarum, ad cujus normam preces noſtræ ſunt ordinandæ, juxta id quod dicit Sanct. Cyprianus *de Orat. Domin. Aliter orare quam docuit, non ignorantia ſola eſt, ſed & culpa:* Numerus autem ille etiam per rubricas limitatur, variaque illius praxis eſt in variis Eccleſiis. Romana longo tempore una ſola utitur, aliquando tribus, in memoriam trium illarum vicium, quibus

Chriſtus ſuam ante Paſſionem legitur orã. Eccleſia Leodienſis quinarium numerum non excedit. *Chriſt. Lup. in vita ab ipſo edita.* Sanctus Martyr Thomas Cantuarienſis, vel unam, vel tres ſolùm ſolebat recitare: *In Miſſæ introitu*, dicit Heribertus in ipſius vita, *dicta una collecta ſæpius, interim tribus, pluribus verò, aut vix, aut nunquam. Et primaria quidem conſtitutio fuit, ut una tantum diceretur, & ſicut eſt Epiſtola una, Evangelium unum, & collecta eſſet una.* Ex quo eruitur, quam fundatus, ac antiquus ſit ritus ille in Eccleſia Romana, unicam ſolum dicendi, fortè cum myſterio deſignandi ipſius Eccleſiæ unitatem, cujus Romana caput eſt. *Diverſo* quidem ſpiritu, æqualiter tamen laudatur Deus, uti dicebat Euſtachius Abbas de Luſſon. *Io. Aurel. in ejus vita. Dum plus Dominus quæritur, plus invenitur*, inquiebat unus alter Thomas probitate ac ſcientiâ ſummè conſpicuus: erat is Thomas Bozzius è Congregatione Oratorii, *Riccius in vita diſcip. S. Philippi Thoma.* qui ſolebat, uti in ipſius refertur vita, quando Rubricæ permittebant, ſeptem legere orationes, putabat enim ſe melius non poſſe juvare Eccleſiam, quam ipſiuſmet Eccleſiæ orationibus. Et videtur, numerum illum inſinuatum fuiſſe à

S. Cy-

S. Cœleſtino Papa in litteris ad Epiſcopos Franciæ, *Ep. 1. c. 2.* in quibus exprimit ſeptem diſtinctas petitiones, quas ſolebant facere Epiſcopi in collectis, pro ſeptem diverſis neceſſitatibus ſpiritualibus: Sanctus Auguſtinus autem in Epiſtola 107. ad Vitalem, ad tres tantum reſtrinxiſſe videtur.

Finita collecta à celebrante populus congregatus reſpondebat *Amen*, quod hodiedum nomine Eccleſiæ miniſtrans facit, illiuſque vocis ſignificata hoc metro continentur:

*Verum, verè, fiat, Amen tria denotat iſta.*

Gloſſa rationem dat inſtituti illius reſpondendi *Amen, ut concordet in precibus pia Sacerdotum intentio, & populi ſana devotio.* Vox illa in nativo ſuo Hebraico retenta eſt idiomate, propter ſuam excellentiam, *& propter ſanctiorem authoritatem* dicit S. Auguſtinus, *Lib. 2. de doct. Chriſt.* ſæpiusq; uſitata tam in veteri, quam in novo Teſtamento, prout habemus exempla, Num. 5. Deut. 27. 1. Paralippom. 16. pluribusque aliis in locis, ita ut Genebrardus *in Pſ. 41.* afferat, non reperiri apud Hebræos librum Pſalmorum, quos illi in quinque libros dividunt, in quo vox illa non repetatur, *Ad majorem confirmationem, & inflammandos*

*mandos pios in Dei laudes.* In novo deinde Teſtamento habemus authoritatem Sancti Pauli, Sancti Joannis in Apocalypſi, & quod ſuper omnia eſt, ipſius Chriſti Salvatoris noſtri, qui frequentiſſimè illa uſus fuiſſe, legitur in Evangelio, hacque authoritate crevit continuo uſus illius in Eccleſia, adeo quidem, ut, ſicuti dicit S. Auguſtinus *Lib. de dono Perſev.* nunquam oraret Sacerdos, quin populus cum verbo illo *Amen*, confirmaſſet ſuam inſtantiam, petiiſſetque exauditionem: *Quis Sacerdotem ſuper fideles Dominum invocantem, ſiquando dixit, da illis Domine perſeverare uſque in finem, non ſolum voce auſus eſt, ſed ſaltem cogitatione reprehendere ac non potius ſuper ejus talem benedictionem, & corde credente, & ore confitente reſpondit Amen, &c. Sicut ergo in his orationibus, ita & in hac fide nata eſt, & creſcit, & crevit Eccleſia.* Fidem hiſce faciunt ampliorem, fundatioremque Origenes, Tertullianus, S. Juſtinus Martyr, *S.* Hieronymus, omneſque veteres Patres. Auſonius Gallus, Poëta Chriſtianus, *S.* Paulini contemporaneus, hujuſcemodi morem in tribus hiſce conſtrinxit verſibus:

*Æterno cum Patre manens, in ſæcula regnans,*

Conſo-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Conſona quem celebrant modulato Carmine*
*plebes,*
*Et reſponſuris ferit aëra vocibus Amen.*

Poſſetque ad hoc propoſitum dici, *Luc. 15.* *ſi hi tacuerint, lapides clamabunt*, uti legimus in Evangelio: Regiſtratum enim reperimus in vita S. Lucæ Abbatis in Sicilia, *in or. Mat. ad Deum.* quod cũ abſoluta concione, orationem finiret conſuetis iſtis verbis, *per omnia ſecula ſæculorum*, auditæ fuerint petræ circumquaque reſpondentes *Amen. Boll. 2. Mart.* *Saxa circum omnia reſpondere Amen, Amen*; ſervivit enim vox iſta ſemper Eccleſiæ tanquam pro Sigillo ad claudendas & confirmandas præcedentes ſupplicas ac petitiones. Reflexione digniſſimum eſt id, quod in erudito ſuo *De Divina Pſalmodia* libro cap. 8. refert Cardinalis Bona, ubi tractat de quodam antiquo authore, qui dicebat Chriſtum Salvatorem noſtrum ſolitum fuiſſe uti verbo illo in initio diſcurſus ſui, quo nos utimur in fine, addebatq; pro ratione, ex hoc nos debere cognoſcere, *ipsũ eſſe authorem veri, nos autem diſcipulos veritatis.* Famula Dei Baptiſta Vernaccia, fœmina magni ſpiritus ſingularisque in rebus aſceticis experientiæ *l. de Unione cum Deo. c. 115. 116*, diſtinguebat tria *Amen*; unum vocabat

divinum, alterum Angelicum, tertium viatorum: *Deus dicit amen, quia eſt ſumma veritas: Angeli dicunt amen, ut in Apocalypſ. gaudentes Deũ eſſe id, quod eſt. Viatores dicunt Amen, deſiderantes ad eum pervenire, qui eſt veritas æterna.* Supra citatam Cardinalis reflexionem ſimul cum iſta volui hic referre, ut iis qui ſæpius verbum ſeu vocem illam proferunt, ſerviat ad excitandos illorum animos & affectus, toties, quoties illam repetunt, ſimulque corda ſua elevent ad contemplandam cœleſtem, æternamque veritatem, nec ſe ſeduci, decipi, aut faſcinari ſinant, à terrenis mundi illecebris ac vanitatibus. Et quia *in lib. 1. Paralip. cap. 16.* legimus, quod poſt Arcæ introductionem, cantata à Levitis oratione ad Deũ, laudataq; cum Pſalmis fuiſſet ipſius miſericordia, ſubjungat immediatè textus ſacer, *Et dicat omnis populus amen, & Hymnum Domino*, ad hujus imitationem longo tempore mos fuit in Eccleſia Romana, & in pluribus aliis Eccleſiis, uſque ad tempora S. Nicolai Primi, Hymnis quibusdam & canticis adjungendi Amen, quorum adhuc uſque hodie manent veſtigia, in die coronationis ſummi Pontificis. *Bona, Rer. Litur. lib. 2. cap. 5.* uſus ille ſemper duravit in Regno Dalmatiæ, diligenter delineato ab

Eru-

Erudito, ornatoque ſcriptore Joanne Lutio *lib.2. cap. 6. de Regno Dalmatiæ, & Croatiæ*, in quo dicit idem quoque practicari in Iſtria. Et licet Gregorius Cardinalis ſanctæ Mariæ in Porticu, Hungariæ Legato illud limitaverit ad ſolos dies Nativitatis Domini, & Paſchatis, atque ita in Zara obſervetur, Trigurii tamen & Epetii, ac aliis civitatibus in pulpito practicatur etiam in feſtivitatibus ſolemnioribus, à duobus canonicis.

## Caput Tertium.

### *Agitur de Epiſtola, illius ritibus, aliiſque quæ ſequuntur uſque ad Evangelium.*

SEquitur immediatè Epiſtola, id eſt, lectio alicujus Capituli novi, aut veteris Teſtamenti. Nomine tali appellatur, fors quia, ut docet S. Chryſoſtomus, *Hom. 2. in Gen.* debuiſſet vocari ſacra Scriptura, qua utatur Deus tanquā epiſtola ac nos deſtinata, utpote qui ob peccata noſtra ab eo elongati ſumus, eâque nos admoneat. *Quia ſua familiaritate indigni facti fuerant, iterum ſuam amicitiam erga illos innovare volens, quaſi longè abſentibus litteras mittit, conciliaturus ſibi univerſam hominum naturam. Et has quidem litteras dedit*

*Deus.*

*Deus*. Simile quoque Spiritu loquitur S. Pontifex Gregorius Magnus ſcribens ad Theodorum: *lib. 4. Ep. 40. Imperator cœli, Dominus Angelorum pro vita tua, tibi epiſtolas ſuas tranſmiſit, & tu illas ardenter legere negligis? Quid enim eſt ſacra ſcriptura, niſi Epiſtola quadam omnipotentis Dei ad ſuam creaturam.* Vel etiam dicitur Epiſtola per alluſionem ad veteres epiſtolas, nomenclatura introducta in principio naſcentis Eccleſiæ, quas Græci appellabant Canonicas, Latini Formatas, de quibus in tractatu particulari, de iis conſcripto, nihil aliud eas aſſeritur fuiſſe, quam, *Priorius de lit. canonicis, teſtimonia quædam certiſſima fidei illius, cui committebantur, qui eas tradebat*, hinc cœptæ fuerint appellari Epiſtolæ lectiones illæ, quæ erant quaſi teſſera proteſtativa, ac confeſſionalis fidei noſtræ; & certe quoties in Eccleſia legebatur aliqua Epiſtola S. Pauli dici ſolebat à Lectore *Pax tecum*, idque ut dicit Baronius *An. 60. n. 58. & Hallier de ord. ſec. 6. c. 5. a. 4. in ſignum Catholicæ communionis*: unde cum ratione Epiſtola vocabatur, *Apoſtolorum ſyngrapha, eorum nempe, qui Chriſtum nationibus manifeſtarunt*, & S. Ivo Carnotenſis dicit, quod Epiſtola repræſentabat, *Diſcipulorum Chriſti prædicationẽ, quos Dominus binos & binos ante*

*ſemi-*

*ſemi ſit.* Velverius, quia ex potiori parte deſumebatur ex Apoſtolorum Epiſtolis, & maximè S. Pauli, conveniens quoque erat, ut unde deſumebatur, inde appellaretur, idq; ob potiorem dignitatem, & majorem frequentiam: Atque ideo eſt, quod antiqui codices cum de Epiſtola loquuntur, antonomaſticè dicant, *Ama. l. 2. c. 6* *ſequitur Apoſtolus*, & S. Auguſtinus, *Apoſtolum*, inquit, *audivimus*, *Pſalmum* *ſerm. 8. de Verb. Apoſt.* *audivimus*, *Evangelium audivimus*, ita ut litteræ Apoſtoli communiter haberentur pro Epiſtola, inde etiam poſtea Epiſtola nomen illud retinuerit: & dum in feriis ſemper legitur Epiſtola deſumpta ex veteri Teſtamento, ſive in vigiliis aut Rogationibus, in feſto tamen aſſignantur Epiſtolæ Apoſtolorum, aut alterius libri novi teſtamenti, quod ſubtiliter advertit Rupertus Abbas, alludens ad verba illa Samaritani, *quodcumque ſupererogaveris, reddam tibi*, dum dicit: *Benè litteræ quas Apoſtoli Evangelio Chriſti ſupererogaverunt, Epiſtolæ appellatæ ſunt.* Quod autem non ſolum Apoſtoli in primitiva Eccleſia, verum etiam Hebræi in ſuis conventionibus ſoliti fuerint legere ſacram aliquam Canonicam lectionem, adeo verum eſt, ut qui illi contradiceret de fide ſuſpectus cenſeretur; de

ſæcu-

ſeculis autem ſubſecutis teſtantur S. Clem. Tertullianus, Liber Eccleſiaſticæ Hierarch. & expreſsè *S.* Juſtinus Martyr *in Apologet. 39. c. 3. Apol. ad Ant. 2. Die, qui ſolis dicitur, ...* Dominica, *omnes, qui in oppidis vel in agris morantur, unum in locum convenimus, commentariaque Apoſtolorum, vel Prophetarum leguntur, quamdiu hora patitur.* Quo hoc autem tempore miſſæ ſolitum fuerit fieri, liquet ex liturgia *S*ancti Jacobi Apoſtoli, unde hujusmodi ordinatio ad poſteriora tempora referri non debet, id eſt ad Alexandri Primi, qui ab aliquibus illius ritus inſtitutor creditus fuit. Neque ſolum ſacra *S*criptura, verum etiam Romanorum Pontificum *Litteræ* in Eccleſia legebantur: & quidem de una S. Clementis Epiſtola teſtatur Euſebius L. 3. c. 16. Hiſt. Eccl. *Hanc in plerisque Eccleſiis, & noſtra, & ſuperiori memoria, palam recitari conſueviſſe, comperimus.* Id ipſum de pluribus aliis ejusdem Pontificis affirmat Epiphanius *Lib. adverſ. Her. t. 2. Her. 30. Clemens ipſe omnibus illos modis redarguit, iis epiſtolis circularibus, quæ ab eo ſcriptæ in ſacroſanctis Eccleſiis leguntur.* *S.* Martyr Dionyſius Epiſcopus Corinthi, cujus memoria in Romano Martyrologio ad octavum diem Aprilis, ſpeciali nota, & encomio ob ſingularem erga litteras Ponti-

cis

is reſpectum ac venerationem, celebratur, ... as ſemper in Eccleſia ſolebat curare legi: ... nde ad *S.* Soterem Papam ſcribent Halloja Tom.2. dicit: *Hodie ſanctam diem Dominicam celebravimus, in qua veſtram legimus Epiſtolam, &c.* Conſuetudo hæc per longum tempus duravit in Eccleſia, illiusque occaſione ſcribit Cardinalis Baronius *Tom.2.An.* ... 175. *Tanti faciebant veteres ab Apoſtolica ſede ſcriptas epiſtolas, ut eas perinde, ac ſi Apoſtolum Petrum in ipſis loquentem audirent, in Eccleſia feſtis diebus recitarent.* Circa quæ plura videri poſſunt in Conſtitutionibus Gelaſii Papæ, à Gratiano *Dec.1. p.d.15. ſan. Rom.* ... relatis. Alii quoque Prælati inferiores, ... ſummæ ſanctitatis ac doctrinæ viri, prout *S.* Ignatius, & *S.* Polycarpus Epiſcopi & Martyres, eandem obſervarunt conſuetudinem, illorum in Eccleſiis legendi litteras; idque vel ob opportunitatem, quod ... tus tunc congregatus eſſet populus, vel ob particularem aliam aliquam cauſam, quæ exigebat, ac merebatur, ut in Eccleſia legerentur, ac publicarentur, prout etiam legimus factum fuiſſe circa litteras Imperiales, atteſtante *S.* Chryſoſtomo *Homil. 3. in ... ad Theſ.* qui ita Populo Conſtantinopolitano loquitur: *Hic etiam audivi legi litteras*

*Regis:*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Regis:* & ex attentione illa qua Epiſtolæ fuerunt perceptæ, inſigne eruit documentum, quomodo auſcultare debeamus Miſſæ Epiſtolam: *Si quiſpiam quidem veniat à Rege, omnes attenditis; à Deo autem venit, & è cœlis loquitur Propheta, & nemo eſt, qui attendat? An non creditis quod hæc, quæ dicuntur, ſunt à Deo? Et ipſa Epiſtolæ à* **Deo miſſæ ſunt.** *Ingrediamur ergo Eccleſiam cum eo, quo par eſt honore, & cum timore audiamus, quæ dicuntur.* In alio etiam loco *Hom. 36. in primam ad Cor.* utilem docet methodum audiendi Epiſtolam, ita ſcribens: *Quando audieris Prophetam dicentem: Hæc dicit Dominus, recede à terra, ipſe quoque in cœlum aſcende, cogita quisnam ſit, qui per illum tecum loquitur.* Notandus hic eſt certus mos, ac ritus, quem in illa Eccleſia ſolebant practicare, quod Diaconus, quando incipiebat Epiſtolam, indiceret cunctis ſilentium: *Stans Diaconus ſilentio indicto omnibus os obſtruit, non lectori honorem habens, hoc facit, ſed ei, qui per illum cum omnibus loquitur.* In Eccleſia Græca præmitti ſolebat Epiſtola aliqua ex veteri teſtamento, ac deinde ex novo, quæ duobus recitantur, quæ praxis hodiedum adhuc diebus ſolemnioribus obſervatur in Eccleſia

Ambroſiana *Settal. c.* 19. & in quibusdam par-
ticularibus ſolemnitatibus per annum, etiam
in Eccl. Romana, cujus veſtigia conſuetudi-
nis adhuc videmus in ſeptimãis quatuor tem-
porũ, & in feria quarta Dominicæ quartæ
Quadrageſimæ, & ſeptimanæ ſanctæ, quæ
præcedunt Ordinationẽ, quæ fit in Sabbatho,
*Gavant. in Rub. Miſſ. p.* 4. *tit.* 11. *ut moneantur or-
dinandi, quod teneant memoriam legis & Pro-
phetarum.* In ipſo ſabbatho Ordinationis ſex
leguntur, quinq; ex veteri & una ex novo Te-
ſtamento, quia in quinque mundi ætatibus, *Multifariam multiſq; modis loquens Deus Pa-
tribus in Prophetis :* *Hal. de Sac. Ord. an.* 4. *ſec.
cap.* 5. in ſexta & ultima, *locutus eſt nobis in
Filio.* Scribit S. Nicolaus Papa, morem fuiſ-
ſe in Eccleſia Conſtantinopolitana, ut lege-
retur Epiſtola, eo ritu quo in ſolemnitatibus
legitur Evangelium, primo in lingua Latina,
poſtea in Græca. *Lib. Comitis S. Iſtius dictione
lingua Conſtantinopolitana Eccl. lectionẽ Apo-
ſtolicam & Evangelicã in ſtationibus fertur pri-
mus recitare. Sicq; demũ Græco ſermone, pro-
pter Græcos utiq; ipſos lectiones pronuntiare: Nic.
ad Mich. imp. ep.* 8. illudq; exemplum, ut dicit
Cardinalis Baronius, *T.* 1. *a.* 16. aliæ Eccleſiæ
Græcæ imitatæ fuerunt. Modus ille hodiedũ
adhuc obſervatur in Capella Põtificia, quãdo
ſua

ſua Sanctitas ſolemniter celebrat: dicitur in cærimoniali, olim moris fuiſſe, quod in ſeptimana ſancta in Palatio Apoſtolico Prophetiæ, ac Paſſio Latinè *lib. 3. cap. 7. lib. de quibusdam reb. ad miſſ. ſpec. cap. 7.* & Græcè recitarentur; de ſex lectionibus ex duodecim Sabbathi ſancti, teſtatur Berno Augienſis. Ex mandato S. Damaſi Papæ S. Hieronymus ordinavit Epiſtolas, & Evangelia per annum, juxta communiorem opinionem, quamvis alii de hoc dubitent, & tandem in ipſius antiquo lectionario reimpreſſum vidimus, appellato *Liber Comitis*, cui adjunctum legitur, compoſitum eſſe à Theorincho Presbytero, ex capitulo Franciæ. *Hinc tamen* non ſequitur, antecedenter factam non fuiſſe, certis ſaltem anni temporibus, aliquam diſtinctionem, prout ipſe S. Damaſus, ſcribens S. Hieronymo teſtatur. Cantabatur Epiſtola in loco excelſo, appellato umbo, ſeu pulpitum, non tamen in ſupremo, ut locus relinqueretur dignior, altiorque Evangelio. Apud antiquos Patres, locus ille vocabatur, *Tribunal Eccleſiæ, Cyp. Ep. 34. Prud. Hym. de S. Hipp. Greg. Turon. l. 1. de Gl. Mart. cap. 2.* ſiquidem ex illo, tanquam ſacro tribunali, cœleſtis oracula prodibant ſententiæ, per ſacrã lectionem inſinuatæ in ſalutem illorũ, qui præſtanda

implebant, in aliorum autem condemnationem, qui ea negligebant. Officium legendi Epiſtolam ſoli attributum eſſe ac convenire Subdiacono, tantum putat Cardinalis Bona cœpiſſe in ſæculo octavo, dum antea functionem illam peragerent promiſcuè alii lectores, ad quod videtur alluſiſſe S. Joannes Chryſoſtomus *Hom. 8. ad Hebr.* dum dicit: *Singulis hebdomadis hæc vobis bis, vel ter leguntur; & cum Lector aſcenderit dicit primum; cujus ſit liber, nempe hujus, vel illius Prophetæ, & tum dicit, quæ dicit, ut ea magis ſignetis, & obſervatis, & non ſolum ſciatis, quæ illic ſcripta ſunt, ſed & cauſam eorum, quæ ſcripta ſunt, & quis ea dixerit.* Verùm nollem, modo quoq; poſſe adjungi ea, quæ ſtatim ſubdit idem ſanctus: *Sed omnia fruſtra fiunt, omnia temere*, nimirum ob exiguam applicationem, ac fructum, quod auditur verbum Dei, ejusq; præcepta in praxim rediguntur, ac obſervantur.

Ratio autem, cur Epiſtola, tanquã minus digna, digniori præmittatur Evangelio, redditur à Walfrido *c. 22. de reb. Eccl. l. 1, Gem. anim. c. 8. Ut ex minoribus audientiũ animus ad majora proficiat & gradatim ab imis ad ſumma conſcendat. & etiã quia, ut dicit Honorius*, *Legua* [illegible] *Epiſtola. Subdiaconus, qui Epiſtolam legit, ſignificat Joannem Baptiſtam, qui ante*

*Chriſtum prædicavit.* Et quia S. Joannis prædicatio tota devolvitur ad hunc finem nobiliſſimum: *Parare Domino plebem perfectam,* recte in Miſſæ ſacrificio, ad quod ipſemet Chriſtus deſcendit in altare, præmittitur talis invitatio, ac diſpoſitio, hinc optime dicit piiſſimus quidam author, Leguadier citatus: *Elice ergo ex Epiſtolis teſtimonia, & lumina fidei, & veritates ad cognoſcendam, colendamque perſonam Chriſti in Euchariſtia futuram, & ad amoris ejus ignem, in tui cordis ſinu accendendum, ut illum dignè recipias.*

Quoad ſacrum Epiſtolarum codicem, qui in multis Eccleſiis diſtinctus eſt, & particularis, in ſumma ſemper fuit veneratione, ita ut de Victore Tertio ſummo Pontifice Sanctiſſimo ex Illuſtriſſima Ducum Beneventanorum familia, in qualitate Deſiderii Abbatis Montis Caſſini, hæc referant illius Monaſterii Chronica: *Librum Epiſtolarum ad Miſſam deſcribi faciens, tabulis, aurea una, altera vero argentea decoravit.* Chron. Caſſ. l. 3. c. 30.

Finita Epiſtola, nomine totius Eccleſiæ reſpondet Miniſter DEO Gratias: Quorum verborum inventricem conſtituit Magnam DEI Matrem S. Bonaventura: Cap. 3. Medit. vitæ Chri. *Quod ſi quis eā ſalutaret, illa pro ſua reſalutatione ſubjungebat,*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*bat, Deo gratias; primumq; ab ipſa exiit, ut cum ſalutantur homines ſancti, Deo gratias dicant.* Fuitque hæc maximè apposita Ep ſtolæ reſponſio, utpote quæ ut diximus, Sanctum Joannem præfigurat, primumque à Beata Virgine circa illum practicata fuit, utpote quæ, *ingreſſa domum Zachariæ, ſalutavit Eliſabeth,* hac ipſa ſua ſalutatione magnum commodum conferens Joanni.

Porro, ad antiqui teſtamenti imitationem, in quo poſt Lectionem ſacram auditam populus ſolebat acclamare, prout in Nehemia cap. 3. legimus, introducta ſunt ab Eccleſia Reſponſoria, quæ modò communiter Gradualia appellantur, nomenque hoc ſortita à Loco, in quo ſolebant cantari, hoc eſt inferiori gradu pulpiti, juxta Honorium; quæ opinio Cæſareo confirmatur, *L. 1. c. 96. item L. 6. De ſimpl. c. 5.* qui loquens de virtutibus vitaq; Religioſa Empfridi Decani S. Andreæ Coloniæ, dicit: *Alleluia, feſtivis diebus, ut cæteri, ad gradum ipſe cantavit:* Vel etiam, quia ſolebat cantari eo tempore, quo Diaconus gradus pulpiti aſcendebat. *Strab. c. 22.* Cauſam cur hoc ab Eccleſia fuerit introductum, manifeſtat S. Juo: *Poſt Lectionem congaudendo reſpondet Chorus, oſtendens ſacræ Lectioni ſe adhibuiſſe auditum, & affectum, &*

*quia hæc divini muneris eſſe intelliguntur, ſequitur Alleluia, quod interpretatur Laudate Deum, ut adimpleatur illud Apoſtolicum præceptum, qui gloriatur, in Domino glorietur.* Nec forte etiam abſq; fundamento præſumi poteſt, originem hujus uſus derivatam eſſe à pœnitentibus, quorum, qualiſcunque tandem primis ſœculis fuerit ſtatus ac conditio, certum tamen eſt ſœculo tertio in varias fuiſſe diſtributos claſſes, quarum prima vocabatur *Fletus*, ſecunda *Auditio*, tertia *Subſtratio*, quarta *Conſiſtentia*: Et licet illi qui vocabantur *Flentes*, ſtarent extra Eccleſiam in porticu, Cilicio cooperti, intromittebantur tamen ad miſſam Cathecumenorum: *illi autem* qui *Audientes* appellabantur, intra ipſam portam Eccleſiæ, & ad audiendam ſacram lectionem, & exhortationem admittebantur. Ulterius procedebant *ſubſtrati*, pulpitum tamen tranſire iis licitum non erat, ſed ſeſe in acerbiſſima pœnitentia affligentes, in actibus profundiſſimæ reverentiæ, ac humilitatis, recipiebant manuum impoſitionem, ſimulque aliis cum orationibus reconciliabant, vel ob ſolemnitatem, vel ob jejunium, quod longo tempore continuare ſolebant. Eratque videre indies hiſce in cæremoniis extraordinarios omnipotentiæ divinæ effectus

in favorem illorum, ſupra quos, aut Epiſcopi, aut ſacerdotes, vel etiam Diaconi, aliive ex reliquo Clero preces effuderant, adjuncta illa manuum impoſitione, diverſa ab illa, quæ fiebat in Sacramentorum adminiſtratione. *Conſiſtentes*, qui erant in quarta claſſe, non ſolum, ut *audientes* aſſiſtebant miſſæ Cathecumenorum, ſed toti ſacrificio, tranſeuntes pulpitum uſque ad ipſum ſanctuarium, illis tamen conceſſum non erat, aut offerre, aut communicare, quod erat correlativum oblationis. Quis autem fuerit habitus, quæ conſtitutio, quæ conditio iſtorum hominum inſinuat, Tertull. lib. 3. de Pœnit. c. 9. ubi deſcribit, quod præter ſquallorem veſtimenti, continuum illis fuerit, *Jejuniis preces alere, ingemiſcere, lachrymari, & mugire dies nocteſque ad Dominum Deum ſuum, Presbyteris advolvi, & charis Dei adgeniculari, omnibus fratribus legationes deprecationis ſuæ injungere.* Quis explicabit lachrymabiles gemitus illos, illos ex imo pectore eductos ſingultus, quos caterva pœnitentium eliciebat, maximè auditis præceptis legis, & Apoſtolicis exhortationibus, non abſimiliter, quam ſi Jeroſolymis vivi Sancti Petri vocem audiviſſent: *His auditis, compuncti ſunt corde*: *Act. 2.* eratque, juxta meum ſenſum, quaſi videre tunc tem-

poris, delineationem aliquam gradualis, de quo ſcribit Rupert. Abbas L.1. *de Div. off.* quod *conſtet verſiculis, ad pœnitentiam pertinentibus:* Et ideo tempore Paſchali graduale non dicitur, quia eſt tempus lætitiæ, ac jubili, ſed ſolum in octava Paſchalis ſolemnitatis, ut noviter Baptizati excitentur, & quaſi ſaliant *de virtute in virtutem*, quaſi ex uno gradu in alium, *donec videatur Deus Deorum in Sion.* Deſumpta ſunt iſta ex Pſalmis, & ideo in miſſa Ambroſiana reſponſoria vocantur parvi ſeu minores Pſalmi, & poſt Lectiones cantantur; ſicuti inter Pſalmos, tredecim pro titulo habent: *Canticum gradnum:* & juxta Gulielmum Lindanum, *apud Lorin. Pſ.119.* duo ex prædictis Pſalmis, omni die mane, & veſperi cantabantur, dum Veteris Teſtamenti ſacerdotes ad eminentiorem templi locum aſcenderent, ad explicandam, ad docendam legem, eodem modo, ſicuti modò aſcendit Diaconus ad pulpitum, ad cantandum Evangelium. Propria cantantur gradualia, de S. Joanne Baptiſta, Sancto Paulo, Joanne Evangeliſta, S.Laurentio, in ſolemnitate S.Petri ad Vincula, de S.Andrea, S.Philippo Apoſtolis, de S.Ignatio Martyre, S.Martino, S.Franciſco, S.Joachimo, & quibuſdam aliis, de quibus duo ſolum ſunt verſus proprii, omnia

alia, duobus exceptis, deſumpta ſunt ex integro, è libris Canonicis ſacræ ſcripturæ, adjungiturque in fine illorum *Alleluja*, cujus vocis, Hebræis etiam uſitatæ, authorem aliqui faciunt ipſum S. Prophetam David in inſcriptione Pſalmi 104. juxta verſionem ſeptuaginta Interpretum, *Serrarius in Tobiam c. 13. Q. 2.* De ſignificato illius dicit S. Auguſtinus, *hanc eſſe vocem laudis, nullus Chriſtianus, quamlibet imperitus ignorat.* Et ſicut Gentiles in ſummo jubilo ac exultatione utebantur hiſce verbis: *Jopœan, Jopœan*, ita ex Hebræo fonte remanſerunt in Eccleſia vocabula illa jucundiſſima, *Alleluja, Alleluja, quod Latinè,* dicit S. Auguſtinus *Serm. 18. Fer. 3. poſt Paſcha. interpretatur Laudate Dominum*, adjungitque documentum aliquod præſtantiſſimum: *Laudemus Dominum Fratres vita, lingva, corde, & ore, vocibus & moribus. Sic enim ſibi dici vult Deus Alleluja, ut non ſit in cantante diſcordia.* Rectè Graduali, qui totus eſt pœnitentiæ cantus, pro conſolatione vox illa conjungitur, ùt lachrymæ pœnitentium ſpem recipiant indulgentiæ; Unde obſervat Bellarminus Pſalmum 105. qui totus agit de ingratitudine Filiorum Iſrael, pro titulo habere *Alleluja*, *Exp. in Pſal.* dicitque, *Attamen per pœnitentia mreconciliati in gratiam re-*

*deunt.* Vult etiam per hoc Eccleſia obviare Novatianorum errori, qui pœnitentibus miſericordiæ portam claudebant, & pro illorum confuſione introductæ ſunt in Eccleſia variæ illæ pœnitentium claſſes. *Ergo & hic cantemus Alleluja*, dicebat S. Auguſtinus, *adhuc eſt homo reus, ſed fidelis eſt Deus.* Etiam vox illa bis replicatur, *& bis Alleluja*, inquit idem Sanctus, *serm. 8. quod nobis cantare isto tempore ſolemniter moris eſt*: Servaturque in hoc conſuetudo Hebræorum, qui voces affectum aliquem exprimentes ſolent duplicare, uti ſæpius videmus in *Amen, Amen*, quæ erat petitio felicis ſucceſſus, illius quod poſtulabatur; &etiam, *Fiat, fiat*, deſignabat. Idem quoque obſervo uſitatum fuiſſe in illis verbis, *Abba Pater, cum aliud nihil ſit Abba, quam Pater.* Vel quia in prima ſua inſtitutione, ut dicit S. Iſidorus, *l. 1. de Eccl. offic. c. 13.* ab uno ſolo cantari ſolebat, & à toto choro repetebatur; vel ob myſticam ſignificationem à Richardo à S. Victore *in cap. 19. Apoc.* adductam; *Iteratur ad ſignificandam laudis æternitatem*; vel etiam ob duplicem quam exſpectamus glorificationem, animæ & corporis; vel propter duos choros Deum laudantes, unum in cœlo, in terra alterum. *Ibi laudes Deo*, dicit S. Auguſtinus, *& hic*

lau-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*laudes Deo: ſed hic à ſollicitis, ibi à ſecuris; hic à morituris, ibi ſemper à victuris: hic in ſpe, ibi in re; hic in via, ibi in patria.* Vel etiam ob duos populos, Judaicum, & Gentilem, qui tandem convertentur, & in unum convenient ad laudandum Deum, uti Pſalmiſta prædixit in Pſalmo 105. cui titulum indidit *Alleluja*, duplicatum, dicens; *de regionibus congregavit eos*, id quod obſervat S. Auguſtinus, factum etiam fuiſſe in Pſalmo antecedente, in quo de populo Iſraelitico fuerat locutus: *Cantatus eſt ille de populo Iſrael, cantatur etiam iſte de univerſa Eccleſia Dei, diffuſa toto orbe terrarum.* Ulterius autem valde apposite interponitur aliquis verſiculus, ad imitandum Divinæ Providentiæ ordinem, quæ in præſenti vita, ut dicit S. Joannes Chryſoſtomus, Hom. 8. in Matt. *neque jucunditates, neque tribulationes ſinit habere continuas*; & ad inſinuandum nos in hac vita ſolum debere cantare, ac voces jubili emittere, ut itineris moleſtias ſuperare valeamus: Serm. 18. ubi ſupra. *Modo cantemus non ad delectationem quietis, ſed ad ſolatium laboris; quomodo ſolent cantare viatores, canta, ſed ambula. Laborem conſolare, pigritiam noli amare, canta, & ambula.* Et licet laudare Deum functio ſit, inter omnes hujus vitæ præſtantiſſima,

 ju-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

jucundiſſimaque, nihilominus dicebat S. Auguſtinus, *Odor nos quidem divinæ laudis, & illius quietis attingit, ſed ex majore parte mortalitas premit. Laſſamur enim dicendo, & membra noſtra reficere volumus; & ſi diu dicatur Alleluja, onerosa nobis eſt laus Dei, propter molem corporis noſtri: nam plenitudo ſine ceſſatione in Alleluja, poſt hoc ſæculum, & poſt laborem erit.* Propterea alternatur, ſed non omittitur, *tanquam inſatiabile bonum*, ſcribit ad hoc propoſitum Caſſiodorus, *in Pſ. 104.* *Tropis ſemper variantibus innovatur.* Etiam in miſſis defunctorum aliquandiu in uſu fuit canticum illud, prout de cantu ipſius teſtatur S. Hieronymus, etiamque in Eccleſiis Hiſpaniarum, ac Franciæ conſuetudinem illam diu viguiſſe, ob ſpem illam certam, credo ego, quam in quadam pro defunctis collecta inſinuare videtur Eccleſia: *Deus, cui corpora noſtra moriendo non pereunt, ſed mutantur in melius:* apud Chriſtianos enim vitam æternam exſpectantes benedicitur; *melior eſt dies mortis, quam nativitatis*, quapropter jure merito cantabant *Alleluja*, quod ab aliquibus appellatur *Canticum Gloriæ.* Quam fuerit olim familiare illud Chriſtianis, etiam à primis pueritiæ annis, & quomodo diverſæ Eccleſiæ illo fuerint uſæ, uti etiam quam præclaros,

claros, proficuosque effectus, voce illa Sanctiſſima mediante, diverſi produxerint, videri poteſt apud diverſos authores *Baron. in 1. Martii 5. Apr. Lorin. in Pſ. 104. Oliv. Bonart. de ſacr. Miſſa.* Omittitur autem à ſeptuageſima, uſque ad Paſcha, uti habemus in decreto Gratiani, *c. 3. P. Diſt. 1. Hi duo.* idque ob varias rationes, inter quas magis fundata ſidetur illa, quam adfert Cardinalis Turrecremata, *ſuper decreto,* quia illo tempore repræſentatur ſtatus primitivæ Eccleſiæ, quo à Chriſto fuit redempta, atque hinc incongruum erat canticum aliquod, ſpecialem deſignans lætitiam, quodque cantaretur tono feſtivo, ac jubilo: ſimiliter etiam, quia repræſentatur lapſus Adami, per quem excluſi ſumus à conſortio, ac concentu Angelico, eratque proinde incongruum canticum aliquod Angelicum, quale eſt *Alleluja,* prout illud in Apocalypſi ab angelis cani audivit S. Joannes. Quartum Concilium Toletanum illud prohibuit per totam Quadrageſimam, ob cauſam, *Quia tempus eſt, non gaudii, ſed mœroris,* dicitque eſſe conſuetudinem univerſalem, ita obſervatam à tempore ſancti Benedicti, ſed paulo poſt ipſum anticipatum à ſeptuageſima, uſque ad Paſcha. Succeſſu temporis etiam prohibitum fuit canii in miſſis defunctorum, *quia in mortuorum*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*orationibus*, dicit Maldonatus, *M. S. Com. de Cær. miſſæ.* *non eſt laus, ſed ſuffragium.*

Loco *Alleluja* ejusdem verſus, introductus fuit Tractus, ita dictus, ut vult Honorius *l. 1. c. 96. Gem.* *quia trahendo, id eſt, tractim canitur*, & ex patetico hoc cantandi modo deducit Hugo à S. Victore *l. 1. cap. 7. ſpec. Eccl.* repræſentari lachrymas ſanctorum, vel S. Matris Eccleſiæ, uti vult Alcuinus *de ſeptu.* qui peregrinantes in terra, inceſſanter ſuſpirant ad beatam, cœleſtemque patriam; *Unde ab imo pectoris gemitum trahunt, qui licet ſpe gaudeant, ut monet Alleluja, tamen in hac lachrymarum valle, commorantes gemunt flebiliter.* Innocentius *l. 2. Myſt. m.* credit eſſe inſinuationem, ac demonſtrationem aliquam miſeriarum præſentis vitæ: *Tractus, tum aſperitate vocum, tum prolixitate verborum, miſeriam præſentis incolatus inſinuat.* Stephanus Eduenſis dicit per illum ſignificari, *Gemitus & ſuſpiria pœnitentium in convalle lachrymarum*, ipſumque cum Graduali unitum, demonſtrat ad litteram verificari illud, *Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit, in valle lachrymarum*, uti dicebat Pſalmiſta. Solebat cantari diebus illis magis à Populo frequentatis, unde adhuc manet, quod non omni die, ſed in feſtis, & in aliquibus ſepti-

manæ

manæ feriis, in quibus, tanquam ad ſolemnem luctum convenitur, ſemper recitetur: ſuntque etiam in feriis illis ſpecialia adjuncta pro Choro officia, ſcilicet Pſalmi pœnitentiales, Graduales, officium defunctorum &c. ita ut dies lunæ dedicetur ſuffragiis mortuorum, Mercurii memoriæ Redemptionis noſtræ, & dies Veneris crucifixioni Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Sonat etiã in Latino Idiomate *Tractus*, quaſi jus piſcandi, prout communiter dicitur, poteſtas, ſeu jurisdictio piſcationis, cujus ſunt exempla plurima, & quia Prædicatio Evangelica, quæ Tractum immediatè ſubſequitur, eſt magna illa piſcatio cui applicati fuerũt Apoſtoli, jure illis Divinitus attributo ad Tractũ faciendũ per totũ mundũ, nõ adeo abſonũ foret credere, quod ab illa captura canticum illud denominatum ſit *Tractus*, quod maxime vicinũ eſt tempori in quô rete Evangelicũ expanditur & jacitur.

Ut plurimum Tractus ex Pſalmis deſumuntur, paucique ſunt; qui ex aliis libris canonicis ſunt deprompti, duo aut tres ſolummodò è non canonicis: *Guyet. in Heort.* Authorem Tractus credit Rupertus fuiſſe S. Gelaſium Primum: Similiter Gradualis, quod etiam Gradale appellatur, authorẽ facit Bernoldus S. Cœleſtinum: Cum minore fundamento

alii opinati ſunt originem habere à Gregorio Magno: Diſpoſuit ille equidem in ſuo Antiphonario Gradualia per totum annum, ſed diu ante ipſum fuerunt in uſu. Alii aliqui aſcribunt S. Theleſphoro. Et licet nihil certi poſſit affirmari, ſi tamen admittatur id, quod ſcribit S. Iſidorus, fuiſſe inceptos, aut incepta in Italia, quod idem forte eſt dicere, ac ſub Cœleſtino, quando jam tempore ſancti Auguſtini erant introducta in Africa, cujus irrefragabile habemus teſtimonium: *Serm. 10. de Ver. Ap.* *Primam lectionem audivimus Apoſtoli; deinde cantavimus Pſalmum, poſt hæc Evangelica lectio.* Scio, quod in concilio quarto Tolerano celebrato Anno 633 prohibitum ſit intermiſcere canticum inter Epiſtolam & Evangelium, unde multi putarunt errorem eſſe credere Gradualis inſtitutioné ſpectare ad illa tempora: verum id, prout eruditiſſimè obſervat Cardinalis Bona *Rer. Liturg. lib. 2. cap. 6.* procedit ex occaſione Ritus Mozarabiorum, qui cantata, primo pro Epiſtola, lectione aliqua veteris Teſtamenti poſt illam, & non poſt Epiſtolam ponebant Reſponſorium, vel Graduale, hoc, quod volumus dicere, illud eſt, quod hodiedum ſemper practicatur in Eccleſia Mediolanenſi. Neſcio, an inter

Tra-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tractus lugubria illa cantica queant computari, quorum meminit Sozomenus *Hiſt. Eccl. lib. 7. cap.* 23. Antiochiæ uſum fuiſſe tempore conceptæ erga incolas indignationis ab Imperatore Theodoſio, quam omni modo amoliri, ac mitigare ſatagebant, in eumque finem S. Flavianus Epiſcopus, *Perſuaſit adoleſcentibus, qui ad imperatoris menſam canere ſclebant, ut cantica, quibus Antiocheni in ſupplicationibus ſuis utebantur, cantarent; quo facto Imperator in clementiam flexus, & miſeratione ſuperatus, iram protinus abjeciſſe dicitur, & Antiochenſibus in gratiam rediiſſe, perfuſo è lachrymis poculo, quod tum fortè in manibus habebat.* Certum eſt, quod tali exemplo, ſi necdum fuiſſent introducti Tractus, permoveri potuiſſe Eccleſiam ad idem cum ſupremo cœli Monarcha, ac Imperatore practicandum, quod tam efficax ac præſtans fuerat apud Regem terrenum.

In quibusdam anni ſolemnitatibus approbat S. Eccleſia etiam ſequentias, quas videtur anticipatè advertiſſe Sanctus Auguſtinus in Pſalmum 32. & recognoviſſe pro modulo aliquo jubili: *Sonus quidam ſignificans cor parturire, quod dicere non poteſt.* Amalarius exiſtimat eſſe tem-

peraturam aliquam ſequentis gaudii, acexultationis, unde & jubilus appellatur: *lib. cap.* 16. *Hæc jubilatio ſtatum illum ad mentem noſtram revocat, quando non erit neceſſaria locutio verborum, ſed ſola cogitatione mens menti monſtrabit, quod retinet in ſe.* Illa autem jubili effuſio, quæ quaſi abſque ordine currit, ac vagatur, eſtque in cantu jucundiſſima, optimè, licet vocabulo nonnihil barbaro, Sequentia vocatur, *Quod per amœnitatem Cantus* dicit Hugo, *lib.* 2. *cap.* 19. *ſpec. Eccl. ad ſequentia nos præparet;* id eſt, ad gaudia Paradiſi, & ideo advertendum eſt, in Ordine Romano non cantari, niſi tempore ſummi gaudii, quale erat in Eccleſia, Nativitas Chriſti, ſancti Joannis Baptiſtæ, Reſurrectio Chriſti, Epiphania, Pentecoſtes, ita enim longo tempore practicatum reperitur in Monaſterio Cluniacenſi, prout affirmat Uldericus *Conſt. Clun. lib.* 1. *Proſa, quod alii ſequentiam vocant, non cantatur, niſi in quinque feſtis:* Proſam vocat, quia non eſt reſtricta ad verſuum ſeu carminum leges, uti dicit Clitoveus, *liberis vagatur habenis.* Habet tamen etiam ſuas leges, maximè quando eſt rythmica, circa ſyllabarum cadentias. Quando Proſæ ſeu ſequentiæ variis fuerint introductæ in Eccleſiis, videri

deri

deri poteſt apud citatum Clitoveum, qui in quarto ſui Elucidarii libro nihil aliud facit, quam adferre, ac explicare plurimas ſequentias; inter quas aliquæ valde affectuoſæ ſunt, quas compoſuit Adamus à S. Victore in laudem Sanctiſſimæ Trinitatis, & S. Laurentii. Modò ab Eccleſia Romana reſtrictæ ſunt ad quatuor ſolum. Prima illa eſt, quæ in ſolemnitate Paſchali dicitur, incipitque, *Victimæ Paſchali*, cujus volunt eſſe authorem Notgerum Abbatem ſancti Galli in Helvetia, diverſum plane, ac antiquiorem altero illo Notgero Epiſcopo Leodienſi: *Poſſevi. Tom. 2. Appar. Sac.* Is compoſuit unum librum ſequentiarum, quem Lutuardo Epiſcopo Vercellenſi dedicavit, poſtea à Nicolao Primo ſumo Pontifice approbatum pro tota Eccl. de quo eodem dicit Echehardus: *in Vit. S. Notg. cap. 17.* id factum ſervato, conſtante Eccl. more, ac conſuetudine, cujus facit mentionem in ſuis ad Carolum Calvum Imperatorem litteris, idem Pontifex Nicolaus: *Bar. a. 878. n. 62. Quod juxta morem nobis mittitur & noſtro judicio debuit approbari.* Altera eſt in ſolemnitate Pentecoſtali, *Veni Sancte Spiritus*; quæ à multis attribuitur Roberto, Chriſtianiſſimo Francorum Regi, Filio Hugonis Capeti; Verùm, licet hic fuerit Author unius ſequen-

quentiæ illius ſolemnitatis, non tamen illius, quæ hodiedum cantatur, ſed alterius, quæ incipit: *Sancti Spiritus adſit nobis gratia*, quæ in Clitovei Elucidario regiſtrata reperitur. Id docet manifeſtè Joannes Brontonus Ciſtercienſis in ſuo Chronico pag. 883. *Hic Robertus Rex fecit* ſequentiam illam de feſto Pentecoſtes, quæ ſic incipit: *Sancti Spiritus adſit nobis gratia*, unde non bene à Durando attributa fuit Hermanno Contracto, debuiſſet enim recognoſcere Hermannum Authorem illius, quæ hodie in Eccleſia cantatur, prout aſſerunt Poſſevinus, & alii communiter. Illam de Sanctiſſimo Sacramento compoſuit S. Thomas Aquinas, Doctor Angelicus, cujus omnem tollit ſcrupulū ac dubitationem Diſſertatio Critico-Hiſtorica Patris Natalis à S. Alexandro, qui loquens de illa, dicit: *Apol. pro S. Thom. ſimplicitatem, elocutionis cum proprietate verborum conjungente; res Divinas exprimit, & illuſtrat; quapropter* non absq; ratione inquit Clitoveus, ab illa tam clarè perſpicuè, ac doctè explicatam eſſe materiā myſterii Auguſtiſſimi Sacramenti, *ut non niſi à doctiſſimo, & ſacrarum litterarum ſcientiſſimo viro, iſta ſic exprimi potuerint.* Occaſione ſolemnitatum, tres illas ſolum ſuo in Miſſali reſervavit Eccleſia Romana

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eſtque illarum frequens uſus variis in Religionibus, ſingulariter in feſtis ſui Ordinis, ex diſpenſatione & indulto Apoſtolico, illaque Dominicani & Auguſtiniani, utuntur, hi in feſto Sancti Doctoris, incipitque *De profundis tenebrarum*, diciturque fuiſſe compoſita ab eodem S. Thoma. Frequentiſſimæ erant illæ in Eccleſiis Franciæ, ex quibus adhuc hodie dum plures ſunt in uſu. *Guyet. in Heor.*

In vita Pauli Abbatis ſancti Albani vocantur ſequentiæ hoc nomine, Tropiaria, quæ vox, ſecundum Concilium Lemovicenſe, celebratum Anno 1031. nihil aliud ſignificat, quam Laudes feſtivas; erant tamen diſtinctæ à ſequentiis, ex teſtimonio Authoris vitæ ſancti Notgeri. Nomen illud, præ omnibus aliis videtur convenire ſequentiæ mortuorum cujus principium eſt, *Dies iræ*, ſi quidem cantus ille flebilis ſeptimanæ Majoris, vocatur, *Tropi Lugubres, præcinentibus Cantoribus, & Choro reſpondente flebili modulatione, decantantur.* Ita Rupertus *cap.16.* Minus tamen proprie illi convenit nomen ſequentiæ; rythmi enim ſequentiarum decantabantur præ exceſſu jubili, ac gaudii, quod loco illi, è diametro lætitiæ oppoſitæ, convenire non poteſt; niſi forte eo modo, quo obſervat tyrannus Feſtum Præſidem appellatũ

fuiſſe

fuiſſe ab Apoſtolo Paulo, optimum, quia fungebatur officio Judicis, cum tamen jure merito illi deberetur nomen peſſimi. Quis author ſit Proſæ defunctorum, multum à ſcriptoribus controvertitur; & licet nullo modo acceptetur opinio illorum, qui illam adſcribunt aut Gregorio Magno, aut S. Bernardo, inveniuntur tamen qui putant compoſitam à S. Bonaventura, aliqui à Matthæo Aquaſparta Cardinale aut à Thoma Celano, omnibus tribus ex ordine Minorum. Alii putant prodiiſſe ab Auguſtino Bugellino Piemontenſi, ex ordine S. Auguſtini. Communiter tamen videtur attribui vel Umberto Generali, vel Latino Cardinali *Urſino*, qui ambo fuerunt ex ordine Prædicatorum.

## Caput Quartum.

### *De Sacro-Sancto Evangelio.*

ANtecedentibus, ac præmiſſis hiſce diſpoſitionibus proceditur ad intonandum ſacroſanctum Evangelium, quod tamen antequam inchoetur, præſcribitur Miniſtris Altaris à Rubricis, ut pro actu illo ſummæ venerationis, humillime recitent brevem illam orationem, quæ incipit, *munda cor meum*, quæ verba quaſi videntur excerpta ex liturgia S. Jacobi Apoſtoli ante incenſa-

tionem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tionem dici ſolita, ſuntque hujusmodi: *Domine Jeſu Chriſte illo duplicis naturæ Carbunculo, quo forcipe labia Iſaiæ attigiſti, & ejus peccatum abſtuliſti, tange & noſtros ſenſus, & expurga ab omni macula.* Parum differentia ſunt illa, quæ recitantur in liturgiis S. Marci, S. Baſilii, & S. Joannis Chryſoſtomi, videturque ex illis S. Paulinus, celebraturus laudes ſancti Felicis Presbyteri & Martyris, ſumpſiſſe hanc invocationem: *Nat. 9.*

*O mihi fulminea Cherubim ſi forcipe ſumptum*
*Carbonem ex ipſa Domini procul auferat ara,*
*Et peccatoris male pingvia labra perurat.*

Ubi Roſweydus in ſuis notis bene advertit, loco *Cherubim*, ſubſtitui debere *Seraphim*, prout habet vulgata noſtra, quod fortè, aut lapſu memoriæ, aut amanuenſium irrepſit oſcitantia. Deinde petitur benedictio, ad demonſtrandum, quod nemo ſibi debeat arrogare officium prædicandi, ſi ad hoc non fuerit deſtinatus, juxta monitum Apoſtoli; *Quomodo prædicabunt, niſi mittantur?* Et ut ſolemnius demonſtretur, in quanta apud antiquos Chriſtianos fuerit veneratione ſacrum Evangelium, moris erat pro actu illo adeo excellenti exercendo à proprio Epiſcopo petere, benedictionem. In qua functione monet Amalarius Diaconum, ut bene meminerit

im-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

impertitæ ſibi à celebrante benedictionis: *Dominus ſit in corde tuo &c. Intendat*, dicit diligenter *Diaconus, ut cor ejus cum Dominicis verbis vadat, & non ſit infructuoſa oratio Sacerdotis; Dominum in mente teneat, quem ſuſcipit per benedictionem Sacerdotis: & ut non evacuent verba impoſita, neve introeant nociva, ſigno crucis facto, manu Sacerdotis ſuper caput ejus munitur.*

Non legitur Evangelium ab illa parte, in qua lecta fuit Epiſtola, ſed in altera, ad demonſtrandum legem ſanctam translatam eſſe à Judæis ad Gentiles, ideoque etiam Miſſale ab uno, ad alterum cornu defertur. Hoc ipſum inſinuare voluerunt Apoſtoli, dum videntes pervicaciam, ac obſtinatam Hebræorum voluntatem dixerunt; *vobis oportebat annuntiare Regnum Dei, ſed quoniam repuliſtis eum, ecce convertimur ad gentes.* Etiam in Miſſa ſolemni ad illud deferuntur accenſi cerei, ad diſtinctionem Epiſtolæ, quæ legem veterem cum figurarum obſcuritatibus denotat, uti eleganter S. Paulinus obſervat. Car. de Cels.

*Inde ſub antiquo legitur velamine Moyſes*
*Judæis nebula cordis opertus adhuc.*
*Quam de luminibus mentis mihi credita*
*aufert*

Cre-

*CHRISTUS, adumbratas diſcutiens*
*ſpecies.*
*Seque docet priſca velatum legis in umbra,*
*Jamque revelatum corporis in facie.*

Ritus illius antiquitatem ſufficienter demonſtrat S. Hieronymus ſcribens contra Vigilantium: *Per totas Orientis Eccleſias, quando legendum eſt Evangelium, accenduntur luminа, jam ſole rutilante, non utique ad fugandas tenebras, ſed ad ſignum lætitiæ demonſtrandum. Unde & virgines ſemper habent accenſas lampades.* De S. Leone III. qui à Græcis ad Francos Imperium tranſtulit, ſcribit Anaſtaſius; *fecit lucernas fuſiles duas ex argento puriſſimo, & hoc conſtituit, ut Dominicorum die, vel in ſanctis ſolemnitatibus, hinc inde juxta lectoriũ conſiſterent, & ad legendum ſacras lectiones, luminis ſplendore refulgerent.* Et præter hoc aliud etiam habet ſignificatum particulare, quod, *De tenebris nos vocavit in admirabile lumen ſuum*, mediante infuſione habitus Fidei, unde Baptiſmus vocatur *Illuminatio*, & feſtum Baptiſmi Chriſti, *ad ſancta lumina*, de quo loquens S. Gregorius Nazianzenus *Or. in S. Lumina* dicit: *CHRISTUS illuminatur, imo potius fulgore ſuo nos illuminat;*

alludi-

alludíturq; ad id, quod Chriſtus ſuis manda-vit Apoſtolis; *Quod dico vobis in tenebris, di-cite in Lumine*: Et quia Doctrina Evangelica continet lumen promiſſionis, ac ſpei vitæ æternæ, hinc externo illo lumine interna de-notatur illuminatio, quam accipiunt illius cultores. *Quid porrò lumen?* Dicit Sanct. Joannes Chryſoſtomus; *Non iſtud certe, quod ſenſibus noſtris ſubjectum eſt, ſed aliud multo præſtantius, quo cœlum, Angelos, Archangelos, Cherubim, Seraphim, Sedes, Dominationes, Principatus, Poteſtates, univerſum cæleſtem exercitum, regia denique tabernacula vide-mus.* In Miſſa quæ cantatur incenſum offer-tur, ad denotandam ſacri fragrantiam Evan-gelii, quod ſparſum per totum mundum, cunctas attraxit gentes, *in odorem unguen-torum ſuorum.* Pronunciatur ex pulpito aliquo, ſeu loco eminente (cujus adhuc in variis urbis Romæ Eccleſiis apparent veſtigia, uti in Sancto Laurentio extra mu-ros, in Sanct. Clemente, & Cardinalis Baro-nius reſarciens Eccleſiæ Sanctorum Nerei, & Achillei titulum renovavit antiquam con-ſuetudinem Evangelium cantandi ſupra pul-pitum) ad parendum mandatis divinis, qui-bus præcipitur aſcendere iis, qui annuntiant Evangeliũ, imo ſcandere ſupra tecta ad illud

publ

publicandum, ut commodè ab omnibus poſ-
ſit audiri; Et ad imitandum exemplum Re-
demptoris, qui docturus turbas aſcendit in
ontem, utque etiam ex ipſa loci ſublimitate,
Evangelicæ Doctrinæ celſitudo colligatur.
Quod inchoetur cum *Dominus vobiſcum ex-
tat attentionem populi*, dicit S. Thomas, &
quaſi recognoſceret populus id, quod monet
S. Auguſtinus: *Sonat Evangelium, vox eſt Spiri-
tus,* optans ejusdem fieri particeps, reſpondet,
*Et cum Spiritu tuo.* Proferuntur verba illa,
*Initium*, vel, *ſequentia ſancti Evangelii*, ad
monendum populum de iis, quæ eſſent legen-
da, ſore aut capitis initium, vel verba quæ il-
lud ſequuntur, unde in plurali dicitur, *ſequen-
tia*, id eſt, *ſequentia verba S. Evangelii:* Statim-
que omnes ſe ſignant in fronte, ore, & pe-
ctore: In fronte, quia publicè debet confi-
teri Evangelium, ideoque neceſſarium, ut in
fronte appareat ſignum paſſionis, quod eſt
Sancta Crux, quâ ſe ſignant, ut cum Apoſto-
lo poſſint dicere: *Non erubeſco Evangelium.*
In ore, quia *ore confeſſio fit ad ſalutem*; in
pectore, quia ad inſtar ſanctæ Cæciliæ in
corde portare debemus Sanct. Evangelium,
quod repræſentat vitam, ac Paſſionem
CHRISTI, ac extrinſecè impreſſam habere
debemus S. Crucem, ad retundendas Dæmo-
nis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nis ſuggeſtiones, ne aliquo peccati nævo nos maculet, atque ita impediat, quo minus debita cum puritate illud annuntiemus; monet proinde S. Joannes Chryſoſtomus; *Crucem non ſimpliciter digito in corpore, ſed magna profecto fide in mente formare oportet.* Nec ſolus populus, ſed & miniſtri Altaris eodem tempore tribus præfatis crucibus ſeſe ſignant. Triplex ille cruce ſe ſignandi modus prodiit, uti aliqui volunt, à tempore Hæreſis Arianæ, & ad profitendam contra illam trium Perſonarum Divinarum æqualitatem, introductum fuiſſe triplicatum illum ſe ſignandi morem, qui usque hodie practicatur, & maximè in *uſu* eſt apud Nationem Hiſpanicam. Solebat olim populus aliquandiu orare pro miniſtro, qui cantabat, & per quem audire debebat verba ſacra, cujus loco brevitatis ergo introducta eſt reſponſio illa brevis, quæ modo eſt in uſu, *Gloria tibi Domine.* Quoad ſenſus ſubſtantiam agitur de illa Act. Apoſt. Cap. 11 ubi, dum audiverunt Diſcipuli apertam eſſe portam Evangelio, per converſionem Cornelii Centurionis, *Glorificaverunt Deum.* S. Germanus Epiſcopus Conſtantinopolitanus *Theon ter. Eccl.* ſcribit illud dici, quia *ſapientiam, & ſermonem Dei hunc eſſe omnes cre-*

do

*dentes* , *clamamus Gloria tibi Domine* , vel ut Rupertus L. 1. *de divin. off. c.* 36. dicit, *Glorificantes Dominum* , *quia miſit nobis verbum ſalutis.* Aliam inſinuat rationem S. Chryſoſtomus , cur nos tali modo ad *Gloria tibi Domine* , ante Evangelium crucibus muniamus , dicitque fuiſſe pro inſtructione Gentilium ad illud , *Nos clara* , inquit ſanctus , *& magna voce dicamus* , *& tunc maximè quando adſunt Gentiles* , *eximia fiducia exclamemus Gloria noſtra* , *caput & origo beatitudinis* , *libertas* , *& corona crux eſt.* Vox illa , *Gloria tibi Domine* , familiariſſima fuit, teſtante eodem S. Joanne Chryſoſtomo *hom.* 67. *in Matth.* ſanctis illis Orientis Monachis , ſolebantque illa uti ad agendas Deo gratias pro beneficiis ordinariis ac corporalibus , deteſtantes per hoc hæreſim Manichæorum , qui rerum multarum Deum authorem non credebant. Dum inchoatur Evangelium , omnes ſeſe in pedes erigunt , juxta id , vel quod inſtituit , vel decreto ſtabilivit S. Anaſtaſius primus, idque valde rationabiliter dicit Eminentiſſimus quidam ſcriptor *Card. Palau. art. di perf.* ſiquidem Evangelium non eſt tantû verbum

Chriſti, ſed etiam ejus vita; videmus enim etiam olim practicatum fuiſſe à gentilibus, dum Balam falſus Propheta, jactans ſe ex parte Dei velle annunciare Balaac *Num. 23.* id quod hic expetebat, ob majorem in audiendo reverentiam, mandavit, ut ſeſe in pedes erigeret. Idem in Libro Judicum *c. 23.* Legimus practicatum, dum Eglon audiret Aod: *verbum Dei habeo ad te.* Temporibus ſancti Auguſtini hæc reverentia non ſolum exhibebatur Evangelio, ſed etiam aliis lectionibus, atque Martyrum actis, quæ dum in Eccleſia legerentur, omnes audientes reverenter in pedibus conſiſtebant. Solebant milites ſeu Equites Hieroſolymitani evaginatum manibus tenere gladium, dum ſolemniter legeretur S. Evangelium, ad demonſtrandũ, quam promptè, ſi opus foret, parati eſſent, ſanguinem ſuum pro illius effundere defenſione. Similem exercuiſſe cæremoniam Carolum Quartum Imperatorem legimus, dum Moguntiæ in nocte Nativitatis Domini caneretur Evangelium; *Sovar. Rayn: a. 1414. n. 13.* & de Sigiſmundo Imperatore idem narrant Annales Eccleſiaſtici, quod ſimiliter in nocte ſacratiſſimæ Nativitatis Conſtantiæ, *Primam Miſſam celebrante Papa, ipſe Diaconi habitum indutus, legit Evangelium alta voce*

Ex

*Exiit edictum à Cæſare Auguſto* Finito Evangelio oſculum infigitur libro ſacro, quod antiquitus non ſolum faciebat Sacerdos, & Diaconus, ſed & totus Clerus, & populus, ſed hoc, dicit Jonas Aurelianenſis *in præf. l. 2. de cult. imag.* qui hunc ritum refert, *cujus cauſa, niſi illius, cujus verba eſſe credimus, agimus?* Populus reſpondet, *laus tibi Chriſte*, olim autem dicebatur *Amen*, ob hoc forte ſancti Ambroſii documentum: *Quod confitetur lingua, teneat affectus.* In uſu etiam fuit, *Deo gratias*, quod in ſubſtantia aliud non importat, quam, laus Deo.

In re merito terminatur, ſacro ſancta illa lectio hujusmodi expreſſione laudis, ac ſignificatione amoris, ſiquidem, ut dicit Hugo à S. Victore *in ſpec. Eccl. Deo homines per Evangelium reconciliati, omnia ab eo bona hauſerunt:* Et quia Evangelium nihil aliud ſonat, quam *bona nova*, hinc ſacer Evangelii codex, ut notat Cardinalis Baronius *An. Eccl. an. 325. n. 160.* tanto ſemper fuit in honore ac veneratione in ſacris œcumenicis Conciliis, ut in medio congreſſus in throno aliquod Regali poneretur, prout in Epheſino teſtatur Cyrillus *in Apol. ad Theod. Liber ille*, dicit hic ſanctus, *in ſede Regia collocatus, Divinam præ ſe ferebat*

*perſonam.* Quantis è cœlo miraculis, quantis in terra à fidelibus ditata ac ornata fuerint theſauris ſacra Evangelii volumina in diverſis mundi partibus, ſuperfluum eſt dicere; ſufficiunt enim pro hoc teſtimonia S. Gregorii Turonenſis *de Gl. Conf. cap. 63.* apud quem in ciſta aurea, gemmis ornata, conſervari ſolebant. Quanta pompa recipere voluerit Pragæ Carolus Quartus, Imperator, pauca aliqua folia Evangelii Sancti Marci, dono data ab Eccleſia Aquilejenſi, quam idem ſancta Evangeliſta fundavit, & in ea depoſuerat, deſcribitur à Thoma Joanne Peſſina, in ſua Metropoli Pragenſi *pag. 450.* Quod ordinariè in *Miſſa* à primis Apoſtolorum ſucceſſoribus legi ſolitum, fuerit, id ſcribit Strabo *Cap. 22. de Reb. Eccleſ. lib. 2. de rit. Eccl. cap. 23.* probatque certa ac indubitata authoritate Stephanus Duranti; ideo etiam inſtituti fuerunt illi gradus, & ordines Lectorum, tandemque temporis progreſſu ad ſolos tranſiit Diaconos facultas legendi in Miſſa Evangelium. *Bona de reb. Litur. lib. 2. cap. 7.*

Verba illa quæ modo lecto Evangelio dicuntur: *Per Evangelica dicta, &c.* eadem quaſi reperiuntur in antiquiſſimis codi-

dicibus, eaque non à ſolo celebrante, ve-
rum etiam à toto populo pronuntiaban-
tur, ſicuti etiam ipſum omnibus delatum
fuerat ad deoſculandum, in quo actu di-
cebant: *Per iſtos ſanctos ſermones Evangelii
Domini noſtri JESU CHRISTI, indul-
geat nobis Dominus univerſa peccata noſtra.*
*Le Coint. Tom. 2. Annal. Eccleſiaſt. Gal. Anno* 506.
*n.* 47.

Poſt Evangelium ſequebatur concio, quæ
ab Epiſcopis fieri ſolebat, vel aliquo Sacerdo-
te, quod hiſce verbis refert Tertullian. *de An.*
*c.* 9. *Item verò, prout ſcripturæ leguntur, aut
Pſalmi canuntur, aut adlocutiones præferun-
tur, aut petitiones delegantur*, ubi per *Adlo-
cutiones* Joannes Ludovicus de La Cerda,
obſcuriſſimi illius authoris commentator,
intelligit Conciones, & Catechiſmos. Si-
mili phraſi pluribus in locis tempore infe-
riore uſus eſt ſanctus Gregorius Magnus,
& Synodus Laodicea. Clarius ante hos id
habemus etiam ex ſancto Juſtino Martyre,
qui in ſecunda Apologia ad Antoninū Pium
dicit, moris eſſe, ut omni Dominica fide-
les conveniant, & finita lectione, id eſt Epi-
ſtola & Evangelio, *Is qui præeſt, admonet, &
hortatur, ut ea quæ Lecta ſunt bona imitemur.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nec horum exemplorum deeſt copia apud omnes ſanctos Patres uſq; ad ſæculum quintum Eccleſiæ, in quo particulari Canone in Concilio Agathenſi pœna renovata fuit, quæ anno 398. in Concilio quarto Carthaginenſi conſtituta fuerat in illos, qui negligerent audire concionem ſub Miſſa fieri ſolitam; Et Zonaras explicans Canonem Concilii Laodicenſis, ipſas ſacrarum cærimoniarum obſervantias exhibet: *Concio, dicit, ad Cathecumenos, vel ad populum iis docendis ac erudiendis primo loco ab Epiſcopis habebatur, tum prædicatione in Cathecumenos recitata illi egrediebantur.* Illa fuit diſpoſitio Concilii Valentini, & praxis ordinaria Sanctorum Patrum, de qua abundè videri poteſt Ferrarius in ſuo libro *de Ritu Concionum*, & Bonus Mertezius in prima Parte ſummæ Chriſtianæ. Finita concione, Diaconus proclamabat, ut Cathecumeni, infideles, & immundi ſeſepararent, & abirent, illisque diſcedentibus, primis illis rigidæ diſciplinæ temporibus, portæ claudebantur, ne quis auderet accedere ad audiendum, aut aſpiciendam ſacroſanctam oblationem: Nec ſolebant ad ſymbolum admittere Cathecumenos, ut obſervat S. Iſidorus *L. 1. de off. Eccl. cap. 21.* niſi forent in actuali operè baptizandi: Habemus ſuper hoc authoritatem ſancti Ambro-

ſii

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ii in quadam Epiſtola ad ſanctam Marcellinam ſuam ſororem : *Poſt lectiones & tractatum dimiſſis cathecumenis, ſymbolum aliquibus competentibus in Baptiſteriis tradebam.* Vocantur competentes, dicit *S.* Iſidorus, illi, *qui poſt doctrinam fidei, poſt continentiam vitæ, ad gratiam Chriſti percipiendam feſtinant; ideoque appellantur competentes, id eſt gratiam Chriſti ſimul petentes, nam Cathecumeni tantum audiunt, necdum petunt.* Illis permittit ſynodus Agathenſis *Can. 12.* ut dum ſymbolum recitatur, ſtatim valeant loqui.

## Caput Quintum.

### *De Miſſa Fidelium.*

Finita hoc modo Miſſa, quæ appellatur Cathecumenorum, hiſque excluſis, inchoatur illa, quæ nominatur Miſſa Fidelium, & cum S. Ivone Miſſa Sacramentalis. Diebus Dominicis, atque in aliis Feſtivitatibus incipiebatur à ſymbolo Apoſtolico; ratio autem, cur ad illos ſolum dies reſtrictum eſſet ſymbolum, hæc eſt, quia diebus iſtis comunicabat populus, ſymbolum autem non cantabatur niſi ab iis, qui debebant communicare, conformiter uſui ac conſuetudinia-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ni aliarum Hiſpanicarum Eccleſiarum, ubi antequam Fideles poſt elevationem communicent, recitant cum Choro ſymbolum, juxta decretum Concilii tertii Toletani, celebrati Anno 589. Sanct. Ambroſius *Serm. 38.* appellat ſymbolum: *Clavem quandam ipſum ſymbolum dixerim, per quod reſerantur Diaboli tenebræ, ut lux CHRISTI adveniat; aperiuntur Eccleſiæ clauſa peccato, ut Juſtitiæ fulgeant opera manifeſta. Igitur hæc clavis oſtendenda eſt fratribus noſtris, ut & ipſi tanquam diſcipuli Petri inferna ſibi reſerare, cœlos aperire conſueſcant.* Cur fuerit hoc nomine, *Symbolum*, appellatum, edicit Ruffinus *in expoſ. Symb.* quia in lingua Græca idem valet ac indicium, vel collatio, *hoc eſt, quod plures in unum conferunt*, contribuit autem ad illud quilibet Apoſtolus ſuum Articulum, quapropter S. Leo *Ep. 3.* ſcripſit Pulcheriæ Auguſtæ: *Ipſius ſymboli brevis, & perfecta confeſſio, quæ duodecim Apoſtolorum totidem eſt, ſignata ſententiis, tam inſtructa ſit in munitione cœleſti, ut omnes Hæreticorum opiniones hoc ſolo poſſint gladio detruncari:* Ideo veriſſimè illud appellavit S. Auguſtinus *de Symb. ad Cat. c. 1. l. 1.* Regulam Fidei: *Accipite Regulam Fidei, quod ſymbolum dicitur, & cum acceperitis, in corde ſcribite*

&

*& quotidie dicite apud vos*; Alii credunt appellari ſymbolum, quod verba illa idem valeant quod annulus, aut aliud ſignum, quod quaſi pro artha, aut pretio convivii dabatur, ac deinde translatum fuit ad ſignificandum omne id quod unius profeſſionis erat ſignum, unumque aliquod conſtituebat: *Voſſ. in Etym.* Teſſera quoque militaris ſymbolum nominatur, quod nomen valde appoſitè ab illo ſtatu ad hanc noſtrā formulam eſt translatum, utpote, quæ contineat prima capita ac fundamenta fidei noſtræ, quibus mediantibus, tanquam propriâ teſſerâ, agnoſcimur pro iis, qui ſub labaro Chriſti, & vexillo Eccleſiæ militant, *ut ſi forte occurrerit quis*, dicit Ruffinus, *de quo dubitetur, interrogatus, ſymbolum prodat, ſi ſit hoſtis, an ſit ſocius. Idcirco hæc non ſcribi chartulis, atque membranis, ſed retineri cordibus tradiderunt, ut certum eſſet neminem ex hac lectione, quæ interdum pervenire etiam ad infideles ſolet, ſed ex Apoſtolorum traditione didiciſſe ſufficit*: Ad quæ alludere videtur S. Irenæus, *Adv. Hæreſes l. 3. c. 4.* dum de Barbarorum converſione loquens, dicit: *Quorum qui in Chriſtū credunt ſine charta & atramento ſcriptā habent per ſpiritū in cordibus ſuis ſalutē, & veterē traditionē diligenter cuſtodiunt, credentes in Deum*, &c. Atq; hanc ob cauſam an-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

te tempora Conſtantini Magni nullus authorum illud in ſuo retulit commentario, excepto Tertulliano, qui id quaſi tradidit in compendio, omiſſis aliquibus articulis, & eodem S. Ireneo lib. 1. adv. Hær. cap. 1. ubi tenet Fevardentius, quod ipſimet Apoſtoli tempore Diviniſſimi ſacrificii illud cantare ſoliti fuerint, quod fundatur in iis quæ ſcribuntur in libro de Eccleſiaſtica Hierarchia, & *Lyturgia* ſancti Jacobi Apoſtoli: unde recitatio ſymboli in Miſſa ex traditione Apoſtolica, multo anterior eſt conciliis Niceno, Conſtantinopolitano, & Toletano. Per trecentos & amplius annos Eccleſia tam in publicis, quam *privatis* orationibus puro uſa eſt ſymbolo *Apoſtolico*, uſque dum ex portis infernalibus peſtilentiſſima prodiit Arrii Hæreſis, ob quam reſtringendam, ac extirpandam S. Pontifex Sylveſter, adjuvante Conſtantino Imperatore Nicenum congregavit Concilium, in quo ſtabilitum fuit ac clarè explicatum id quod in ſymbolo Apoſtolico continetur, ut nova hac armati teſſera fideles, ab Hæreticis diſtinguerentur: Fuitq; tunc plene à tota Orientali Eccleſia acceptatũ, conſignatumq; fidelibus ac Catechumenis ad ediſcendum, & quicumq; illud non profitebatur, Arrianus reputabatur. In Occidentali Eccleſia, quandoquidem

virus

virus illud Hæreſeos non erat adeo diſpenſum, in aliquibus Eccleſiis citius, in aliis tardius pro neceſſitatis exigentia, fuit introductum; & licet plures aſſerant illud pro Eccleſia Romana, ac Occidente ordinaſſe *S.* Marcum Papam, tamen Cardinalis Baronius non credit, in Eccleſia Romana factam fuiſſe aliquam alterationem circa ſymboli Apoſtolici recitationem.

Variis inſurgentibus Hæreſibus, nova quædam formula facta fuit in concilio Conſtantinopolitano, quam, communi Græcorum opinione, compoſitam aſſeruit in concilio Florentino à S. Gregorio Nazianzeno, Marcus Epiſcopus Epheſinus; Baronius autem, *Anno* 381. Nicephorum ſecutus, credit editam à S. Gregorio Nyſſeno. Illa apud Patres in communi appellatur, aut Nicena, aut Conſtantinopolitana, dum una plus non continet quam altera, niſi majorem explicationem illius, & hanc ob cauſam illa etiam univerſaliter hodiedum adhuc recitatur in miſſa; licet authoritate Eccleſiæ in aliqua etiam parte ſit declaratum, unde poſſet etiam, juxta Democarem, *Tom.* 4. *c.* 4. appellari Symbolum Eccleſiaſticum, illud Conſtantinopolitanum, quod in Occidente ante omnes, in Hiſpaniarum Eccleſiis cœptum eſt practicari, & poſtea ſucceſſu temporis, etiã in aliis: Apparet hoc ex con-

cilio tertio Toletano, quod profitetur, atteſtante Baronio *Anno 809. n. 63.* ſe ſequi uſum in Eccleſiam Occidentalem introductum. Walfridus putat id ideo factum fuiſſe, *quia Conſtantinopolitanum aptius videretur numeris Muſicis; Sed cur non potius*, dicit Cardinalis Baronius, *quod hoc plenius ſit, utpote quod de Spiritus Sancti Divinitate habeat magis expreſſam ſententiam?* Manſit ita in uſu in Eccleſia Romana, illudque in teſtimonium ſinceræ ſuæ fidei, nulla unquam Hæreſeos fuligine aſperſæ, per mille, quatuordecim annos, atque ad inſtantiam ſancti Henrici Imperatoris ordinavit Benedictus Octavus, ut Romæ in Miſſa iterum cantaretur, prout plenius docent Annales Eccleſiaſtici ſub eodem anno; ſcribit ideo Innocentius III. non Cantores, ſed Subdiaconos fuiſſe, qui illud in Eccleſia Romana celebrante Summo Pontifice cantarent, ideo accedentes ad altare. Quando adjuncta fuerit particula illa, *Filioque*, tractat Baronius ad An. 447. & 883. & de quibuſdam aliis, aliquibus in Eccleſiis adjectis teſtatur Ruffinus *in expoſ. ſymb.* dicens: *Illud non importunè cõmonendum puto, quod in diverſis Eccleſiis aliqua in his verbis inveniuntur adjecta, in Eccleſiis tamẽ urbis Romæ hoc non deprehenditur factum, quod ego propterea eſſe arbitror, quod neque Hæreſis ulla illic ſumpſit*

exor-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*exordium, & mos ibi ſervatur antiquus, eos qui gratiam, Baptiſmi ſuſcepturi ſunt, publicè, id eſt, fidelium populo audiente ſymbolum reddere, & utique adjectionem unius ſaltem ſermonis eorum, qui præceſſerunt in fide, non admittit auditus.* Ideo hic, tanquam natus, & baptizatus in Eccleſia Aquileienſi, in expoſitione Symboli Apoſtolici, morem & uſum ſequens illius Eccleſiæ ſuæ Matricis, in aliquibus particulis differt à Romana, exempli cauſa, adjungens verbis iſtis, *Carnis reſurrectionem* Ly *hujus*, & dicens, *hujus carnis reſurrectionem*, introductum, prout ego puto, non ſolum ad occurrendum Valentini Hæreſi, qui, prout ille dicit, *Valentinus Reſurrectionem carnis omnimodè negat*, ſed potius ipſius Origenis, qui negabat reſurrectionem in carne palpabili, qui error poſtea renovatus fuit ab Eutychio Patriarcha Conſtantinopolitano, quem tamen errorem, opera ac vigore Sancti Gregorii, tunc Sanctæ Romanæ Eccleſiæ illa in urbe Apocriſarii, idemmet Patriarcha ſub finem vitæ revocavit. *Baron. an. 586. num. 2. & 6.*

Celebrans intonat *Credo*, & populus reſpondẽdo proſequitur, cujus rationẽ reddit S. Thom. 3. P. Q. 83. ad 6. *Quædã populus proſequitur, ſacerdote inchoãte qui perſonã Dei gerit, in ſignũ, quod talia pervenerũt ex revelatione Di-*

*vina, ſicut Fides, & gloria cœleſtis; Ideò Sacerdos inchoat Symbolum Fidei, & Gloria in excelſis Deo.*

Quandoquidem ſymbolum plenum ſit ineffabilibus ſalutis noſtræ myſteriis, quilibet Eccleſiaſticus illud recitando fidei actus eſt exercere, ac exercere deberet, ac profundiſſima cum ſubmiſſione acceptare, & adhærere veritatibus illis, quas fides in illo docet. Hinc legimus, quod S Philippus Nerius illud recitando inexplicabilem ſentire ſolitus fuerit dulcedinem ac conſolationem, & quod iis, qui in vitæ hujus miſeriis ac adverſitatibus afflicti ac deſolati ad ipſum confluebant, pro remedio dare conſueverit unum *Credo*, quo etiam in pretioſa ſua morte adeo confortatus fuit S. Petrus Martyr, Ord. Prædicatorum, ut in vita ipſius dicatur: *A fidei præconio, etiam in mortis articulo non deſiſtens, quod propter blanditias patrui puer deſerere noluerat, propter mortis anguſtias, velut præco fidei, nequaquam oblitus eſt confiteri.* Seraphica Virgo, ac Sanct. Mater Thereſia à JESU, audiendo promiſſionem illam Regni, cujus non erit finis, tota remanebat abſorpta ſpe bonorum illorum vitæ interminabilis. Hinc eſt quoq; quod S. Auguſtinus, qui pluribus in locis apprimè commendat quotidianam Sym-

bolo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

oli recitationem, & inexplicabilem addu-
it utilitatem exinde reſultantem, *Hom.* 42 *ex*
dicat: *Sit tibi tanquam ſpeculum ſymbolum*
*uum, ibi te vide, ſi credis omnia, quæ te cre-*
*dere confiteris, & gaude quotidie in tua fide:*
*Sint quotidiana iſta quodammodo indumenta*
*mentis tuæ. Nunquidnon, quãdo ſurgis, te veſtis?*
*Sic & commemorando ſymbolum tuũ, veſti ani-*
*mã tuã, ne fortè eam nudet oblivio, & remaneas*
*nudus.* Finitur ſymbolum verbis hiſce, *carnis*
*reſurrectionem, vitam æternam, Amen*, ad quæ,
ex antiqua conſuetudine ad annũ Chriſti 60.
refert Cardinalis Baronius, ſignare ſe ſigno S.
Crucis tam ſacerdotem ac populum, ſcribit
enim Ruffinus *is qui profitetur, ſignaculo Cru-*
*cis fronti impoſito contingit, quo ſciat unusquis-*
*que fidelium carnem ſuam, ſi mundam ſervave-*
*rit à peccato, futuram vas honoris, utile Domi-*
*no ad omne opus bonum paratum; ſi verò con-*
*taminata fuerit in peccatis, futuram eſſe vas*
*iræ ad interitum* in expoſit. 5.

Finito Symbolo, oſculatoque Altari, convertit ſe Sacerdos ad populum, & ad incipiendam novam functionem, diſponit ipſum conſueta ſalutatione, dicens *Dominus vobiſcum*, cum intimatione precum, aut ex Pſalmis aut ex alio aliquo Sacræ Scripturæ Canonico Libro deſumptarum. Oratio illa

à Ruperto vocatur, *Offerenda*, & à Micrologo *Offertorium*, quo nomine uſque modo adhuc appellatur; *Quaſi offerentium canticum*, explicat Rabanus, quia dum Clerus cantabat, populus oblationes ſuas faciebat, hinc interdum fiebat quod ſæpius illud deberent cantando repetere, vel alium aliquem adjungere verſum, donec abſolveretur oblatio, quæ indifferenter fiebat tam à viris, quam à fœminis. S. Gregorius Magnus in ſuo Antiphonario poſuit offertorium in quacunque Miſſa, atque ideo à multis habetur pro inſtitutore illius ritus; Certum tamen eſt, quod ante ipſum fuerit introductus in Eccleſia Carthaginenſi, dederitque anſam cuidam Hilario viro Tribunitio inſultandi Eccleſiæ Miniſtris, motusque ac tumultus ciendi, ita ut opus fuerit ſanctum Auguſtinum ſcribere quendam librum, intitulatum, *Contra Hilarium*, prout ipſemet teſtatur Sanctus Libro Secundo Retractationum: *Inter hæc Hilarius quidam vir Tribunitius laicus Catholicus, neſcio unde adverſus Dei miniſtros, ut fieri aſſolet, irritatus, morem, qui tunc eſſe apud Carthaginem cœperat, ut hymni ad altare dicerentur, de Pſalmorum libro, ſive ante oblationem, ſive cum diſtribueretur populo, quod fuiſſet oblatum, maledica* repre-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*reprehenſione, ubicunque poterat, lacerabat, aſſerens fieri non oportere. Huic reſpondi, jubentibus fratribus.* Magis fundatè loquuntur, qui attribuunt S. Cœleſtino Papæ, qui duobus annis poſt S. Auguſtinum mortuus eſt, quamvis dici non poſſit, quod ab illo talem ritum receperit Eccleſia Carthaginenſis, aut cum evidentia demonſtrari quod in uſu fuerit, ante ipſum.

Verùm, quam pulchrè adumbrata fuerit illa cæremonia in antiqua lege, apparet ex libro 2. Paralippom. tempore S. Regis Ezechiæ, ubi dicitur; *cumq; offerrentur holocauſta, cœperunt laudes canere Domino, & clangere tubis.* Summopere laudat inſtitutionem illã Eccleſiæ Hildebertus Cenomanenſis, hiſce ſuis verſibus:

*Ordo decens, Evangelium præcedere cernis,*
*Pone fidem pandi, dona deinde dari.*

Ab illis oblationibus procedit nomen illud, quod uſque modo in uſu eſt, Offertorium, quod ideo credidit S. Iſidorus derivatum eſſe ab antiqua quadam oblatione, vocata, *Ferctum*, quæ ſecundum eundem ſanctum, *Erat oblatio, quæ in altari offertur, & ſacrificatur à Pontificibus*, de qua loquens *Feſtus* dicit eſſe, *genus libi, quod crebrius ad ſacra ferebatur.* Facit illius mentionẽ Perſius in ſatyra ſecunda:

*Atta-*

*Attamen hic eſtis, & opimo vincen*
*Ferto.*

Meminit quoque illius Plautus, & Cato, uti obſervavit, & correxit Joannes Baptiſta Plautius. Joannes Maomellius Ruræmondanus, putat dici *Fertum, eo quod pluribus, variiſque rebus factum eſſet*, quod ſatis commode oblationibus, quas fideles faciebant, convenit; conſiſtebant enim in diverſis rebus, & particulariter in pane & vino. Dicebatur etiam *Fertum*, vel *Feretum*, quod, ut dicit Voſſius, *idem eſt ac bonum* quod, quantum ad oblationes, olim in ſpiritu prædixit Zacharias Propheta: *cap. 9. Quid bonum ejus eſt, & quid pulchrum ejus, niſi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* Qualiscunque tandem ſit nominis illius etymologia, certum eſt, quod *Fertum ſit res Deo oblata*, unde tanquam ab iniuſtis poſſeſſoribus vendicavit ſibi Eccleſia denominationem illam applicavitque ferto illi, illi dico oblationi, quæ vero DEO offertur. Apud aliquos, cantus, qui eo tempore fiebat, *offertorium* fuit vocatum, uti expreſſè habemus apud Theodoricum, in translatione S. Celſi Epiſcopi Trevirenſis: *Cumque jam Offertorius Cantus con-*

ma-

*magno jubilationis ſono conſummatus fuiſſet, & jam profectionis ordo inſtaret*: Sequitur deinde in Annalibus Trevirenſibus ad An. 979. ipſa Translatio. Similiter etiam panni illi, in quibus oblata reponebantur ab aliquibus vocati fuerunt *offertorium*, licet verius dici debuiſſent *opertorium*. Locus quoque in quo oblata recipiebantur illo nomine appellatus legitur, & à Poſſidonio in vita S. Auguſtini *Gazophylacium*, ſeu *Secretarium*, nuncupatur. Modum, quem in oblationibus tenebant, deſcribit Cardinalis Baronius Tom. I. ſuorum Annalium. Lucas Dacherius, & Joannes Mabillonius in præfatione primæ partis ſæculi tertii Annalium ſeu ſæculi Benedictini, Hugo Menardus ejusdem Ordinis ſancti Benedicti, ſuper Sacramentarium S. Gregorii, Pamelius in notis ad Tertullianum, S. Cyprianus, & præter multos alios, Cardinalis Bona l. 2. c 9. Rerum lithurg. obſervant non tantum panem & vinum, quæ juxta Canones ſolum debent poni ſuper altare, ſed etiam quidvis aliud, ſpectans ad aliorum ſacramentorum uſum, eaque quæ à fidelibus adferuntur, ſub oblatione comprehendi. Credit Mabillonius huic oblationi correſpondere ſtipendium illud, quod hodiedum pro



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Miſſa ſolet dari, cujus initium repetendum eſt à ſæculo octavo, quamvis ſolum ſæculo duodecimo univerſaliter cœptum fuerit prædicari.

Optimam eruditionem, circa jubilum illum, quo cantabatur Offertorium, reliquit nobis Biel, *in Can. Lect.* 6. dum aſſerit id fuiſſe factum, *Ad ſignificandũ, quod quæ Deo offeruntur, cum mentis jubilo offerri debent, quia hilarem datorem diligit Deus*: tranſiit poſtea uſus oblationis, in fomentũ vanitatis, publicè enim legebantur nomina offerentium, & ſæpius oblationi exteriori interior, nó correſpondebat conſcientia, fiebatq; id, quod deplorat S. Hieronymus, *lib. 6. in cap. 18. Ezech. Placentque ſibi ad plauſum, torquente eos conſcientia.* Moderatus ac correctus fuit uſus ille à S. Innocentio Primo, prout apparet ex litteris ipſius ad Decentium. Ceſſantibus jam ex parte oblationibus extrinſecis, gratiſſimum erit Deo, nobiſque utiliſſimum, ſi imitemur oblationem illam, quam diſcipulum ſuum Gabrielem Tana edocuit S. Philippus Nerius; *l. 2. c. 8. Vitæ S. Philippi.* Erat ille infirmus, & ex Dæmonis tentatione, ſub ſpecie, quod majorem, auſterioremque vellet facere pœnitentiam, indiſcretè quaſi deſiderabat, optabatque longiorem vitam; accepta-

tan-

tandem nihilominus conſilium à S. Patre ſuggeſtum, qui ei dixit: volo, ut des mihi tuam voluntatem, & ego illam in Miſſa offerã Deo, ut, ſi forte illa inclamet, aut Dæmon te moleſtare voluerit, iis poſſis reſpondere: Ego non habeo voluntatem, ſed illam Chriſto dedi, fecitque ita. Diſceſſit S. Philippus, ut celebraret in Capella S. Petri in Montorio, ubi S. ille Apoſtolus fuit crucifixus, factaque nobili illa Deo oblatione, reverſus ſuum ad infirmum, reperit eum totaliter mutatum, ac ſummo cum affectu dicentem, ſæpiusque repetentem illa S. Apoſtoli verba: *Cupio diſſolvi, & eſſe cum Chriſto.*

Hoſtiæ oblationem facit modo Sacerdos in patena, quæ apud antiquos erat vas aliquod ſic appellatum à *patendo*, id eſt, quod eſſet latum, & apertum undique, fuitque translatum ad ſignificandum inſtrumentum illud, quo utitur Eccleſia, *quod diſpanſis, patentibusque oris ſit*, inquit S. Iſidorus. Sæpius illius facit mentionem Anaſtaſius in Vitis Pontificum, deque earum diverſitate diffuſe diſſerit Andreas Sauſſajus Epiſcopus Tullenſis. *Panop. Sac. l. 9.* Patena, atteſtante Hildeberto, ſignificat petram, quæ poſita fuit ſupra ſepulchrum Domini, hacque alluſione infert myſticam aliquam eruditionem;

*Patenam, id eſt, cor patens latitudine Charitatis in obſequium ſepulturæ, juxta quod legitur, quod mulieres emerunt aromata* & in offerendo ſublevat illam in altum, ambabus apprehenſam manibus, elevatiſque in cœlum oculis, hanc profert orationem: *Suſcipe ſancte Pater omnipotens æterne Deus.* Hoc modo reperimus fieri ſolitam in vetere lege oblationem, idque ex præſcripto Dei: *Feretis manipulos ſpicarum, primitias meſſis veſtræ ad ſacerdotem, qui elevabit faſciculum coram Domino, ut acceptabile ſit pro vobis.* Fuit ſane hoc, appoſita valde figura, præſentis noſtræ oblationis, uti apud Abulenſem in præfatum locum poteſt videri. Cæremoniam illam comitatur elevatio oculorum in altum, Deique invocatio cum titulo Patris, &, Dei Omnipotentis, & æternis *oculis ad eum elevatis, & ſtatim demiſſis*, mandat Rubrica: debetque in illa cæremonia ſacerdos ſingularem habere reflexionem, ne ſua habeat in conſcientia culpæ alicujus remorſum & accuratè perpendere id quod in Job. legimus: *Si iniquitatem, quæ eſt in anima tua abſtuleris à te, & non manſerit in tabernaculo tuo injuſtitia, tunc levare poteris faciem tuam,* dum Publicanus, conſcius ſuorum peccatorum ac criminum, non audebat oculos

ad cœlum levare; eſt enim hæc proprietas quædam culpam concomitans, quod vultum illius intueri quis non poſſit, quem offendit, confirmatque hoc carmine ſuo Poëta, agens de perſona quadam infideli, ac indigna *Ovid. Meta.*

—— *Sed non attollere contra,*
*Suſtinet hæc oculos.*

Hæcque ratio fuit cur 2. Reg. Cap. 2. Abner ad Aſael, obſtinatè ſe ſequentem, ad occidendum, dixerit: *Noli me ſequi, ne compellar confodere te in terram, & levare non potero faciem meam ad Joab fratrem tuum.* Non disjungit tamen confidentia iſta humilitatem, licet enim quis remorſum non ſentiat conſcientiæ, nihilominus cum Apoſtolo dicere debet, *ſed non in hoc juſtificatus ſum*, ideoque humiliter demittere debet oculos ad proſequendam debita cum attentione ſacram functionem. Unitur ſimul titulus Patris, cum altero titulo Dei, ad excitandam in ſe Reverentiam, & amorem, ac recolendum, quod mediante immaculata illa hoſtia, quæ ſe pro nobis obtulit in cruce, de novo, licet diverſo offerendi modo, offeratur in Altari, ut illum iterum recipiamus Patrem, cujus per ingratitudinem ac peccatum noluimus eſſe filii. Hic oporteret, ut ſacerdos haberet in mente monitum

illud

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

illud ſancti Gregorii Nyſſeni: *Or. 2. d. Orat. Dom.* *Cum igitur acceſſerimus ad Deum prius vitam inſpiciamus, an aliquid cogitatione Divinâ dignum geramus: Deindè verò ejuſmodi verbum (id eſt, ſancte Pater) proferre audeamus; qui enim Patrem dici juſſit, mendacium dicere non permiſit.* Patri ergo, qui & ſimul Deus, hoſtia offertur, quæ immaculata vocatur reſpectu Agni immaculati, Christi, de quo pauca hæc in hac materia haud inutiliter monenda: *Neque præjudicium filio*, dicit S. Fulgentius, *ad Monim. L. 2. c. 5.* *vel Spiritui ſancto comparatur, dum ad Patris perſonam precatio ab offerente dirigitur, cujus conſummatio, dum Filii, & Spiritus ſancti complectitur nomẽ, oſtendit nullum eſſe in Trinitate diſcrimen; quia dum ad ſolius Patris perſonam honoris ſermo dirigitur, bene credentis fide, tota Trinitas honoratur; & dum ad Patrem litantis deſtinatur intentio, ſacrificii munus omni Trinitati, uno eodemque offertur litantis officio.* Oratio illa, unà cum quatuor ſequentibus in antiquo Romano Miſſali non reperitur, eo quod tunc immediatè ab offertorio, ad ſecreta tranſiretur, atteſtante Micrologo, *Cap. 11. de Myſt. Miſſæ* qui orationes aliquas refert, ſcribitq; id factũ fuiſſe juxta ordinem Gallicanũ, non Romanum. Obſervat id Cardinalis Bellarminus contra Georgium Majorem Hæreticum, ſimulque demonſtrat ex venera-

tione,

tione debere eſſe valde piam, eo quod poſtea ab Eccleſia fuerit acceptata. At hic in primis valde bene notandum eſt, Orationem iſtam, *ſuſcipe ſancte Pater* &c. cum aliis, ex majori parte reperiri in Miſſa illa, quæ prætenditur eſſe antiquiſſima, & ante plura ſæcula practicata, à Matthia Flavio Irenico, Rigidorum Lutheranorum anteſignano, è Bibliotheca Palatina eruta, ac an. 1557. publicata. *le Coyn. An. Eccl. Fran.* T. 2. *An.* 601. per quam credebat ſe triumphaturum contra Religionem Catholicã, ſed ante pugnam cecinit triumphum, dũ ſuis ſe armis vidit impeti, ac ex illa eadem Miſſa fortius confirmari ſanctitatem, & antiquitatem ſacri illius Ritus.

Poſt panis oblationem, ſequitur oblatio vini in calice, de cujus materia & forma, tanquã antiqua quam præſente, & quomodo repræſentet ſepulchrum Chriſti, videre poterit Lector apud ſupracitatum Sauſſajum. *Panop. Sac.* 8. Ex Chriſti autem inſtitutione, vino admiſcetur parum aquæ. Dixi, ex Chriſti inſtitutione, id namque atteſtantur Liturgiæ S. Jacobi, ſancti Marci, Baſilii, & Chryſoſtomi, fuitque definitum in Conciliis, Tertio Carthaginenſi, Quarto Aurelianenſi, Wormatienſi, Tiburienſi, & aliis pluribus: Oecumenicum Florentinum obſervantiam il-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

lam agnoſcit tanquam traditionem Apoſtolicam, mandans Armenis, prout etiam ſtatuerat Trullanum, *ut paululum aqua vino admiſceant*, Aſſignans pro conſecratione ſanguinis, *Vinum de vite, cui ante conſecrationem, aqua modicisſima adhiberi debet*. Confirmant hoc Sancti Martyres Juſtinus & Cyprianus, Julius Papa, omnes quatuor Eccleſiæ Latinæ Doctores, & S. Joannes Damaſcenus; Datque rationes hujus inſtituti Doctor Angelicus S. Thomas 3. *P. Q.* 74. *ar.* 6. primò, quia ita factum fuiſſe à Chriſto omnino præſumitur, juxta morem ac conſuetudinẽ patriæ, id eſt, Palæſtinæ, conformiter illi quod habemus in Proverbiis: *Bibite vinum quod miſcui vobis*: Secundo, ut per illud magis expreſſe, & quaſi ad vivum repræſentaretur Paſſio Chriſti, Salvatoris noſtri, ex cujus latere exivit ſanguis & aqua; Tertio ad denotandum effectum illius Sacramenti, qui eſt unio populi Chriſtiani, per aquam denotati, cum Chriſto Domino noſtro, pretioſo illius mediante ſanguine, per vinum figurato. Omnes illæ rationes comprehenſæ ſunt in concilio Tridentino: *Seſſ. 22. cap. 7.* *Monet Sancta Synodus, præceptum eſſe ab Eccleſia ſacerdotibus, ut aquam vino in Calice offerendo miſcerent: Tum quod Chriſtum ita fecis-*

*feciſſe credatur, tum quia è latere ejus ſimul cū ſanguine exierit ( quod ſacramentum hac mixtione recolitur ) & cum aquæ populi dicantur, ipſius populi fidelis, cum capite Chriſto unio repræſentatur*, ad condemnandum errorem illorum, qui aſſerebant vinum cum aqua in calice miſcendum non eſſe, quales olim fuerunt Armeni, & modo illorum imitatores Calviniſtæ in eorum Cœna pura, contra quos fulminat: *Si quis dixerit, aquam non miſcendam eſſe vino in calice offerendo, eo quod ſit contra Chriſti inſtitutionem, anathema ſit.* Aliæ duæ rationes eruuntur ex *S.* Ambroſio, ab eodem *S.* Thoma approbatæ, quarum una eſt, *quia hoc competit ad ultimum effectum hujus ſacramenti, qui eſt introitus ad vitam æternam; unde Ambroſius dicit in libro de Sacramentis, redundat aqua in calicem, & ſalit in vitam æternā.* Altera eſt, ut figuræ antecedentes, quæ id præſignificaverunt, impleantur, etenim, *ſicut ſacrificium CHRISTI ſignificatum eſt per oblationem Melchiſedech, ita etiam ſignificatum eſt per aquam, quæ in eremo fluxit de petra, ſecundum illud* 1. *Corinth.* 10. *Bibebant autem de Spiritali, conſequente eos petra.* Eſt autem inſigne Divinæ Providentiæ beneficium, binas aquæ qualitates in noſtrum convertentis commo-

dum, in quantum abluendi habet virtutem, taliter Baptiſmum ſignificat, prout autem refrigerandi continet qualitatem, ſervit, non quidem neceſſitate abſoluta, ſed de præcepto, Euchariſtiæ ſacramento, verificato in hoc, illo Pſalmiſtæ dicto, *ſuper aquam reſurrectionis educavit me* Pſ. 22. Nec debet ſilentio præteriri una alia reflexio, quam facit S. Cyrillus Hieroſolymitanus *Cat.* 3. *Ubicumque ſœdus aliquod inter Deum & hominem*, ibi eſt *aqua*; idque probat variis veteris Teſtamenti ſucceſſibus. Poſito hoc, quæ major unquam Deum inter & hominem reperiri potuit conſœderatio, quam illa in ſanctiſſimo Sacramento, in quo propterea merito quoque ſuum ſortitum eſt locum elementum aquæ. S. Alexander Primus, non inſtituit, ſed conſtituit, quod id, quod erat ex traditione Apoſtolica, admixtio ſcilicet aquæ cum vino, inviolabiliter ſervaretur in univerſa Eccleſia. Dum aquam Sacerdos infundit in calicem, hanc profert orationem: *Deus qui humanæ ſubſtantiæ*, quæ in Miſſa Illyrici reperitur. Benedicit autem aquam, non vero vinum, hanc ob cauſam, ut dicit Durandus L. 4. *Rat. Cap.* 30. *n.* 21. quia vinum repræſentat Chriſtum, qui non indiget benedictione; aqua autem populum ſignificat, qui dum in vita

hic

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

hac abſque peccato eſſe non poteſt, ſummè indiget benedictione cœleſti, ut dignus reddatur promiſſæ cum Chriſto unionis. In Miſſa mortuorum non benedicitur, quia cum illi jam ſint confirmati in gratia, à Chriſto amplius ſeparari non poſſunt. Solebat in eadem forma, qua Hoſtia fuit oblata, etiam offerri calix Domini adjungendo illam orationem, *offerimus*, quod ideo in plurali dicitur, quia pro miſſa ſolemni, eſt inſtituta iſta formula, in qua ſimul cum Diacono illa recitat Sacerdos, nec mutatur in miſſa priuata, non enim ſolo nomine proprio, ſed totius populi offertur. Reperitur eadem formula in ſupra deſignata Miſſa, habemusque etiam lumen ejusdem apud S. Auguſtinum L. 20. *contra Fauſt. Manich.* c. 21. dum dicit: *Quis enim Antiſtitum in locis Sanctorum corporum aſſiſtens altari, aliquando dixit, offerimus tibi Petre, aut Paule, aut Cypriane, ſed quod offertur Deo, qui Martyres coronavit.* Vocatur Calix ſalutaris; per alluſionem ad dictum Pſalmiſtæ, qui eum prævidit, uti & ad effectum ſalutis, quem illo mediante recipimus. Fit etiam mentio ſvavitatis odoris, quia gratum eſt & acceptabile ſacrificiũ illud, unde dicitur, *odoratusq; eſt Dominus odorẽ ſvavitatis*, & ſimul fragran-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tiam incenſi, quod in miſſa ſolemni in oblatione ſolet adhiberi. Utramque finit oblationem formando ſuper corporale ſignum ſanctæ Crucis, ad rememorandum, ſacrificium hoc, quod ſub iſtis ſpeciebus intendit peragere, idem eſſe cum illo, quod pro ſalute noſtra in cruce eſt conſummatum; tum etiam, quia, ut narrat S. Cyrillus Hieroſolymitanus *Cate.* 13. conſuetudo hæc erat Chriſtianorum: *In aliis omnibus fiat Crux, in panibus comedendis, & in poculis bibendis*: idq; quod practicatur in cibo uſuali & communi, à fortiori in illo obſervari debebat, qui in corpus & ſanguinem Redemptoris erat tranſubſtantiandus; & ita non ſolum facit ſignum ſanctæ crucis, ſed etiam verba hæc profert *Le Corn. Ann. Ecc. tom. 2. p. 123. in not. Sac. Sanct. Gregor. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ſit ſignatum, ordinatum, ſanctificatum, & benedictum hoc ſacrificium novum.* Idem reperitur, paucis immutatis verbis, apud Hugonem Menardum. Hiſce peractis, commodè utitur verbis Azariæ apud Danielem c. 3. *In Spiritu humilitatis, & in animo contrito,* ſimul ſeſe inclinans, atque exteriori cæremonia exprimens id, quod interius habere debet anima contrita & humiliata: reperitur hæc oratio in pluribus antiquiſſimis Miſſalibus

libus, circa tempus oblationis. Inde progreditur ad illam, quæ incipit: *Veni Sanctificator*, quæ etiam quaſi eadem eſt in antiquis Miſſalibus; diciturque communiter directa ad Spiritum Sanctum, cujus proprium eſt ſanctificare, & benedicere ſacrificium; ideo S. Ambroſius in oratione præparatoria ad Miſſam precatur, *Bona. l. 2. cap. 9.* *Deſcendat etiam Domine illa Sancti Spiritus tui inviſibilis, incomprehenſibilisque Majeſtas, ſicut quondam in Patrum hoſtias deſcendebat.* Videtur etiam clarè S. Fulgentium, non ſolum explicaſſe, verum etiam dictaſſe verba illa, quibus utitur Eccleſia *L. 2. c. 9. ad Monim.* *Cum ergo Sancti Spiritus ad ſanctificandum totius Eccleſiæ ſacrificium poſtulatur adventus, nihil aliud poſtulari mihi videtur, niſi ut per gratiam ſpiritualem in corpore Chriſti (quod eſt Eccleſia) charitatis unitas jugiter incorrupta ſervetur.* Et paulo inferius ad verificandum ac confirmandum ordinem quem ſervat Eccleſia in ſacra illa functione, dicit: *Quando congruentius, quam ad conſecrandum Sacrificium corporis Chriſti, ſancta Eccleſia, quæ corpus eſt CHRISTI, Spiritus Sancti depoſcat adventum?* *Roſ. in not. ad Paulin. Epiſtol. 12.* Hinc fortè potuerit habere originem illa conſuetudo, ac Eccle-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſiæ ritus antiquus in altari, ac ſupra crucem columbam depingendi, quæ Spiritus Sancti Hieroglyphicum eſt, quæ ſupra illud volabat, aut in hac ſedebat, ad denotandam Sancti Spiritus aſſiſtentiam in hoc incruento ſacrificio, cruenti alterius repræſentatione, in cruce peracto: *Nam Spiritui Sancto, in quantum procedit, ut amor, competit eſſe ſanctificationis donum.* *Cath. Myſtag. 5.*

Cæremonia abluendi manus, partim introducta fuit ob decentiam, partim propter myſterium: potuiſſent enim contractæ fuiſſe aliquæ ſordes, in receptione plurium oblatorum, atque ideo conveniens erat, dicit Alexander de Ales, ut ante conſecrationem purgarentur manus, idque, ut inquit S. Thomas 1. *p. q. 3. a 7. Propter reverentiam hujus ſacramenti, quia aliqua pretioſa tractare non conſuevimus, niſi ablutis manibus.* Non videtur tamen competens, aut ſufficiens fuiſſe illa ratio, cum Sanctus Cyrillus Hieroſolymitanus antiquos deſcribens ritus dicat, officiũ fuiſſe Diaconi (*S.* Clemens illud ſubdiacono aſſignat) aquam porrigere ad lavandas manus, non ſolum celebranti, ſed & cœteris aliis Preſby-

byte-

byteris, altare circumſtantibus: *lib. 8. Conſt. Ap. cap. 11.* *Num ideo prorſus dabat*, petit ille, *ut ſordes corporis abluerentur?* & reſpondet: *Nequaquam; nec enim adeo ſordibus corporis fœdati in Eccleſiam intrare ſolemus*: redditque deinde principalem cauſam, à Spiritu Sancto illa in cæremonia intentam: *Sed illa manuum ablutio ſymbolum eſt, oportere vos à peccatis omnibus, & iniquitatibus mundari*: Adfertque pro dicti ſui confirmatione authoritatem Pſalmiſtæ illis verbis, quæ præſcribit Eccleſia, dicens: *Nonne audiſti David myſteria tractantem iſta, & dicentem, lavabo inter innocentes manus meas?* Sanctus Bonaventura aliam adducit rationem, optimo pollentem fundamento, pro primis Eccleſiæ temporibus, in quibus ad illud myſterium alii non admittebantur, niſi qui Baptiſmi unda erant abluti: *L. Bon. exp. Miſ. cap. 3.* *Intelligi datur, quod ſolummodo baptizati intereſſe debent conſecrationi Corporis CHRISTI.* Ritus illius etiam fit mentio libro tertio Eccleſiaſticæ Hierarchiæ: *Tum lotis aqua manibus Pontificis, ac ſacerdotum &c.* Non ſolum Hebræi, ſed nec Gentiles ipſi accedere audebant ad ſua ſacrificia, niſi prius, pro reverentia, lotis manibus, unde dicit non-

nemo: *Nunc lavabo, ut rem divinam faciam.* *Euclio apud Plaut. in Aul.* Id tamen non instituit Eccleſia, tanquam obſervantiam aliquam legis veteris, ſed ut rem aliquam, ex, & de ſe ipſa convenientem: idque eo amplius, quod tali cæremonia Sacerdotibus refricaretur memoria lachrymarum Chriſti, quas pro peccatis noſtris profudit, atque ideo opus eſt, ut quotidiè per illam magis, magisque âſcelerum noſtrorum labe expurgemur, id quod optimè dicit Alexander de Ales: *Hic moraliter inſinuatur, quod ſacerdos oblaturus hoſtiam, lachrymis compunctionis lavare debet conſcientiam, ne ſcilicet indignè accedens ad tantum ſacrificium, reus fiat corporis, & ſanguinis Domini.* Eſt apud Græcos adhuc in uſu pia quædam conſuetudo bibendi reverenter iſtam aquam, in qua ſuas lavit manus Sacerdos, hacque occaſione non poſſum intermittere referre, quod in Civitate Lucenſi fundatum ſit aliquod monaſterium ſub invocatione Sancti Gegorgii, Ordinis Sancti Benedicti, quod modo incorporatum eſt inſigni Collegiatæ Eccleſiæ Sancti Michaëlis; ædificii erigendi Curator, ac Superintendens conſtitutus erat, ſervus Dei, Joannes de Puglia, vir integerrimæ, ſanctiſſimæque vitæ, multorumque

pura-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

patrator miraculorum, uti refert Chronicon Caſſinenſe, *l. 2. c. 93. Ang. de Nuce in notis.* inter quæ ſingulariſſimum erat, quod quicumque febribus laborantes, aquam illam, qua ſuas in Miſſæ ſacrificio abluerat manus bibiſſent, ſalui ac liberi ab ipſis manebant. Anſelmus, tunc Epiſcopus Lucenſis, ac deinde ad ſummi Pontificatus apicem ſub nomine Alexandri Secundi ſublimatus, dum vice quadam ardente eſſet correptus febre, inaudiſſetque miraculoſam aſſiſtentiam Divinam, per aquam illam qua in ſacrificio uſus fuerat Joannes, clanculò parum ex illa ſibi adferri curavit, quod cum bibiſſet, ſtatim ſe à febribus ſenſit liberatum, ſæpiusque poſtea egit gratias Deo, ob obtentam per ſervum ipſius valetudinem tam feſtinam.

Revertitur ſacerdos ab angulo, ſeu cornu, in quo ſe lavit, ad medium altaris, ſeſeque inclinans precatur ſanctiſſimam Trinitatem, ut recipere dignetur oblationem quam communi nomine offert in memoriam præcipuorum myſteriorum, quæ Chriſtus in terra operatus eſt, & in honorem Magnæ Dei Genitricis S. Joañis Baptiſtæ, ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & eorum, quorum illo die ſpecialis agitur ſolemnitas, vel etiam quorum in altari conſervantur Reliquiæ, ro-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

gans, ut noſtri velint eſſe interceſſores in cœlo, dum illos honoramus, ac veneramur in terris. Obſervat S. Thomas 3. P. Q. 83. cæremoniam illam deſumptam eſſe ex Cap. 29. Lib. 1. Paralipomenon, in quo deſcribitur oraſſe S. Regem David, quatenus Deus ſuas totiusque populi dignaretur recipere oblationes, ad cujus imitationem Sacerdos, *Petit, ut oblatio populi ſit Deo accepta*: *Le Coin. An. Eccl. Gall. Tom. 2. Hug. Men. in ſacram.* cujus orationis veſtigium reperitur in Lithurgia Sanct. Joannis Chryſoſt. referturque etiam in veteribus codicibus. Abſoluta oratione illa, ſacerdos reverenter oſculatur altare, in teſtimonium unionis animæ ſuæ cum Chriſto, & *quaſi* novo repletus ſpiritu, vertit ad adſtantes, eosque iterato monet, ut orent, brevibus hiſce verbis: *Orate Fratres.* Utitur verbo iſto, *Fratres*, ut neceſſitatem ſignificet unionis, ac fraternæ Charitatis, pro exaudiendis precibus, conformiter monitioni illi ſancti Cypriani *Ep. 8.* viſione quadam à Deo inſtructi, quam Clero populoque ſuo inſinuavit: *Inpetendo fuiſſe diſſonas voces, & diſpares voluntates, & vehementer hoc diſplicuiſſe illi, qui dixerat, petite, impetrabitis; quod plebis inæqualitas diſcreparet, nec eſſet fratrum conſenſio una & ſimplex, & juncta concordia.* Quam autem oppor-

opportunè ſtatim poſt oblationē fidelium has effundat precesEccleſia,optimè notat S.Greg. Nysſenus *Orat.2.de Or.Dom. Vovere prius oportet,deinde orare;perinde ac ſi quis dicat, ſementem prius fieri, quam fructus percipi oportere. Quaſi*, paulò inferius proſequitur, *colloquium cum fiducia fieri non poſſit, niſi per praecedens aliquod votum & donum, aditus factus ſit,neceſſario votum orationem praecedet:* Præter hoc etiam manifeſta convenientia ex Levitico eruitur, ubi ſingulariter à DEO commendatur, ut oblationem ſequatur oratio. Videantur de hoc Cap. 5. 12. 14. 16. & plura alia loca. In hac cæremonia vertens ſe Sacerdos, totum circulum perficit, quaſi invitans omnes ad orandum qui ſeſe ad altare receperunt, juxta mandatum factum Rahab *Ioſue* 2. *In qua*, dicit S.Cyprianus *de unit. Eccl.præformabatur Eccleſia*, quod erat, *Patrē tuum, & Matrem tuam, & fratres tuos, & totam domum tuam colliges ad te.* Ita tunc Sacerdos omnes interpellat, ut omnium adjuvetur orationibus, ideoque ad omnem ſe vertit partem, per motum circularem, ne quis ſit, qui ſuam non percipiat exhortationem. Clarius deducitur cauſa hujus ritus, ex miſſa antiqua, ubi ita habetur; *Orate pro me fratres & ſorores, ut*

*meum ac veſtrum ſacrificium acceptabile ſiat Deo omnipotenti , ante conſpectum ſuum;* Quod autem viri ac mulieres ſeparatim ibi nominentur , illius cauſa & origo facile ex eo deduci poſſet , quod antiquitus erant in Eccleſia loco ſeparati viri à mulieribus, prout authoritate Philonis, ſancti Hieronymi, SS. Ambroſii, Joannis Chryſoſtomi, & Procopii demonſtrat Card. Baronius tom. 1. Annal. *ad An.*57. *n.*123. pluribusque in locis habetur apud Anaſtaſium à Romanis Pontificibus in Eccleſiis ædificatum fuiſſe locum ſeparatum, quem vocabat ille *Matronæum*, *Anaſt. Bibl. in Sym. Altes. in not. An. in Symb.* qui aliud nihil erat , quam ſpatium aliquod diſtinctum, aut muro ſeparatum , in quem ad orandum fœminæ conveniebant. Talem locum dicit conſtruxiſſe *S.* Symmachum Papam, S. Gregorium IV. *S.* Sergium I. & *S.* Leonem III. in cujus vitam per errorem irrepſiſſe advertit Dadinus Altiſerra, loquens de Baſilica Lateranenſi, nomen illud *Matronam*, cujus loco ſubſtitui debet, *Matronæum*.

Secundum diverſitatem Eccleſiarum, & etiam temporis variatur reſponſio populi, ad illam à *S*acerdote factam invitationem. In aliquibus locis dicebatur *Hugo Vict. in ſpec. Eccl. c.*7. *Alex. Ab. p.* 4. *Memor Dominus omnis ſacrificii tui* &c. alii reſpondebant *Le Coin. Tom.* 2.

*Spiritus*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Spiritus ſanctus ſuperveniat in te* &c. Alii iterum alias formas adhibebant, relatas in Annalibus Eccleſiaſticis Franciæ, & in Sacramentario Hugonis Menardi; hodie apud Latinos plerumque ſervatur illa, quæ incipit: *ſuſcipiat Dominus* &c. Deinde dicuntur orationes ſecretæ, tot, quot in principio dictæ fuerunt collectæ, omittitur tamen *Dominus vobiſcum*, & abſolutè dicit Sacerdos *oremus*, referturque ad illud quod in principio offertorii dictum fuerat, cum olim intra illud non fuerit altera Oratio, ut obſervat Micrologus, conſentitque Gaventus, *Guantus P. 1. Tim. 12. an. 5.* Dumq; populus occupatus eſt in oblationibus, Sacerdos ut non ſit otioſus, ſecretè ad Deum ſuas fundit orationes, unde nomen illud ſortitæ ſunt, ritusque invaluit, quod vocentur ſecretæ; cujus tamen etiam excellens reperitur ratio apud S. Thomam, dum dicit: 3. P. Q. 83. *Quædam ſacerdos ſolus proſequitur, quæ ſcilicet ad proprium officium Sacerdotis pertinent, ut ſcilicet dona, & preces offerat pro populo, ſicut dicitur Hebr.* 5. unde apparet, quam prudenter, ac circumſpectè ſacroſanctas inſtituerit Miſſæ cæremonias, & quam rationabiliter orationes illæ ſecretò, ac in ſilentio recitentur, varia ob ſecreta Myſteria ab authoribus perpenſa; vel quia ante ſuam paſſionem Salvator noſter non niſi incognitus, &

quaſi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quaſi abſconditus degebat, dum, *Jam non palam in Judæa ambulabat*, quod Rupertus conſiderat; vel circa ſecretam orationem ad Patrem, factam in horto, ut meditatur S. Bonaventura, vel quia tempore Paſſionis, diſcipuli non niſi occultè Chriſtum fuerunt confeſſi, juxta ſancti Thomæ mentem.

In fine ſecretarum orationum dicit ſacerdos alta voce, *Per omnia ſæcula ſæculorum*; quæ cæremonia ita intonandi, ut tenet Maldonatus, non eſt quidem uſitata pro terminatione, ſed pro inchoatione, ſervit tamen hic ſolum ad excitandã attentionem ad *Dominus vobiſcum*: Mutatur proinde cæremonia, diciturq; alta voce finis orationis, ut *hic* connectatur cum præfatione ſacrificii, ſequendo in hoc morem Eccleſiæ Græcæ, quæ in quibusdam Lithurgiis clauſulam collectis imponit voce alta, renovando per hoc, ut notat S. Bonaventura, ſucceſſum ingreſsûs Salvatoris in Jeruſalem, in quo turba voce ſonora ſequebatur, quibus iisdem verbis ſtatim recte finitur Præfatio; de cujus inſtitutione diverſa valde diverſorum eſt opinio; aliqui attribuunt S. Gelaſio, multi S. Gregorio, alii iterum S. Ambroſio, aliisq; SS. Patribus: Certum eſt nihilominus inſtitutionem ipſius deducendã eſſe aut ad ipſos Apoſtolos, aut viros Apoſto-

licos,

licos, dum illius fit mẽtio in Lithurgiis *S.* Jacobi Apoſtoli, *S.* Baſilii, S. Joannis Chryſoſtomi, ſicuti etiam apud S. Cyprianum, *S.* Cyrillum Hieroſolymitanum, *S.* Athanaſium Sinaitam, S. Auguſtinũ in Concilio Milevitano ſecundo apud S. Cæſariũ Arelatenſem, & plures alios. Etiam illius extat mentio ſatis ampla, capite 8. Conſtitutionum Apoſtolicarum S. Clementis. Honorius *c. 1. c. 89 Gen.* non credit Authori, S. Dionyſ. Areopag. Quam fuerint olim variæ Præfationes, videri poteſt in Sacramentario S. Gregorii, & apud Cornelium Scultingium *Tom. 1. Bib. Eccleſ. P. 2. c. 12.* multumq; luminis in hac materia attulit liber intitulatus, *Codices Sacramentorũ* editus An 1680. operâ pii, Eruditi, ac Religioſi Dn. Joſephi Maria Thomaſi Clerici Regularis, in quo obſervandum quod in Miſſali Gothico, in opere illo inſerto, Præfatio ſemel appelletur *immolatio*, deinde *conteſtatio*, idque magna cum proprietate, ad alludendũ ad illud, *Immola Deo ſacrificiũ laudis*, quod dicit Pſalmiſta, & exercetur in Sacro illo Triſagio. Deinde *conteſtatio*, quia in illa populũ exhortatur ſacerdos, & quaſi cõteſtatur, ut debitæ Deo reddantur gratiæ, cui populus reſpondet, id dignum & juſtum eſſe. Authorẽ hujus particulæ, *verè dignum & juſtum eſt S.* Ambroſium ſtatuit Algerus, qui tamen in alio ſuo opere *c. 15. de Sac. Corp. Chriſt.* illam rejicit

ad

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ad Liturgias Græcas, è quibus putat depromptam. Olim novem approbatæ erant Præfationes, & nuncupatæ Canonicæ à Pelagio ſecundo, uti in Annalibus Eccleſiaſticis refert Cardinalis Baronius *An.* 590. habenturque in Decreto Can. *Invenimus de Conſec. Diſt.* 1. ſuntque ſequentes: Paſchatis, Aſcenſionis, Pentecoſtes, Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Apoſtolorum, Trinitatis, S. Crucis, & Jejunii Quadrageſimalis; Decima, id eſt de Beata Virgine, inſtituta fuit ab Urbano Secundo in Concilio Placentino. De decem illis mentio fit in Concilio, ſub Alexandro Tertio in Anglia celebrato, An. 1175. *Conc. Londin. ap. Lab. tom.* 9. *Suar. Tom.* 1. *de Relig. Cap.* 4. *L.* 2. Undecima, quæ eſt communis, antiquiſſima eſt, putaturque eſſe S. Gelaſii, aut S. Gregorii Papæ: de illa autem ſpecialis non fit mentio, quia eſt tanquam fons & origo, ex qua reliquæ aliæ rivulorum inſtar derivantur. Illa de Sanctiſſima Trinitate cantari ſolebat ſingulis Dominicis, prout in Prima in honorem ejusdem ſymbolum recitatur ſancti Athanaſii. Et quia conſecratio, ad quam illa diſponit, perficitur virtute ſupernaturali, ideo in principio ſtatim excitatur populus ad devotionem per illa verba; *Surſum corda*: ita à toto mundo approbata,

ut

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ut de illis ſcribat S. Auguſtinus *L. de ver. Relig. c.3. Per urbes, atque oppida, caſtella, vicos & agros etiam, villasque privatas apertè perſuadetur, & appetitur à terrenis averſio, & in unum Deum verumque converſio, ut quotidie per univerſum orbem humanum genus una penè voce reſpondeat, ſurſum corda habere ad Dominum.* In fine ſimul cum Angelis laudatur Chriſti Divinitas, replicando *Sanctus, Sanctus*, & unà cum pueris ejusdem humanitas, dicendo; *Benedictus qui venit* &c. finitque cum ſigno ſanctæ crucis, quia, dicit Hugo à S. Victore *Cap. 7. ſpec. Eccl. Hic vexillum crucis imprimitur, quia Chriſtus per crucem triumphavit, & nos triumphare facit.* Devota illa oratio, in qua memorantur particulariter Chori Angelici, qui ſum̃a cum reverentia ſæpius ſenſibiliter viſi ſunt adſtare Sacroſancto Sacrificio, quanta attentione ac cordis teneritudine recitata fuerit à ſancto illo Valentino Archiepiſcopo Thoma, in vita ipſius enarratur, dum in nocte Nativitatis illam cantans, in ſuaviſſimam raptus fuit extaſim. Omitte varios Sanctorum Patrum ſenſus, ac expoſitiones circa illa verba, quas ſparſim reperire eſt in diverſis libri præcedentis capitibus. Quam egregiè in illis paucis verbis Sanctus &c: ſit comprehenſum myſterium unitatis, ac Trinitatis Dei, excellenter demonſtrat S. Ambroſius.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſius. Inſtitutio recitandi *Sanctus*, attribuitur S. Sixto Primo Pontifici, verum hoc ſolum deducitur ex libro Pontificali, in quo conſtituitur, ut Sacerdos incipiat, populus autem Canticum proſequatur. Etiam in Eccleſia moris eſt, ut illo tempore campanæ pulſentur, quæ ſerviunt loco tubarum argentearum veteris teſtamenti, quibus Levitæ tempore Sacrificii, ad majorem devotionem excitaré ſolebant populum. Et quia illud erat unum ex quatuor canticis Lithurgicis, *Goar. in not. ad Mſſ. S. Ioan. Chryſ.* quæ Græci Epinicium ſeu Triumphale appellabant, videturque aliquibus id propriè cantari haud fuiſſe ſolitum, niſi in ſolemnitatibus, *uti* aliud illud Angelicum, *Gloria in excelſis*: ideo authores aliqui *Gav. p. I. c. 12 Bona l. 2 rer. Litur. c. 9. Bonav. de Sacrif. Miſ. c. 18. l. 2.* putant in Francia introductum fuiſſe, ut omitteretur in vigiliis, ac Miſſis defunctorum, ſolumque in publicis ac ſolemnibus diceretur; idque in Concilio Valenſi quod Sirmondus vocat ſecundũ, Binius III. celebratum ſub Felice IV. An. 529. videtur poſſe erui ex Canone tali: *In omnibus miſſis, ſeu matutinis ſeu Quadrageſimalibus, ſive in illis quæ pro defunctorum commemoratione fiunt, ſemper ſanctus, ſanctus, ſanctus, eo ordine, quomodo ad Miſſas publicas dicitur, dici debeat;*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*beat: quia tam ſancta, & tam dulcis, & deſiderabilis vox, etiamſi diu noctuque poſſet dici, faſtidium non poterit generare.* Ego tamen credo concilium illud ibi non loqui de Sacrificio Miſſæ, *Sirm.* Tom. 1. *conc. Gal. c.* 30. ſed de Horis Canonicis: Recte enim in Concilio Agathenſi, ſimiliter in Gallia habito 23. annis ante ſub *S*ymmacho Papa, eadem omnino phraſis reperitur de Miſſa matutina, per quod laudes, & Prima intelligitur: *In concluſione matutinarum, vel veſpertinarum Miſſarum, poſt hymnos capitella de pſalmis dicantur*, ex quo, nemo eſt, qui nō videat, illud nō intelligi de Miſſæ Sacrificio, ſed de horis Canonicis; Eodem modo explicantur à Petro Ciacone, *P. 2. Diſq. Monaſt. Diſq. 5. tit. 8.* & Alphonſo Salmerone illa Caſſiani verba, allata à Benedicto Haefteno, & Smaragdo Abbate in interpretatione Miſſæ.

## Caput Sextum.

### *De Canone Miſſæ.*

NOmen illud *Canon*, quod ſignificat Regulam, ſufficienter demonſtrat ſanctitatem, ſtabilitatem, ac efficaciam precum in illo contentarū, dū ſervire debent pro regula firma ac ſtabili, ad dignè celebrandū ſacroſanctū Sacrificium; *Orationem quam Canonem, ſive actio-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*actionem*, dicit ordo Romanus, *propter regularem Sacramentorum confectionem, more Romano appellamus* : De Sacr. Miſ. c. 3. Et ſacroſanctum Tridentinum Concilium Seſſ. 22. loquens de illo, dicit : *Cum ſancta ſanctè administrari conveniat, ſitque hoc ſanctiſſimum ſacrificium, Eccleſia Catholica, ut dignè reverenterque offerretur, ac perciperetur, ſacrum Canonem multis ante ſæculis inſtituit, ita ab omni errore purum, ut nihil in eo contineatur, quod non maximè ſanctitatem, ac pietatem quandam redoleat, mentesque offerentium in Deum erigat.* Olim etiam vocabatur legitimum, vel legitima, ut conſtat ex S. Optato Milevitano, *Quod ſcilicet*, dicit Maldonatus, Cont. Parmen. in M. S. de cari. Miſſæ. *legitimæ ſunt certæ, certaque lege conſtent.*

S. Iſidorus Lib. 1. de offic. cap. 15. Canonis authorem facit ſanctum Petrum, quod tamen hoc modo intelligendum eſt, ut non excludantur alii ſummi Pontifices, uſque ad S. Gregorium Magnum, qui etiam aliquid addiderunt, quamvis poſtea alii nihil addiderint: S. tamen Gregorius III. uti habemus apud Anaſtaſium, non quidem pro univerſali Eccleſia, ſed pro particulari à ſe ædificato Oratorio in honorem omnium Sanctorum S. Petro vicinorum, memoriam addidit, ad

veran-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

retundendam crudelem Leonis Iſaurici impudentiam, qui bellum ſacris imaginibus, ac Sanctorum invocationi indixerat. *Multi Sancti* dicit Bonaventura *C.4.Expoſ.an Miſſ. Scilicet Gelaſius, Damaſus, Gregorius, Leo, Sergius Papa, & cæteri multi diverſas clauſulas appoſuerunt.* Plures etiam credunt cooperatum fuiſſe Muſeum Presbyterum Marſilienſem, cujus ſervat memoriam Martyrologium Gallicanum ad quartum diem Septembris, *Sauſ. Mar.Gall.in ſup.Queſnai ann. Maſſ Ann.* 439. Item Vocontium Epiſcopum Caſtellanenſem in Mauritania; & idem *S.* Bonaventura docet quod, *Canonem diverſi ſancti compoſuerunt, ſed quidam Scholaſticus Romanæ Eccleſiæ, ad petitionem Apoſtolici regulariter eum ordinavit*, qui, qualis fuerit, neſcimus, cum nomen Scholaſtici, non ſit proprium, ſed connotativum aut hominis eruditi ac docti, aut etiam Advocati, prout habemus apud Juſtinianum, deq; eodem gradu ac officio agunt Macarius, Meurſius in Gloſſario, Cardinalis Baronius in notis ad Rom. *Novel.* 74. 76. *Hom.* 15. *ad* 6. *Febr.in not. ad Soc.* Martyrl. Henricus Valeſius, & alii: Dicere tamen debemus antiquiorem eſſe Gelaſio Papa, aliisque ſupra nominatis Pontificibus, aſſerit enim Vigilius Papa, loquens de Canone, *Ipſum ex*

*Apo-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Apoſtolica traditione accepimus*, cui conformiter loquitur Concilium Tridentinum, *conſtat, tum ex Apoſtolorum traditionibus, ac Sanctorum quoque Pontificum piis inſtitutionibus*; unde juſtiſſimè anathematizat illos, qui auſi fuerint dicere quod in Canone errores contineantur: *Si quis dixerit, Canonem Miſſæ errores continere, ideoque abrogandum eſſe, anathema ſit.* Inchoatur Canon hac oratione; *Te igitur* &c. in qua, Eccleſia ab Apoſtolo inſtructa, recurrit ad æternum Patrem mediante JEſu Chriſto ejus Filio advocato noſtro: *Advocatum habemus apud Patrem JEſum Chriſtum*: Advertitque S. Thomas *in Ep. Pauli*, 1. *ad Tim. c.* 2. *lec.* 1. in Miſſa contineri quatuor illas petitiones, quas S. Paulus præſcribit Timotheo cap. 2. *Obſecro primum, omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones.* Omnes illæ partes perfectè adimplentur in Miſſa, & quoad obſecrationem, *In Miſſa eſt obſecratio uſque ad conſecrationem corporis & ſanguinis, quia in eis eſt commemoratio ſacrorum, ex quibus eſt fiducia impetrandi*, ideoque vocantur, *Dona, munera, ſancta ſacrificia* &c. id eſt, ut explicat Hugo à S. Victore; *L.* 2. *de offic. Eccl. cap.* 29. *Donum eſt, quod à ſuperiore datur, Munus, quod ab inferiore; quod autem additur, hæc ſa-*

crificia,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*crificia, determinatio eſt, qualiter inde Deus muneretur*; tribus vicibus, proferendo eadem dicta verba, ſignum ſanctæ crucis format Sacerdos, quod non ſolum denotat, quod etiam, ſuam ante Paſſionem Chriſtus ſemper in corde ſuo, ſuam habuerit crucem, verum etiam quod omne id quod ſub quovis titulo aut formalitate offerreretur, omne ſuum meritum, omnem valorem reciperet per relationem ac reſpectum ad Chriſti Paſſionem: *cujus nos*, dicit idem author, *participes facimus, dum vita noſtra ſuſtentamenta nobis ſubtrahendo, Deo offerimus, Ter autem ſignamus ea, quia virtute Trinitatis, omnis conſecratio perficitur.* Specialiter nominat Sacerdos ſummum Pontificem, tanquam caput Eccleſiæ univerſalis, pro quo orat, Apoſtolicæ conformiter doctrinæ: *Heb. 13. Mementote Præpoſitorum veſtrorum*, idque conſtanter ſemper fecit, facitque Eccleſia, tam ſollicita pro S. Petri ſucceſſore, quam olim fuit pro ipſomet, juxta illud: *Oratio autem fiebat ſine intermiſſione ab Eccleſia ad Deũ pro eo.* Id ipſũ quoq; populo Antiocheno in memoriã reduxit S. Joan. Chryſoſtomus; *vobis autẽ & pro terrarũ orbe, & pro Eccleſia, quo uſq; ad terræ terminos extẽdatur, & pro gubernantibus ipſã & præſidẽtibus, jubetur orationes emittere*; & ad reſtituendam, ſeu potius robo-

 ran-

randam confirmandá ac talem ac conſuetudinem, ſupra citatum Vaſenſe Cócilium ſtabilivit cum canone quarto: *Nobis juſtum viſum eſt, ut nomen Domini Papæ, quicunq; Apoſtolicæ ſedi præfuerit, in noſtris Eccleſiis recitetur.* Et ſicuti denominatio viſibilis Eccleſiæ Capitis, & Patris univerſalis animarum permittitur, ita etiam communi, ac generalis Rectoris corporum, juxta id quod dicit Tertullianus *In Apol. cap. 30. Nos pro ſalute Imperatorum Deum invocamus æternũ:* & *ad Scapul. c. 2. Sacrificamus pro ſalute Imperatoris Deo noſtro.* Docet etiam ſacra Scriptura pro Salute Demetrii idem factum fuiſſe, dum dicit, quod, *Exierunt de Sacerdotibus populi ſalutare eum in pace, & demonſtrare ei holocauſtomata, quæ offerebantur pro Rege* 1. *Macchab.* 7. Similiter quoque tunc quoque orat pro omnibus Fidelibus, cujus rationem dat Oecumenius *Hom. 19. ad pop. in Ep. ad Tim. c. 2.* *Cum Epiſcopus communis ſit Pater, debet pro omnibus orare.* Utitur verbo illo *offerimus*, eodem modo ſicuti antea in ſacrificio, non quod oblatio iſta, quæ ante conſecrationem facta eſt, propriè ſit ſacrificium propitiatorium, ſed quia eſt dedicatio illius materiæ, è qua fieri debet propitiatorium ſacrificium.

Incipit deinde *Memento* vivorum, in

quo antiquitus exprimebantur nomina principalium perſonarum, quæq; erant in majore reſpectu, aut ob dignitatem, aut ob beneficia ſingularia collata tali Eccleſiæ. Pergit alterius ad *Communicantes*, in quo, ut dicit S. Thomas 3. P. Q. 83. *commemorat Sanctos, quorum patrocinia implorat, pro prædictis,* & quia partem primam orationis ſub unica clauſula concludit, ideo bene dicitur *Communicantes* *Bell. de Miſſ. l 2. c. 21. Hug. ubi ſupra.* id eſt, *memoriis Sanctorum & eosdem Sanctos venerantes*; vel etiam ob mutuam correſpondentiam, qua inter ſe fideles ſunt uniti, & *in Eccleſiæ communione, per fidem manentes.* Ad ſecundam iſtam opinionem inclinare videtur Micrologus, reflexionem faciens, quod in quibusdam ſolemnitatibus ad *Communicantes* adjungat Eccleſia hæc verba, *& diem ſacratiſſimum celebrantes, &c.* Unde putat illa non conjungi cum memoria Sanctorum, ſed debere ſolum referri ad ipſum offerentem. Sex vicibus adjungit Eccleſia Romana verba illa ordinario *Communicantes*, idque ex ritu antiquiſſimo, inquit Micrologus, nempe in Paſchate, Pentecoſte, Natali DOMINI, Epiphania, in Aſcenſione DOMINI, & per illorum Octavas, & in die Jovis



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſancto: Et quia dubitabatur, an, ſi infra il-las octavas veniret aliquod feſtum, proprium habens præfationem, deberet etiam omitti *Communicantes*, per Octava illa aſſignatum, ſacra Rituum Congregatio die 29. Auguſti Anno 1627. declaravit, in illo caſu præfatio-nem ſeparandam eſſe à *Communicantes*, & dicendo illam propriam, retineatur hoc de Octava; Quod enim in Miſſali Communicantes ponatur ſtatim poſt præ-fationem, non ideo factum eſt, qualiter u-num ſemper dici deberet cum altero, ſed ut facilius, & commodius inveniretur. Illud tamen dicit Guyet L. 4. Q. 32. *Heortol.* in oc-currentibus Miſſis defunctorum non debet practicari, in quibus ſemper uti, vigore Ru-bricæ, ſemper dici debet præfatio communis, ita etiam dici debet *Communicantes* commu-ne, & non proprium illud ſolemnitatis: *Cau-ſa vero eſt, quod nulla ſit habitudo Miſſarum pro defunctis, cum Miſſis vivorum, ac proinde nuſquam attenditur ad feſtum, ſeu tempus oc-currens.* Invocantur ex vetuſtiſſima traditio-ne in *Communicantes*, Beatiſſima Virgo, S. A-poſtoli, & duodecim Martyres, juxta anti-quum uſum in Eccleſia per tria ſæcula, quo tempore ſolum mentio fieri ſolebat de Mar-tyribus. Alii plures recenſentur in Miſſa-

li Am-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ambroſiano ,& in eo publicato à Thoma-
; annumerantur etiam varii ſancti Epiſco-
& Confeſſores ; & in aliquibus locus re-
nquitur illi ſancto . de quo fit officium. Ad
oc propoſitum refert Matthæus Pariſius,
*vita Guliel. Abb. S. Albani.* quod dum inter-
garetur Innocentius Tertius , an eſſet lici-
m in Canone Miſſæ adjungere nomen illius
ncti, cujus corpus in illa Eccleſia venera-
ur, reſpondit, id æquitati videri conforme.
on debet tamen aliquis , quidpiam adjun-
re authoritate propria, & abſque Eccleſiæ
probatione. Altera oratio, quæ incipit,
*anc igitur*, quæ ſpectat ad ſecundam partem
anonis , ſpecialem adjunctam habet cære-
oniam, tenendi expanſas ſupra oblata. Præ-
gurata fuit illa cæremonia in lege Moſaica,
ſacrificio duorum Hircorum, è quibus E-
ſſarius, ab Origine appellatus, *Apopompæ-*
, qui , & bene diximus in principio hujus
bri figura erat incruenti ſacrificii, antequam
ferretur in deſertum , ponebatur in porta
bernaculi, & ibi Pontifex. *Pan. S. dormi. Po-*
*t utraque manu ſuper caput ejus*, dicit ſacer
xtus *Levit.16. confiteatur omnes iniquitates fi-*
*orum Iſrael & univerſa delicta, atque peccata*
*orum ; quæ imprecans capiti ejus , emittet*
*lum per hominem paratum in deſertum :*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quomodo Hircus ille figura fuerit Sacrificii crucis, in Miſſa repræſentati, pulchrè docet Origenes: Hom.12. *in Levit.* c.16. *In eo, quod dicitur, quia affixit cruci ſua, Principatus, & Poteſtates contrarias, & triumphavit eas, ſortem in eis Apopompai implevit: Scimus* utique Chriſtum Dominum fuiſſe illum, in quo tanquam in Hirco Apopompæo, *poſuit Dominus in eo*, uti dicit Iſaias c. 53. *iniquitatem omnium noſtrum*; & paulo inferius, *Et iniquitates eorum ipſe portavit.* Valde autem appoſitè venit illa cæremonia ante conſecrationem ſupra oblata, ad denotandum, quod id, quod offertur, licet modo ſit panis & vinum, in virtute tamen verborum conſecrationis, transſubſtantiandum eſſe in corpus & ſanguinem Domini, *Qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus, & ſemel oblatus eſt ad multorum exhaurienda peccata* 1. Tim. 2. Heb. c.9. Cæremonia illa expandendi manus ſupra victimas, quæ offeruntur, de qua non in illo ſolum loco, ſed etiam in pluribus aliis loquitur ſacer textus Levit. c.3. 41. c. 44. ſingulari nota digna eſt, eamq; valde convenienter intento noſtro explicat Dionyſius Carthuſianus: *in c.1. Levit. art.4. Manum ſuper hoſtiam poſuit, ut per hoc interiorem ſuam intentionem, & devotionem for-*

*rtius excitaret, & applicaret exteriori ſacrifi-
io ſuo, quatenus acceptabilior fieret Deo ſua ob-
latio.* Neq; foret impropria alluſio deſumpta
x impuris Hebræorum fontibus, à quibus
ſcriptum invenimus, Rabbi Paal. apud Dyon.
Carthuſ. ibid. *per manuum impoſitionem ſuper
hoſtiam notabatur, & offerens teſtabatur, quod
ipſe pro peccatis ſuis dignus eſſet occiſione, &
quod loco ſui animal illud occideretur.* Enim-
vero, ſi ſpectemus flagella, ſpinas, crucem,
nonne omnia & pro nobis rebellibus ſunt, &
ingratis? Et tamen, non aliquod animal, a-
liamve ſumpſit creaturam Deus Pater, ſed Fi-
lium ſuum unigenitum, Regem Gloriæ, uni-
verſorum conditorem, loco noſtro omnibus
illis ſuppoſuit pœnalitatibus. Revocemus
quoque in memoriam, manuum hac ſuper
oblata impoſitione, illam Epiſcopi ma-
nuum impoſitionem ſuper capita Sacer-
dotum ordinandorum, ac recordemur, mira-
bilem illā conſecrationis actionem effectum
habere non potuiſſe, niſi mediante ordinatio-
ne, rituque particulari ad miniſterium illud
fuiſſemus deſtinati; unde cognoſcentes ſub-
limitatem injuncti nobis muneris, illi corre-
ſpondere ſtudeamus morum excellentiæ. Et
quia, tam in Holocauſto, quam in Hoſtia pa-
cifica, ac in ſacrificio pro peccato in uſu fuit



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

talis cæremonia, ipſumque Miſſæ ſacrificium excellentiſſimè in ſe continet trium illorum ſacrificiorum proprietates, convenientiſſimum fuit, ut eadem quoque cæremonia in Miſſa practicaretur; cujus tamen aliam quoque adfert convenientiam Hincmarus Remenſis, quia, *Jacob Patriarcha cum filios Joſeph benediceret, manus eis impoſuit, & Dominus in Evangelio oblatos ſibi parvulos, per impoſitionem manus benedixiſſe legimus.* de variis cap. Ev. c. 18.

Eadem ſemper formulâ utitur Eccleſia Romana in *Hanc igitur*, ac pauca ſolum aliqua adjungit verba, in Paſchate, Pentecoſte, eorum octavis, & in Miſſa diei Jovis ſancti, cujus ratio eſt manifeſta, quia cum tunc celebraretur Baptiſmus Cathecumenorum, juxta Regulam Apoſtolicam, cujus meminit Tertullianus *de Bapt. c. 19. Ep. 4.* quam S. Leo Papa in Litteris ad Epiſcopos Siciliæ reſtrinxit, nec approbare voluit id, quod ex ſimilitudine Eccleſiæ Africanæ, quidam introducere volebant, jamque, ſecundum Joannem Moſchum, practicabatur in Licia, optabantque ut etiam practicari poſſet in Epiphania; ob hanc dico cauſam, quia Eccleſia nominatur Domini familia, ſpecialiter includerentur etiam novelli iſti baptizati, utpote qui jam incipi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

incipiebat annumerari iis, pro quibus offerebatur ſacrificium tum etiam quia in ſeparato ac eminentiori loco cereos habentes in manibus conſiſtebant, & juxta antiquorum baptizatorum morem altare circumdabant, unde etiam merito ſpecialem in Miſſæ Canone conſiderationem requirebant: *Ioh. Vicec. lib. 5. obſ. cap. 27.* Et obſervandum eſt, quod in Sabbatho incipiat additio illorum verborum, quia dies illa præciſè præſtituta Baptiſmo, id eſt, nox Sabbathi ſancti, & Pentecoſtes, *I. Ver. lib. 1. c. 27.* in quibus uſque hodie obſervatur cæremonia benedictionis fontis. In die Jovis ſancto, ratio, cur fiat, aſſignatur in ipſo Miſſali, eſtque commemoratio inſtitutionis Diviniſſimi Sacramenti, qui dies, in quo ineffabile myſterium illud celebratur, jure merito ſpeciali aliqua nota ab aliis diſtinguitur. Reperio etiam, quod in Pontificali, quo die Epiſcopus conſecratur, aſſignetur ſpecialis aliqua additio, tam ad conſecrantis quam conſecrati propoſitũ; & in ſupra citato antiquo Thomæ codice ſæpius reperitur, pro occaſionis occurrẽ in verba aliqua fuiſſe addita, vel ob dedicationem Eccleſiæ, vel ſolemnitatem alicujus Sancti aut anniverſarium ordinationis, ob nuptias, aut diem natalitium, aut etiam ob ex-

equias alicujus defuncti: Et tandem, habemus apud Hugonem Menardum, quod pro quavis occurrente occaſione, particulam hanc addere conſueverint: *Quam tibi offerimus pro hujus negotii qualitate, de quo in præſenti diſputationis actione diſputatur.* Neſcio, an forte etiam id intenderit Vigilius Papa, ſi tamen eo tempore, quo id ſcripſit, nempe Anno 538. mereatur illud nomen, cum aliter non eſſet Papa, niſi exterioribus inſignis, vivente adhuc legitimo Pontifice S. Silverio, illeque eſſet, non Paſtor, ſed lupus, ſcribens Eutherio Epiſcopo in ultimis Hiſpaniarum confiniis: *in not. Sacr. S. Greg. P. 389. cap. 5. Ordinem precum in ſolemnitate Miſſarum nullo nos tempore, nulla feſtivitate ſignificamus habere diviſum, ſed ſemper eodem tenore, oblata Deo munera conſecrare: Quoties verò Paſchalis aut Aſcenſionis Domini vel Pentecoſtes, & Epiphaniæ, Sanctorumque Dei fuerit agenda feſtivitas, ſingula capitula diebus apta ſubjungimus, quibus commemorationem ſanctæ ſolemnitatis, aut eorum facimus, quorum natalitia celebramus.* ap. Lab. Tom. 5. Concil. *Quapropter & ipſius Canonicæ precis textum direximus ſubter adjectum, quem (Deo propitio) ex Apoſtolica traditione ſuſcepimus. Et ut Charitas tua cognoſcat, quibus locis aliqua feſtivitatibus apta connectis,*

*nectes, Paſchalis diei preces ſimiliter adjecimus.* Hæc verba dum accurata reflexione perpendo, induci non poſſum, ut credã aliam in illis intendi additionem, quam præfatam, manifeſtum enim eſt ea de collectis, aliisve orationibus, quæ ſecundum feſtorum diverſitatem mutantur, non poſſe intelligi, ſed dum dicit, *quibus locis aliqua feſtivitatibus apta connectes*, neceſſario particulæ illæ additæ fuerunt aut in *Communicantes*, aut in *Hanc igitur*, adeoq; reponenda ſunt inter illa, quorum meminit ſuperius Micrologus: Et videtur recognoſcere S. Gregor. c. 12. apud ipsũ in uſu fuiſſe, quod in Miſſa legerentur nomina Sanctorũ, quorum illo die celebrabatur memoria, ſicuti ideo forte in Martyrologio non omittitur qualitas Martyrii, & ſæpius etiam patriæ. Hæc tamen omnia poſtea limitavit Eccleſia ac dies illos ad functiones, de quibus actum eſt ſuperius.

Tertia Canonis pars videtur inchoari ab illa Oratione: *Quam oblationem tu Deus, &c.* epithetis hiſce conglobatam, *Benedictam, adſcriptam, ratam, rationabilem, acceptabilemq;* atque hæc fuit abominatio illa de qua tam temerariè auſus fuit ſcribere Lutherus, *Bellar.* T. 2. *Cont.* L. 2. c. 23. *de Miſſa.* *Portenta illa verborum neq; ego intelligo, neq; ſtolidus ille qui ſcripſit*; quod ſane mirum non eſt; quomodo



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

enim ſpurciſſimo abominandi Apoſtatæ palato ſapere potuiſſent dulcia illa, melli fluaq; verba, quæ ita placuerunt Sancto Ambroſio, ut de illis ſcripſerit in ſuo Libro quarto de Sacramentis: *Dicit Sacerdos: Tu nobis hanc oblationem adſcriptam, rationabilem, acceptabilem.* Apud Fortunatum in vita S. Martini c.3. etiam hæc leguntur:

*Munera vel Chriſti benediceret ore Sacerdos,*
*Impoſita altari Rata corporis, atq; cruoris.*

Epitheta iſta reperiuntur in miſſali Gothico, & in antiquiſſimis aliis miſſalibus Eccleſiæ; nec novum eſt aut inauditum, tam apud Sacros, quam prophanos ſcriptores ſubjecto alicui amabili, ac venerabili varia addere epitheta, ad redundantiam amoris erga illud exprimendam, ac verbis deſignandum, quanti ipſum faciamus: Videmus, quantum in iis abundent Regius Propheta David, quantum alii Prophetæ, eſt S Paſchaſius Abbas Corbejenſis illorum fecit expoſitionem dicens: *Cap. 12. de Corp. & ſang. Domini.* Rogamus *hanc oblationem benedictam, per quam nos benedicamur; adſcriptam, per quam nos omnes Cœlo adſcribamur; ratam, per quam inviſceribus Chriſti cenſeamur; rationabilem, per quam à beſtiali ſenſu exuamur; acceptabilemq; facere*

digne-

*dignetur quatenus & nos per hoc, quod in nobis diſplicemus, acceptabiles in unico Filio ejus.* Verba illa apud S. Thomam, *3. P. Q. 83. ar. 4.* & apud Gratianum. *Can. Utrum de Cauſa diſt. 2. c. 72.* Sancto Auguſtino attributa, reperiuntur. Plures aliæ explicationes Spiritu, ac pietate pleniſſimæ legi poſſunt apud authores de ſacris Ritibus tractantes. Proferendo verba illa quinquies Sacerdos format ſignum S. Crucis, tertio ſuper omnia oblata, ſemel ſuper Hoſtiam ſolam, & ſemel ſuper calicem tantum, & per ſignationes iſtas, dicit devotiſſimus Bonaventura, repræſentantur poenalitates, ac tormenta, quæ Chriſtus Dominus ac Salvator noſter in quinq; ſuis corporis ſenſibus pertulit, vel ipſa quinq; vulnera Sacratiſſimi ſui corporis, vel etiam id, quod magis placere videtur S. Thomæ: *Q. 84. art. 5. ad 3.* *Conſecratio hujus Sacramenti, & acceptatio hujus ſacrificii, & fructus ipſius, procedit ex virtute Crucis Chriſti. Et ideo ubicumq; fit mentio de aliquo horũ, Sacerdos crucis ſignatione, utitur.* Propoſito huic utiliſſima eſt reflexio illa, quam pius quidã authòr, *Le Gaudier de ſacr. miſſ. ſacr.* facit; *Ideo tot fiunt cruces, ut ſimul intelligas, quam multis crucibus & mortificationibus, quam frequenti, & ferventi tui oblatione, & reſignatione, quam jugi oratione, & Dei influxu egeas, ut*

*efficiaris Deo gratum ſacrificium*, in *Chriſti crucifixi ſimilitudinem tranſeas, & certam ratamque tuam vocationem & electionem facias.*

Verborum illorum, *qui pridiè quam caperetur* &c. licet aliqui *Steph. Durand. de rit. l. 2. c. 38.* authorem faciant S. Alexandrum Pontificem, idque in effectu atteſtetur Breviarium Romanum, id ipſum adjunxiſſe Canoni Miſſæ, non ita tamen intelligendum eſt, quod antea lectum non fuerit, ſed ſolum, quod ille Decretali ſua ſtabiliverit, & confirmaverit id, quod per traditionem & conſuetudinem jam erat in uſu; creditur autem emanaſſe à S. Petro, & practicatum ab Apoſtolis, prout tenent SS. Thomas *apud* Lab. *tom.* 13. Conc. & Bonaventura, idque in Concilio Oecumenico Florentino profitetur Cardinalis Turrecremata, tunc temporis ſolùm Theologus Ordinis Prædicatorum. A loco illo, juxta Doctorem Angelicum *in 1. ad Tim. cap. 2. lib. 5.* tranſit ab obſecratione, ad orationem: *In Myſterio conſecrationis, dicit, eſt oratio, quia meditatio eorum quæ Chriſtus egit.* Illud, *accepit panem in ſanctas & venerabiles manus ſuas*, etiam reperitur in liturgia S. Jacobi Apoſtoli, adjunctis tamen quibusdam aliis epithetis, *In Sanctas, immaculatas, inculpabiles, & immortales manus ſuas*, & apud S. Clementem *l.* 8. *Conſt. Ap. c.* 12. *Cum accepiſſet*

pa-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*panem, ſanctis, & ab omni labe puris manibus.* S.Ambroſius Lib.4 c.5. de Sacramentis: *Qui pridie*, dicit, *quam pateretur, in Sanctis manibus ſuis accepit panem*; *S.*Baſilius in ſua Liturgia etiam non nihil differentius loquitur: *In nocte, qua tradebat ſe ipſum*, dicit, *pro vita mundi, & accipiens panem in Sanctis immaculatis manibus.* Retinuit hæc Eccleſia à fontibus attributum *Sanctis* Redemptoris noſtri manibus, tanquam iis, e quibus in nos derivatur omnis *S*anctitas, juxta illud Pſalmiſtæ dictum: *Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione*, adjunxit autem iſtis ly, *venerabiles*, ordinariè enim *S*acratiſſimum Chriſti corpus, debito illo, ac venerando cohoneſtatur titulo; unde *S.*Germanus Archi Epiſcopus Conſtantinopolitanus ſcribit: *in Contemp rer. Ecc. fin.* *Elatio in altum venerandi Corporis, repræſentat Crucis elationem*, derivatur enim verbum illud *Veneror* a *Vereor*, quod timorem, ac reverentiam importat, & cum dicatur loco modi antiqui loquendi *Verinor*: *Voſſ. in Etym.* hoc *Veneror*, valde accommodum viſum eſt Eccleſiæ, ut illo uteretur, quando *S*acerdos in manus ſuas ſumeret panem, in corpus Chriſti tranſſubſtantiandum, quæ actio repræſentat, renovatq; id, quod ipſemet Chriſtus fe-

cit; unde valde appoſitè, ac congruenter additum eſt epitheton illud, *Venerabiles manus*, ut recordentur miniſtri Eccleſiæ illius: *Horrendum eſt incidere in manus Dei viventis*, quod certè quivis Sacerdos, qui non habet manus mundas, mentemq; ab omni gravi culpa mundatam, meritò timere debet, ne in manus illas incidat: *O miraculum*, exclamat S. Joañes Chryſoſtomus, *l. 3. de Sac.* *O Dei benignitatem, qui cũ Patre ſurſum ſedet, in illo ipſo temporis articulo, omniũ manibus pertractatur*, illudq; plenum ſancto, ac reverente timore, apprimè ad propoſitum ſubjungit: *Hoc ergo myſteriũ, omniũ maximè horrẽdũ verẽdũq;*

*Et elevatis oculis in cœlũ.* Hanc cæremoniã Chriſt. exercuit in multiplicatione panũ apud S. Marc. in reſuſcitatione Lazari, &, in pluribus aliis occaſionibus, unde in dubium verti non debet, ipſum in actione hac tam ſacroſancta ritum illum non omiſiſſe; *ſi enim oculos*, dicit Iñocentius III. *de Off. Miſſ. l. 3. c. 27. levavit in cœlum ad Patrem, cum animã Lazari revocabat ad corpus, quãto magis credendũ eſt, quod tũ oculos in cœlũ levavit ad Patrẽ, cum panem, & vinũ in corpus & ſanguinẽ propriũ convertebat.* Actionem hanc comitantur verba ſacerdotis, quorũ meminit S. Gregorius Nazianzenus: *Orat. 1. Apol.* *Scio, cujus miniſtri ſumus, & ubi jacentes, & quo mittentes ſcio, quia Dei ſublimi-*

*tas, quæ humana infirmitas, & rurſũ potẽtia ſit.* Hiſce accedit Apoſtolica traditio, videturq; notatũ in liturgiis SS. Jacobi, & Marc. & refertur à S. Clemente, Baſilio, Gregor. Ambroſio.

Gratiarum actio, quam exprimit factam eſſe à Chriſto hiſce verbis: *Tibi gratias agens*, ex S. Pauli directione deſumpta eſt, *accepit panem*, ſcribit S. Paulus, *& gratias agens* 1. *Cor.* 11. *Oportet enim*, ſubjungit S. Irenæus, *Adver. Hær. l.* 4. *c.* 34. *nos oblationem Deo facere, & in omnibus gratos inveniri fabricatori Deo*: Quod Chriſtus benedicens ſacris illis ſpeciebus ritu illo uſus fuerit, credit doctiſſimus Salmeron *T.* 11. *to* 14. illudq; ſignum ſanctæ crucis anticipate expreſſiſſe Redemptorem, ut illius daret normam Eccleſiæ, quod poſt Paſſionem ſuam deberet continuare; Rituſq; ille antiquus ab Hebræis comprobatur: *Nam ſacrificium, dictum Elevatio, vel Hebraicè Tenupha, ad quatuor orbis partes motum ſigni crucis edebat.* Etiam in illa manuum extenſione, quam ſupra montem illum fecit S. Moyſes, aſſerit S. Gregorius Nazianzenus *or.* 1. *Apol.* præfiguratam fuiſſe ſanctam crucem: *Quis Moyſes hunc devincet, manus in monte extendens, ut crux efformata, & ante indicata, palmam obtineat.* Modus ille Gentilium dividendi placentas, quas quadras appellabant, ſimiliter etiam erat imperfecta quædam S. crucis delineatio, prout obſer-

obſervat Commentator Virgilii ſuper illum verſum:

*Fatalis Cruſti, patulis, nec parcere Quadris. 7. Æneid,*

quam formam apud antiquos moris erat proferre ad illũ panem, hac Græca Phraſi ςαυρο-ειδῶς. L*acerda in hunc* Loc. *quia hæc figura crucem refert*, quo ſigno vivifico, dicit S Auguſtinus *Ser.* 19. *de ſan. Altaris ſacramenta, cum interpoſitione verborum conficiuntur* Jam altera ſequitur cæremonia: *Fregit, deditque diſcipulis ſuis*, id, quod creditur ita factum fuiſſe, ac Benedictum Salvatorem noſtrum in tot diviſiſſe particulas, quot erant convivantes, ſacrasque illas ſpecies poſuiſſe ſupra menſam, & ſucceſſive illas omnibus diſtribuiſſe, vel dando illas in eorum manus, juxta veterem Ritum *Scortia* L. 4. *de Miſſ. Eduen. de ſac. Alt.* L. 4. *adu. Marc. cap.* 40 *Ol. Bonart. de ſac. Miſſ. Cap.* 22. qui longo tempore in Eccleſia fuit obſervatus, vel eas ori imponendo prout modo moris eſt. Verum eſt, quod verbum illud, *Accipite*, probabiliorem reddat, priorem ſententiam, *Acceptum panem, & diſtributum diſcipulis*, ſcribit Tertullianus, *corpus ſuum illum fecit, dicendo, hoc eſt corpus meum.* Idem quoque fecit, de calice, vinum conſecratum porrigendo, unde poſtea derivata pu-

tatur cæremonia, ac uſus in Eccleſia, ſupponendi patenam Hoſtiæ, ac infundendi vinum in calicem. Patena illa, quæ Redemptori ſervivit in cœna, ex pretioſo lapide confecta fuit, diciturque hodie magna cum veneratione aſſervari in civitate Genuenſi. In Miſſali Mozarabiorum ritus ille reperitur *Sauſſ. de Panop. ſac.* L. 9. C. 10. ut ſuper patenam hoſtia in novem particnlas dividatur, juxta novem præcipua fidei noſtræ myſteria, in ſymbolo contenta.

## Caput Septimum.

### *De Conſecratione, & Elevatione.*

PRæmiſſa grata hac memoriâ eorum, quæ fecit Chriſtus in inſtitutione ſanctiſſimi ſacramenti, tandem devenitur ad ſacroſancta Conſecrationis verba, in quibus, dicit Hugo à S. Victore, *Fit ſuper humanam rationem, Divina virtute humana ſollicitudine, de cibo corporis eſca ſpiritualis, & deſcendente ſuper panem & vinum immenſæ Majeſtatis virtute, tam veram Divinitatem, & humanitatem Chriſti in cœlo regnantis accipimus, quam veram ſubſtantiam ignis à ſole, ſuppoſita Chryſtalli ſphæra exigua mutuare poſſumus.* *Lib. 2. de offic. Euc. C. 32.*

Deinde, poſt profundiſſimam, humillimamque adorationem, elevat Sacerdos ſacratiſſimum corpus Chriſti ſub ſpeciebus panis,

illud-

illudq; fidelibus adorandum exponit. Quamvis apud ſacrorum Rituum ſcriptores usque ad Micrologum mentio non fiat hujus cæremoniæ, quod tamen ſit antiquiſſima, conjecturare licet ex iis quæ ſcribit S. Anaſtaſius Sinaita *Serm. de ſac. Sinac.* *Sacerdos poſt ſanctificatum ſacrificiũ incruentum, attollit panẽ vitæ & omnibus illum oſtendit*; & Amphilochius, vel quis alius author fuerit vitæ S. Baſilii magni, dicit *Henſchen. act. SS. 20. Mart.* *poſt finem orationum, exaltavit panem prolixè orans.* Conformiter etiam ſcribit S. Joan. Damaſc. *Cum Eucharistiæ panis in altum extollitur, non dicimus ter ſanctus, aut ter Dominus, ſed unus ſanctus, unus Dominus Jeſus Chriſtus &c.* *Ep. de Triſagio.*

Servit præſenti inſtituto id quod legitur in vita B. Mauritii Hungari ordinis S. Dominici, quod, dum cadaver ejus eſſet expoſitum in Eccleſia, ac pro defuncto celebraretur Miſſa de Requiem, ſpectantibus omnibus, ad elevationem Hoſtiæ, uti etiam calicis ſtatim aperuerit oculos, ad conteſtandã reverentiã, in vita ſemper à ſe exhibitam ſacratiſſimo ſacramẽto. Novem ritus hujus aſſignat rationes S. Bonavent. *in exp. Miſſ. c. 6.* Prima eſt, ut gratiã peccatis noſtris deperditã apud æternũ Patrem recuperemus, actu illo quodam̃odo dicentes; *O Pater cœleſtis peccavimus, ſed nunc reſpice in faciẽ Chriſti Filii tui, quẽ tibi præſentamus; & te*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ab ira ad miſericordiam provehamus. Ne ergo avertas faciem tuam à puero tuo. ſcilicet à Filio tuo*, &c. Secunda eſt, ut per Filiũ unigenitum bona cuncta impetremus: Tertia, ut jus denotetur, quod mediante Chriſti Paſſione ad Paradiſum acquiſivimus, *& ad hoc confirmandum elevamus Privilegiũ noſtrum, id eſt Chriſtũ pro nobis paſſum.* Quarta eſt, ut demonſtretur, ac exhibeatur omnibus, Potentia, Sapientia, liberalitas, & bonitas Dei, in tranſſubſtantiatione panis in carnẽ, & vini in ſanguinem, ſub viſibilibus illis ſpeciebus, omnesq; invitentur ad videndam dignationem illam, ad quam ſe dimiſit Flius Dei: *Quæ enim major bonitas, quam quod Chriſtus dignatur captivus eſſe in altari?* Dumq; in altũ elevatur, videtur quaſi dicere Sacerdos juxta ſanctum illum: *Ecce quem mundus capere non poteſt, captivus noſter eſt; ergo eũ non dimittamus, niſi quod petimus, prius obtineamus*: Octava cauſa quam adducit, eſt; *Elevatur corpus Chriſti ad lætificandam Eccleſiam ſanctam per Vexillum exercitus; unde omnes qui ſub vexillo illo militant, gaudium & fortitudinem accipiant*. Tandem, in altum ſublevatur, ad ad dandum exemplum, cunctosq; ad imitandum excitandos, quaſi ſacerdos adſtantibus enuntiaret: *Ecce filius Dei, qui pro nobis extenſus, & elevatus eſt in patibulo crucis, ſequimini eum, ut ſaltem aliquid patiamini. qui tanta pro nobis paſſus eſt.*

Eadem utitur cæremonia, ac in eundem

finem

finem in calicis elevatione, circa cujus conſecrationem S. Thomas in quartum Sententiarum: *Diſt.* 8. Q. 2. N. 2. quædam valde excellenter notat: *Quod dicitur, hic eſt calix, habetur apud Lucam C.* 22. *&* 1. *Cor.* 11. ponitur nomen calicis, licet verba Conſecrationis tendant ad ſpecies vini, quod illa mediante convertitur in ſanguinem, ob communem loquendi modum, dicit S. Thomas, quo ſolemus dicere: *Bibe calicē vini, id eſt vinum contentum in calice*: quam autem ſit conveniens, tali loquendi forma utamur, probat: *Quia ſanguis de ſui ratione non dicit aliquid potabile, immò magis aliquid, quod natura abhorret in potum. Et quia in hoc Sacramento Sanguis Chriſti conſecratur, ut potus, ideo oportuit aliquid addi quod ad potum pertineret, ſcilicet calicem.* Poteſt etiam dici, per hoc alludi ad calicem Paſſionis Chriſti, quod myſterium directè exprimitur in ſanguinis conſecratione. *Quod autem dicitur novi Teſtamenti, ex tribus habetur: Matt.* 26. *Mar.* 16. *& Luc.* 26. *Quod autem dicitur æterni, & iterum myſterii fidei, ex traditione Domini habetur.* Quam autem propriè adjungatur verbum illud *Æterni*, explicat Doctor Angelicus, ſiquidem, *per Sanguinem Paſſionis Chriſti, novum Teſtamentum confirmatur, non quidem promittens*

tem-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*temporalia, ut prius, ſed æterna, vel ratione ſolius Sacerdotis, continentis Chriſtum, quæ eſt perſona æterna, vel ratione Prædeſtinationis æternæ, hanc gratiam præparantis.* Teſtamentum hoc appellatur novum, quia per *Sacramenti* hujus inſtitutionem, renovatum eſt in mundo tempus gratiæ, ac per Chriſti ſanguinis effuſionem confirmatur promiſſio, tolliturq; antiquum impedimentum adeundi hæreditatem, & tandem intercedente Chriſti morte, ejusdem promiſſionis facta eſt quaſi renovatio. Dicitur, *myſterium fidei, non quidē,* ſcribit S. Thomas 3. P. Q. 78. a. 3. *ad excludendam rei veritatem, ſed ad oſtendendam occultationem; quia & ipſe ſanguis Chriſti occulto modo eſt in hoc Sacramento, & ipſa Paſſio Chriſti occultè fuit figurata in veteri Teſtamento,* & ad alludendum verbo illi Apoſtoli: *Quem propoſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine ejus & juſtificans eum, qui ex fide eſt Jeſu Chriſti.*

*Pro vobis & pro multis.* Pro omnibus, quoad ſufficientiam, pro electis ſolum quoad efficaciam. *Vobis*, dicitur per reſpectum ad Hebræos: *multis*, multitudinem Gentium deſignat: vel etiam, *pro vobis*, denotando Apoſtolos, ſignificatq; Sacerdotes, quibus mediantibus, ad alios pervenit fructus Paſſionis,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

per Sacramentorum adminiſtrationem illis competentem: Et quia ex officio tam pro ſe, quam pro aliis orare tenentur, cum ſit effectus Paſſionis Chriſti, in ſacri ſanguinis conſecratione expreſſus, remiſſio peccatorum, hinc tali cum alluſione dicitur: *Pro vobis & pro multis effundetur, in remiſſionem peccatorum*, non ita tamen, quod hujusmodi remiſſio ponatur tanquam proprius effectus hujus Sacramenti, quod eſt *Sacramentum vivorum*, prout dicunt Theologi, & non *Mortuorum*. Eodem tempore, juxta monitum Apoſtoli, renovatur memoria Paſſionis Chriſti, quæ in myſterio illo repræſentatur.

Proceditur jam conſequenter ad quartum partem Canonis, in qua, dicit S. Thomas lib. 4. *de Sacer. c. 6. In aliis usq; ad Communionem eſt poſtulatio pro vivis, & mortuis, & pro ſe.* Inſtituta eſt, juxta librum ſummorum Pontificum, ab Alexandro Papa. Ex potiori parte orationes illæ reperiuntur apud S. Ambroſium, & ſequens *ſupra quæ, &c.* quaſi eadem reperitur in Liturgiis SS. Blaſii & Chryſoſtomi. Comparatur ſacrificium præſens, illi Abelis, non ſolum ob ſingularem propriamq; analogiam à S. Paulino *de reditu Nicetæ*, agnitam, unde fuit appellatus Chriſtus

*Redivivus Abel*
*paſcit effuſo pretio redemptos ſanguine agnos.*

ſed

ſed ad demonſtrandam æqualitatem inter illos, non quidem quoad valorem & efficaciam ſed quoad devotionem & fidem, circa oblationem, de qua dicit Apoſtolus *Hebr.* 11. *Fide plurimam hoſtiam Abel, quam Cain obtulit.* Ité, de devotione Abrahami tempore ſacrificii obſervat S. Laurent. Juſtinianus *de diſc. & perf. Mon.* *Cum in hora holocauſti aves cœli teterrimæ irrumperent, ut carnes diriperent, magno charitatis zelo & pervigili cura eas ab altari abigebat; ut quod mundum mundo obtulerunt corde, totum ſine macula adoleret holocauſtum.* Ad cujus imitationem optandum foret, ut omnes Eccleſiaſtici eſſent pietate ac devotione pleni: *Nihil de iis, quæ foris ſunt, illo beato tempore cogitent, nihil appetant, ſed ſola eis ſufficiat præſentia Redemptoris* Conc. 17. Mentio quoq; fit oblationis Melchiſedechi, cujus rationem reddit S. Cyprianus *L. 2. Ep. 3.* *Quis magis Sacerdos Dei ſummi, quam Dominus noſter Jeſus Chriſtus, qui ſacrificium Deo Patri obtulit, & obtulit hoc idem quod obtulerat Melchiſedech, panem ſcilicet & vinum, hoc eſt, ſacrarum corpus & ſanguinem,* & prout ſubjungit Sanct. Auguſtinus *in Pſ.* 33. *Ipſe de corpore & ſanguine ſuo ſacrificium inſtituit ſecundum ordinem Melchiſedech.* Et quia in fine illius Sanct. Leo Magnus adjunxit, *ſanctum ſacrificium, immaculatam hoſtiam,*

Pamelius definire non audet, an non ipſe totam illam in Canone adjecerit orationem, quod tamen nullatenus dici aut ſuſtineri poteſt, cum oratio illa antiquior ſit S. Leone Pontifice. *Tom. 1. Lit.*

Idem S. Ambroſius *L. 4. de Sacram.* Cap. 6. tertiam exhibet orationem, quam cum actu profundiſſimæ reverentiæ profert ſacerdos, dicens: *Supplices te rogamus* &c. & ubi nos dicimus *per* manus ſancti Angeli tui, ille legit *per manus Angelorum tuorum*; qui quanto numero aſſiſtant, quamque ambitioſo obſequio ſerviant incruento ſacrificio, experti ſunt ſancti Joannes Chryſoſtomus, Nilus Abbas & S. Gregorius Magnus, & B. Joachimus Servita, & plurimi alii: ſed dum in numero ſingulari profertur, valde propriè & appoſitè intelligi poteſt de Angelo cuſtode, altari aſſiſtente, in quo celebrans ſacrificat, *Sub conſpectu Dei vivi, Angelo orationis adſtante,* inquit Tertullianus *de orat.* C. 12. Rogat hic, ut ante Dei thronum, vel ipſummet Chriſtum deferatur memoria Paſſionis & fidei, ipſæque fidelium preces, ſacrificium hoc comitantes, utque Angelico mediante obſequio vigorem accipiant orationes noſtræ illarumque confortetur debilitas, quam nos confeſſi, divinæ præſentamus voluntati. De Al-

tari

tari cœleſti ſæpius fit mentio in ſacris paginis, docetque S. Irenæus *L. 4. adu. Herſ. C. 34.* id, quod ſignificat: *Eſt altare in cœlis, illuc preces noſtræ & oblationes diriguntur.* Rogat cœleſtem benedictionem ſuper omnes illos, qui communicabunt: *Ut quotquot* &c. eſtque hic antiquus Eccleſiæ uſus, quod illi qui ſacrificio adſiſterent, communicarent; *cum conventus Chriſtianorum ad Eccleſiam*, dicit Jonas Aurelianenſis L. 4. *de inſtit.* Laic. *Cap.* 18. *ideo præcipuè inſtitutus ſit, ut inter Hymnorum, & laudum ſolemnia, participatio corporis, & ſanguinis Chriſti Domini celebretur.* Tres cruces format, unam ſuper Hoſtiam, alteram ſupra calicem, tertiâ ſeipſum ſignat; oſculato deinde altari, ad exprimendam reconciliationem inter Deum & hominem, ſignat altare cruce, atque ad manifeſtandum deſiderium, quo flagrant animæ ſanctæ, ut de altari ſacram recipiant communionem, cujus participatione, mediante S. Cruce digni facti ſumus, non ad benedicendum, & conſecrandum, ſed ad demonſtrandum unde procedat omnis ſanctificatio, ſcilicet à Cruce.

Pergit deinde in quinta parte Canonis ad particularem Defunctorum memoriam, conformiter ordinationi Apoſtolicæ, cujus meminit S. Joannes Chryſoſtomus *Hom. 69. ad Pop.* fuitque ſervata in Eccleſia, per omnia ſæ-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cula: *Hoc à Patribus traditum, univerſa te-net Eccleſia*, dicit S. Auguſtinus *Serm. 52 de verb. Apoſt. Ut pro iis qui in corporis & ſanguinis Chriſti cõmunione defuncti ſunt, cum ad ipſum ſacrificium pro loco commemorantur, oretur.* Quinimmo, deſcribebantur nomina fideli-um defunctorum, & in Eccleſia legebantur; hocque in Eccleſia Remenſi Subdiaconi erat officium, in Miſſa ſubmiſſa voce Sacerdoti ſuggerere nomina omnium defunctorum E-piſcoporum *Fulco de geſt. Abb. Lobien. Cap. 7. Tom.*

Præter hæc univerſalis totius Eccleſiæ erat ritus, ut teſtatur Hypatius Epiſcopus E-pheſinus apud Chriſtianum Lupum *in Schol. & not. ad Var. Pat. Ep 34.* quod nomina mortuorũ Epiſcoporum in ſacris Dypticis regiſtraren-tur, & in Miſſa recitarentur. Utitur Eccl. ver-bis iſtis: *Qui nos præceſſerunt in ſigno fidei,* quod propiè eſt in Baptiſmo, *& dormiunt in ſomno pacis*, non quia non patiuntur pœnas purgatorii, ſed quia non ſentiunt afflictioné corporis; nec patiuntur mentis inquietudi-nes, aut vitiorum ſtimulos, ſed degunt in ex-ſpectatione, quamvis doloroſa, ſecura tamen, beatæ æternitatis. Ultra illos, qui expreſsè in memento ſunt nominati, etiam adjungitur: *Omnibus in Chriſto quieſcentibus*, qui eſt effe-ctus Charitatis piæ Matris Eccleſiæ nullum fi-

delem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

delem' è ſuis precibus ac orationibus excludentis, quod mirificè olim commendavit S. Auguſtinus *cap. 4. in l. de cura pro Mort.* Non ſunt prætermittendæ ſupplicationes pro ſpiritibus mortuorum, quas faciendas pro omnibus in Chriſtiana Catholica ſocietate defunctis, etiam tacitis nominibus quorumcunq; ſub generali commemoratione ſuſcepit Eccleſia, ut quibus ad iſta deſunt parentes, aut filii, aut quicunque cognati aut amici, ab una eis exhibeantur matre communi.

Sexta & ultima Canonis propriè dicti, juxta Cardinalem Bellarminum *Tom. 2. Conſ. de Miſſ. c. 26.* quem in hoc ſequimur, oratio incipit, à *Nobis quoq; peccatoribus*, terminaturq; verbis illis, *per omnia ſæcula ſæculorum*, quæ ſacerdos ante *Pater noſter* alta voce profert, Præfatis verbis ſacerdos & ſeipſũ, & adſtantes admonet, & quia humilitate redditur efficax oratio, juxta illud: *Oratio humiliantis ſe penetrat nubes*, recognoſcit ſe, denominatq; peccatorem, memoriã ſibi refericans, *quoniam & ipſe circumdatus eſt infirmitate*, id quod D. Paulus *Heb. 5.* ingerit omni offerenti; exaltat etiã non nihil vocem, dũ verba illa profert, *quo ex gemitu cordis in ſilẽtio*, dicit Eduenſis *c. 17. de Sac. Alt.* *procedat gemens oris confeſſio*, ſimulq; cũ Centurione ad internũ cordis exprimendũ dolorem,

rem, pectus percutit. Jnvocat ulterius ſanctos aliquos, inter quos S. Joannes etiam nominatur, quod intelligi debet de ſancto Joanne Baptiſta, inquit Hugo Menardus *in Orat. Sac. S. Greg.* atque ita expreſſè reperitur in liturgiis SS. Baſilii & Chryſoſtomi; Præponitur S. Stephanus S. Matthiæ, propter ordinem temporis Paſſionis, non autem dignitatis. Notat etiã hic Honorius *l. 1. Gem. cap. 107.* Status diverſos, ac conditiones, è quibus deſumpti ſunt illi ſancti, inſertiq; illi orationi, quibus, ait *S.* Aldelmus. *l. de Virg. cap. 25.* à S. Gregorio Magno adjunguntur ſtolæ ſacræ virginitatis, ad formandã aulã cœleſtis ſponſi;

*Qui pergit inter Lilia*
*Septus Choreis Virginum.*

Nec ante, nec poſt Conſecrationem, duo illi Evangeliſtæ SS. Lucas & Marcus, connumerantur, *Bonar. de ſacr. Miſſ. l. 2. cap. 28.* quia aliquamdiu dubiũ fuit in Eccleſia, an Martyres obierint. Dũ finit orationem, manus conjungit, quia cæremonia, in Miſſa ſatis frequente denotat, ut quod dicit S. Thomas *3. P. Q. 83. a. 5.* *Quod manus interdũ jungit, & ſe inclinat, eſt ſuppliciter, & humiliter orantis, & deſignat obedientiam Chriſti, ex qua paſſus eſt.* In hoc loco ſolent in die Aſcenſionis Domini benedici novæ fruges, & in die S. Sixti Papæ & Martyris,

tyris, id eſt 6. Auguſti, novæ uvæ: reperitur etiam in quibusdam antiquis Miſſalibus, in Sabbatho S. pro Cathecumenis benedictum fuiſſe lac, & mel, & in die Paſchatis Agnus; id tamen intelligi non debet, factum fuiſſe in altari, obſtante Canone tertio Apoſtolorum, juxta antiquam interpretationem: *Offerre nõ liceat aliquid ad altare, præter novas ſpicas*, id eſt, fruges, & vinum, quod ita credo debere intelligi, per *novas fruges, vel uvas*. Idque non absque ratione, ac fundamento, frumentum enim, & vinum illo honore dignata ſunt, ut in corpus, & ſanguinem Chriſti transformentur: *Theod. Balt in Can. 3. Ap.* Ideoq; etiam Primitiæ illorum decenter ad altare adferuntur, ac ſuo canone benedicuntur. Conſtantinopoli uvæ primitiæ offerri ſolebant in die Aſſumptæ Virginis, ab ipſo Patriarcha, in Eccleſia appellata, *in Blachernis*. Poſt illas oblationes dicebat, verba hæc: *Per quẽ hæc omnia ſemper bona creas* &c. formatque crucem, ſine qua dicebat S. Ephræm, *Florus in expo. Miſ* *nihil ſine ipſe perficies*. Hæc ſenſu nobiliore à S. Gaudentio, Epiſcopo Breſcienſi applicata leguntur ſacratiſſimo Chriſti corpori, ſub figura Agni Paſchalis, dum ita ſcribit: *l. de Ver. pœnit.* *Idem per ſingulas Eccleſiarum domos in myſterio panis & vini reficit immolatus, vivificat cre-*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ditus, conſecrantes ſanctificat conſecratus, hæc agni caro, hic ſanguis eſt.* S. Bonaventura c. 4. *Exp. Miſſ.* notat in hac cæremonia tres dies ſepulturæ Chriſti: *Nam ſepultus terram ſanctificavit, à morte reſurgens, mortuos vivificavit, & benedicendo panem vivos multiplicavit.*

Verba illa, *per ipſum* &c. quaſi extensè reperiuntur apud *S.* Ambroſium *l. de ſac.* & etiã ex potiori parte in *S.* Baſilio, & Arnaldo Abbate Bonæ vallis, in Tractatuu, adſcripto S. Cypriano, *de operibus cardinalibus.* Tres cruces quæ formantur de uno calicis latere ad aliud, ſignificant, juxta *S.* Thomam 3. *p. diſ.* 5. *a.* 7. tres horas, quibus Chriſtus pependit in Cruce, & duæ alteræ ſeparationem ſanctiſſimæ animæ à corpore. Cũ calice poſtea parum exaltat Hoſtiam, gloriam dans æterno Patri, & ut dicit S. Baſilius; *Confitemur hoc beneficium per ipſum, & in ipſo peractum nobis eſſe,* & ad recolendum, gloriam illam proceſſiſſe ex Chriſti in cruce exaltatione.

## Caput Octavum.

### *De Oratione Dominica.*

ABsque controverſia eſt, Orationem Dominicam à miſſæ exordio, fuiſſe in illa practicatam. Deberet illa legi canone, dicit S. Gregorius *Ep. 59. ad Paral.* quia illa, ut ſcribit S. Auguſtinus, *Totam petitionem ferè omnis Eccle-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*cleſia, oratione Dominica concludit.* Tertullianus illam vocat legitimam, & ordinariam orationem; Aſſeritque S. Hieronymus in uſu fuiſſe apud Apoſtolos: Quia autem in Hiſpaniis inſenſibiliter irrepſerat abuſus quidã, illam non niſi diebus Dominicis dicendi in Miſſa, Concilium Quartum Toletanum ſub gravi pœna illum repreſſit. Priusquam illam, tam Græci, quam Maronitæ, quam etiam Latini recitarent, quaſi excuſationem aliquam præmittebant de tali auſu, quæ in antiquis quibusdam codicibus notata reperitur, cum titulo præfationis, videturq; in illius formatione Eccleſia uſa fuiſſe operâ S. Hieronymi, qui in *l.3 Con.Pet*: dicit: *Sic docuit Apoſtolos ſuos, ut quotidie in corporis ſui ſacrificio, credentes audeant loqui, Pater noſter.* Simile quid habemus apud S Cyprianum, qui agens de Oratione Dominica dicit: *Inter cætera ſalutaria ſua monita & præcepta Divina, quibus populo ſuo conſuluit ad ſa'utẽ, etiam orandi ipſe formã dedit*: & paulo ulterius ſequitur: *Quod nomen*, id eſt Patris, *nemo noſtrum in Oratione auderet attingere, niſi ipſe nobis ſic permiſiſſet orare.* Myſteria in Diviniſſima illa oratione incluſa tam ſunt admiranda, ut ego non mirer, magnum illum Sacerdotem, S. Phil. Nerium, ob lumẽ, quo illam penetrabat, & ob dulcedinem, quam in eadem perſentiebat, ſæpius illã,

vix potuiſſe finire. Explicatur à S. Cypriano, S. Gregorio Nyſſeno, S. Cyrillo Hieroſolymitano, S. Thoma, S. Bonaventura, & præter plures alios, à Seraphica Virgine S. Thereſia à Jeſu, in aureo illo ſuo tractatu, *via perfectionis*. Olim non tantum ſacerdos, ſed omnis populus, baptizati tamen ſolum, tam apud Græcos, quam Latinos, illã recitabant: *Qui enim nondũ initiatus eſt*, dicebat S. Joañes Chryſoſt. *non poteſt Patrẽ appellare Deũ*. Competentes in illa inſtruebãtur die Mercurii ante Dominicá Paſſionis & in Africa, die Lunæ ſeptimanæ ſanctæ.

Poſt orationem Dominicam ſequitur Emboliſmus, quod propriè ſignificat, Interpoſitio, ſeu intercalatio, eſtque id quod poſt *Pater noſter* recitatur, & quodamõdo in verbis iſtis, *libera nos à malo*, reperitur, diffuſiusq; tantũ enumerãtur mala, à quibus optamus liberari; hinc nomẽ illud ab aliis etiã vocatur quaſi excreſcentia, & dilatatio, cujus facit mentionem Alcuinus. *de Divin. off. c. de lect.* Invocatur in illa Beatiſſima Virgo, & SS. Apoſt. Petrus, & Paulus & Andreas; ratio autem cur expreſſè hic nominetur Sanctus Andreas, juxta Cardinalẽ Bona, eſt; *Quia primus ad Apoſtolatum vocatus fuit* Gavantus *l. 2. c. 15. Par. 2. tit. 9.* tribuit id ſingulari devotioni ac pietati, qua S. Gregorius Magnus ferebatur erga S. Andream, plu-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

plurimosq; adfert authores, qui orationē illā adſcribunt S. Gregorio, quæ tamen etiam reperitur in Liturgia *S.* Petri, in qua tamen Apoſtolorum nomina ex poſt facto fuerunt adjuncta. Crederem ego etiam poſſe dici, ideo adjunctum eſſe S. Andream, eo quod eſſet Protector Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, ſimulque conjunctum fuiſſe cum SS. Apoſtolis Petro & Paulo, ad demonſtrandam unionem Eccleſiæ Græcæ, cum Latina. In quodam antiquiſſimo manuſcripto Miſſali, Romæ exiſtente, dicit Gavantus, ſe reperiſſe, nomen additum *S.* Bartholomæi Apoſtoli, creditque fuiſſe particularem aliquam devotionem illius textus. Hugo autem & Menardus reperit in Codice Tiliano, in Eccleſia Salarienſi aſſervato nomina SS. Gervaſii & Protaſii adjuncta, quia Eccleſiæ illius erant Patroni: Radulphus *De Can. obſ. prop. 23.* etiam docet, licitum fuiſſe ſacerdoti in illa oratione addere nomina illorum *S*anctorum, erga quos ſpeciali ferebatur devotione. Porrò, id quod dicit Gavantus de antiquo Miſſali illo, in quo *S.* Bartholomæus nominatur, crediderim fuiſſe devoti aſceterii Patrum Carthuſianorum S. Bartholomæi de Triſulto, ex quo plurimi antiqui libri, qui in primaria Romana Bibliotheca aſſervantur, fuere tranſlati. In



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

illa oratione præcipuè ſacerdos pacẽ poſtulat, quia, *nihil perinde*, dicebat S. Gregorius Nazianzenus Or. 3. de Pace. *Reipublica Eccleſiaſtica melius ea aliquid eſſe*. Et quia manifeſtũ eſt, nõ poſſe nos gaudere pace externa, ſi internã cũ Deo, noſtraq; cõſcientia nõ habeamus, primo rogat fideles liberari sà peccato, omnis diſcordiæ origine, deinde ab omni incurſione mala, mediante illo, qui, *eſt Pax noſtra pacificans per ſanguinẽ Crucis ejus ſive quæ in terris, ſive quæ in cœlis ſunt*; Coloſſ. 1. ideo etiã hoc modo ſalutat populũ ſacerdos: *Pax Domini ſit ſemper vobiſcũ*: Invocando Dominũ Salvatorem noſtrum frangit ſuper calicem hoſtiam ſacram, eamq; in tres partes dividit, imitando in hoc morem Gallicanum, ſecundum id, quod ſcribit Paſchaſius C. 8 de Corp. & Sang. Dom. *In tres partes Hoſtia dividitur, eaque diviſio more Gallicano ſupra calicem fieri conſuevit*. In codice Ratoldi Abbatis Corbeienſis erat quædam particularis oratio, hujus tenoris: *Emittere digneris Domine ſanctum Angelum tuum, ad ſacrum & immortale myſterium, ſcilicet corpus & ſanguinem tuum: nos enim Domine frangimus illud, tu dignare benedicere, & præſta, ut immaculatis ſenſibus & manibus illud tractare valeamus, & dignè ſumere*: Hug. men. in Sacram. Ritus hic ex Apoſtolorum inſtitutione venire videtur, ſoliti enim erant, convenire, uti in

actis

actis illorum habetur, *ad frangendum panem c.20.* unde S. Joañes Chryſoſtomus, pulchram hanc format reflexionem: *Quod non eſt paſſus in Cruce, hoc in oblatione patitur pro te, & patitur frangi, ut omnes impleat.* Hujus etiam Ritus, tanquam antiquiſſimi, mentionem facit Clemens Alexandrinꝰ: *Lib.1.Strom. Cum Euchariſtiã, ut mos eſt, diviſerint, permittunt unicuiq; ex populo partem ejus ſumere.* Trinæ hujus Sacræ Hoſtiæ diviſionis ſuggeruntur ab authoribus morales ſignificationes, hæc Hiſtorica: Pars una inſerviebat Sacerdoti Cōmunicanti, altera communioni fidelium circumſtantiũ, qui, ut dictum eſt, in eadem miſſa ſolebant communicare, tertia adſervabatur, ut ad infirmos, incarceratos &c. poſſet deferri, conformiter doctrinæ S. Juſtini Martyris *Apol. ad Ant. Pium. Dant unicuiq; eorũ, qui adſunt, percipiendũ panẽ, & vinũ, & aquã, quæ cum gratiarum actione conſecrata ſunt, & ad eos qui abſunt perferunt: Atq; cibus hic apud nos Euchariſtia nominatur, qua nemini alii participare licet, niſi ei, qui & vera eſſe credit quæ nos dicimꝰ, & expiatus eſt lavacro, quod in remiſſionem peccatorum, regenerationemq; datur, & ita vivit, ut Chriſtus tradidit:* & paulo inferius: *Iis, quæ cum gratiarum actione conſecrata ſunt, unusquisq; participat, eademq; ad eos qui abſunt, diaconis dantur perferenda.*

*Dis*

Diu apud Religioſos Cartuſienſes ritu ſimilis manſit veſtigium, quià quingentis annis in uſu habuerunt in pixide ſeu ciborio unicam ſolum conſervare Hoſtiam *Mabil. ſæc. 3. S. Bened. P. 1. in Præfat.* quam in caſu infirmi communicandi frangebant, particulamque illius ei deferebant pro viatico; Apud Græcos idem fieri ſolitum obſervat Nihuſius deducitque ex vita Theotiſtæ Virginis, quæ habitans in ſolitudine, expetensque refici ſacra Communione, fuit anno ſequente, juxta ſuum deſiderium conſolata, aitque Legenda ipſius *Allat. de Eccl. Occid. & Orient.* *Cum ergo eſſem, ut dictum eſt, navigaturus ad venationem, accepta in pixide parte Divinæ carnis, Domini, eam tuli ad Beatam.* Et in ſæculo Eccleſiæ undecimo, commune erat dividere hoſtiam inter Sacerdotem & populum, cujus meminit Humbertus Cardinalis de Silva Cãdida in Confutatione errorum Græcorum dicens: *Tenues oblatas ex ſimila præparatas, & ſanas ſacris altaribus nos quoque ſuperponimus, & ex ipſis poſt conſecrationem fractis, cum populo communicamus, & tunc demum calice meri, & liquidi cruoris potamur.* Et hanc dicit eſſe conſuetudinem non ſolum Eccleſiæ Romanæ, ſed etiam Hieroſolymitanæ, *Baron. tom. 11. in Appen.*

In ſenſu allegorico dicit S. Bonaventura

Exp.

*Exp. in cap. 4.* *Quod autem una particula in calicem mittitur, per hoc intelligi datur, quod caro Chriſti in paſſione mortua eſt, & anima immortalis, & Deitas impaſſibilis, & hoc duæ particulæ extra calicem reſervatæ repræſentat.* Conformiter etiam dicit eſſe tres partes corporis Chriſti, quod eſt Eccleſia: Una eſt ipſemet Chriſtus, qui eſt caput, *Primitiæ dormientium*; altera ſunt ſancti triumphantes in cœlo, ultima, & quæ in calice ponitur, ſunt Eccleſiæ militantis viatores, qui neceſſariò bibunt de præſentis vitæ amaro calice paſſionis, ſi ad æternæ vitæ gaudia velint admitti. Ut autem venerandæ antiquitatis in hac cæremonia ſerventur veſtigia, particulam unam Hoſtiæ mittit in Calicem, cum hiſce verbis, *Hæc commixtio, &c.* Tres cruces, quas annuntiando pacem format, dicit Eduenſis C. 13. *de Sacr. ad Laudem & honorem Sanctiſſimæ Trinitatis, quæ miſit agnum qui per Crucem ſalvavit mundum & fecit Patrem hominum & Angelorum.* Quā aptè cum crucibus antecedentibus coincidat *Agnus Dei*, explicat hic S. Paulini verſus: Ep. 12. *ad Sev.*

*Sanctam fatentur Crux & Agnus victimam.*

S. Joann. Chryſoſtomus in ſua Liturgia mentionem facit illius ritus, dicens: *Dividitur*

Agnus

*Agnus Dei, qui tollit peccata mundi.* Brevis illa Oratio, *Hæc commixtio*, intelligi non debet quoad propriam ſpeciem, ſed quoad id, quod ſub panis ac vini ſpeciebus continetur: Similiter conſecratio illa, dum fit, non efficit ea quæ nos petimus, ſed facta conſecratione, qui illam recipit, fit ei *in vitam æternam*, non intelligendo commixtionem. & conſecrationem in ſe; *ſed quia*, dicit Cardinalis Bellarminus, *res ipſæ commixtæ & conſecratæ, dum à nobis devotè ſuſcipiuntur, multum proſunt ad ſalutem.*

Eſt communis opinio quod Sergius Papa Primus inſtituerit tertiò in Miſſa dici *Agnus Dei*: Dadinus Alteſerra tamen, in ſuis ad Anaſtaſium, hoc ipſum referentē notis, aſſerit inſtitutionem hanc ab aliis agnoſci longe antiquiorem, ac deduci ad Concilium Nicænum, idque probat ejuſdem Concilii authoritate, juxta Arabicam verſionem; videturque opinioni huic ſuffragari S. Joannis Chryſoſtomi *in Cap.15 Ep.1. ad Cor.* ſupradicta authoritas, cui accedit altera, dum dicit: *Nec fruſtra memoria mortuorū intra ſacra Myſteria celebramus, aut accedimus pro illis Agnum illum jacentem, & peccata mundi tollentem deprecantes.* Longo duravit tempore quod *Agnus Dei*, tertio terminaretur verbis illis *miſerere nobis*, donec

ob

ob continuas vexationes, quibus conflictata fuit Eccleſia, tandem determinatum fuit, ut tertia vice diceretur , *Dona nobis pacem* , id quod tamen contigiſſe non potuit, ut ſcribit Roccas tempore Joannis 22. cũ Innocentius III. multò ipſo antiquior mentionem faciat illius mutationis. Refert Robertus de Monte An. 1183. B. Virginem in ſylva quadam cuidam apparuiſſe fabro lignario, eiq; dediſſe ſigillum aliquod, in quo ejus erat imago, ſimul cũ ſui unigeniti, hanc habens inſcriptionem : *Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem.* Primæva tamen conſuetudo obſervatur in Baſilica Lateranenſi, quæ alio nomine appellata fuit, *Aula Dei*, cauſamque illius adducit Cardinalis Cæſar Raſponi : *Lib.* 1. C. 2. *de Baſ. & part. Later. Quia videlicet in cœleſti Eccleſia, cujus typum hæc gerit, ſempiterna pax nunquam non invenitur. In Agnus Dei* pro defunctis, ex antiqua conſuetudine dicitur, *Dona eis requiem.* Sequuntur deinde tres orationes , quæ licet ſint antiquæ , non tamen tam vetuſtæ, quam aliæ, ſed introductæ ſunt pietate Religioſorum. Duæ ultimæ , aſt inverſo ordine in Rotaldi codice reperiuntur. Prima , plene eſt exhortatoria pacis , & poſt illam celebrans altare exoſcu-

latur,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

latur, quaſi audiret replicari dulcia illa S. Ambroſii *lib. 5. de Sac. cap. 2.* verba; *Veniſti ad Altare, vocat te Dominus Jeſus vel animam tuam, & ait, oſculetur me oſculo oris ſui.* Pacē deinde porrigit Diacono, & per hunc ſucceſſivè aliis, juxta antiquam ab Apoſtolis derivatam conſuetudinē, de qua pluribus agit Tom. 1. ſuorū Annalium Cardinalis Baronius; refertque S. Joannes Chryſoſtomus, quod; *oſculum pacis portigere tempore, quo ſacramenta celebrantur, in uſu Eccleſiæ eſt.* In miſſis defunctorum non datur, idque ideo, dicit S. Thomas, 3. P. Q. 83. *n.* 4. quia, *In Miſſis defunctorum, in quibus ſacrificium offertur, non pro pace præſente, ſed pro requie mortuorum, pax intermittitur.* Alia quoque ratio adfertur à Cardinale Bona L. 2. *c.* 76. *rer. Litur.* quia tales Miſſæ, *privatæ, & ſine communione erant.* Fuit etiam conſuetudo quædam, ut poſtquam ab Epiſcopo laici ſacram recepiſſent communionem, eidem darent oſculum pacis; unde Paulus Diaconus *de vit. P. P. Eremit.* loquens de Epiſcopo Fidele, dicit:

*Vade, communica, & da nobis oſculum.*

*Vale fac omnibus, quia iturus es.*

Caput

## Caput Nonum.

### *De communione Sacerdotis, & fine Miſſæ.*

DIcta oratione, præmiſſaque ante ſacratiſſimum Sacramentum genuflexione erigit ſe ſacerdos, ut ſe cõmunicet, eſt enim Euchariſtia non ſolum ſacramentum , ſed etiam ſacrificium; de quo, is qui offert debet ſumere; exterius enim ſacrificium, interioris indicium eſt , quo ſe quiſque offert eidem Deo noſtro : Dum ſacram accipit Hoſtiam ſacerdos , hæc verba profert : *Panem cœleſtem accipiam* &c. quæ etiam referuntur in codice Tiliano *Hugo. Men.* ſumtâque ſupra patenam Hoſtiâ pectus percutit, ac illis Centurionis devotione plenis utitur verbis, *Domine non ſum dignus* &c. quod ſemper ante communionem (prout præcedente libro, etiam ex Origene obſervavimus ) fieri ſolebat : Poſtea cum ſacra Hoſtia ſupra patenam ſignum Crucis efformans dicit : *Corpus Domini noſtri JEſu Chriſti cuſtodiat animam meam, in vitam æternam, amen* : verborum illorum pars aliqua, ſi non omnia , apud S. Ambroſium *L. 4. de ſac. c.5.* reperiuntur. Deinde recipit ſacratiſſimum Chriſti corpus ſub ſpecie-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſpeciebus panis , ac poſt devotam aliquam piamque tam immenſi ſibi præſtiti beneficii conſiderationem, pergit, ſumitque tremendum nimis ſanguinẽ ſub ſpeciebus vini, hiſce præmiſſis verbis : *Quid retribuam Domino* &c. de quibus devotiſſimè commentatur S. Paulinus, inducens ſacerdotem, quaſi dicentem :

*—— quid vita rependam*
*Pro vita tibi Chriſte mea , niſi forte ſalutis*
*Accipiã calicem, quo te mea dextra propinet,*
*Ut ſacra mortis pretioſo proluar hauſtu.*

Signat ſe ſacro calice verba in Miſſali præſcripta proferẽdo , recipitq; pretioſiſſimũ Salvatoris ſanguinem. In duabus ſequentibus orationibus pro purificatione, & ablutione, petit à Deo lumen, remediũ, ac totalem macularum animæ ſuæ abſterſionem, quæ ſanè competit animæ illi, quæ in ſe habet , poſſidetque Deum ſuum, unde videtur hic alludi ad illã S. Ambroſii orationem, *L. 5. de Sac.* ubi ſcribit ſuper illa verba : *Bibi vinum meũ cum lacte meo,* exclamatq; , *vides hujuſmodi eſſe lætitiam, qua nullius peccati ſordibus polluatur.* Optimè notat S. Thomas *3. p. Q. 83. ar. 4* in ultima illa Miſſæ parte adimpleri conditionem ultimam ab Apoſtolo præſcriptam , quæ eſt *Gratiarum actio. In fine,* dicit ille ſanctus, *eſt*

*gratia-*

*gratiarum actio*; & prolixius in ſumma: *Tota Miſſæ celebratio in gratiarum actione terminatur, populo exultante pro ſumptione myſterii (quod ſignificat cantus poſt Communionem) & ſacerdote per orationem gratias offerente*; ideoq; orationes omnes, quæ tunc recitantur, mentionem faciunt reddendarum Deo gratiarum, utque ſemper beneficiorum ab illo receptorum vivamus memores, *participato tanto Sacramento*, dicebat S. Auguſtinus, *gratiarum actio cuncta concludit*.

Quo tempore ſacerdos communicat, cantantur a Choro in miſſa ſolemni verſus aliqui, plerumq; ex Pſalmis deſumti, qui in miſſali, Communio appellantur, eo quod tali tempore, quo celebrans communicat cantentur, denotatque cantus ille, dicit Innocentius *L. 6. c. 10. myſt. miſſ* lætitiam Apoſtolorum poſt reſurrectionem Domini Salvatoris noſtri, qui juxta S. Matthæum *c. 22.* hymnum cecinerant poſt ultimam coenam. Sequuntur orationes tot, quot fuerant in initio, excepta Quadrageſ. in qua una ſupper additur, quæ vocatur *ſupra populum*, ultra eas, quæ in principio fuerant dictæ, ſolebatq; ab antiquis vocari *altera benedictio*, quia eo tempore populo diſtribuebatur panis benedictus, quodcumq; comodè ob ieiunium modo fieri nequeat,

queat, loco panis benedicti, ſubſtituta eſt illa oratio. Sæpius alias apud authores oratio illa benedictio appellatur, & ita intelligendus eſt Canon Concilii Aurelianenſis, qui prohibet diſtributionem in Miſſa *ante benedictionem Sacerdotis*, id enim ita explicat Walfridus *Quart.* 1. *P.* 2. *tit.* 12. *Qua benedictio intelligitur illa ultima ſacerdotis oratio*, non ſicuti alii explicant ultimam benedictionem: *L.* 5. *de off. Miſſ.* Orationes illæ in dextro dicuntur latere altaris, ad indicandum Judæorum reliquias in fine mundi convertendas, & ad ſanctam legem reducendas, à qua fuerant ſeparati.

Finitis orationibus, dimittitur populus cum *Ite, Miſſa eſt*. *Lib. de Ecc. off. cap.* 37. Olim autem dicebatur, *Ite in pace*, circa quam dimittendi formulam devotiſſimum elicit deſiderium Amalarius: *O utinam quando audimus à Diacono; Ite Miſſa eſt, mens noſtra ad illam patriam tendat, quo caput noſtrum præceſſit, & ibi ſimus deſiderio, ubi deſideratus multis gentibus nos exſpectat cum ſuo trophæo.* Tempore magis lugubri, aut minus ſolemni, dicitur, *Benedicamus Domino*, idque ideo, quia cum ſæpius detineri deberet populus poſt Miſſam, ut oraret, intermittebatur illa dimiſſio, manſitque id poſtea in

Miſ-

Miſſis minus ſolemnibus ſeu votivis, & ferialibus, in quibus modo dicitur *Benedicamus Domino*; in Miſſis autem defunctorum, *Requieſcant in pace.*

Sequitur ulterius, Benedictio, quæ olim ſolebat dari ante communionem ab Epiſcopo; illi autem præmittit Sacerdos devotam illam orationem: *Placat tibi ſancta Trinitas*, ac deinde benedicit populum, *ut qui non communicatus diſcedit, ſaltem benedictus à ſacerdote recedat*, dicit Micrologus. Modus hic dandi benedictionem in fine Miſſæ, introductus legitur in Eccleſia circa ſæculum decimum.

In Miſſis defunctorum omittitur *benedictio*, quia hæc, inquit Durandus L. 4. c. 51. L. 5. c. 9. de Miſſ. Rit. *ſolemnitatem habet & lætitiam.* Joſeph Viſconti putat, quod olim, *oblatio ſola fieret in mortuorum Miſſis, non item conſecratio; quem admodum in Belgicis plerisque Eccleſiis etiam nunc ſervari, multi tradunt*: id quod potuit eſſe verum, ideo fuiſſe omiſſam in illo caſu benedictionem, quia deerat conſecratio, & conſequenter communio, ante quam ſolebat Epiſcopus Fidelibus dare Benedictionem. De ſimili quadam Miſſa, quæ uſque ad ſæculum præcedens fuit in uſu, mentionem facit Genebrardus, C. 30. de Litur. Ap.

L. 4. c. 1.

*L.4. C.1. Rom.1. 18.* ſæculo uno ante Gulielmum Durandum. Poſtea legitur Evangelium S. Joannis, tenetque Maldonatus, morem hunc fuiſſe introductum ad confutandam Hæreſim Arrianam, & fideles ſemper audirent & confiterentur Divinitatem Filii, *in En.* cui ſimul cum Patre, & Spiritu Sancto, ſemper ſit gloria in cœlo & in terra, Amen.

## LAUS DEO,

Divæque Carmelidi,
Divisque Carolo Borr. Philippo Nerio, Cajetano, Thomæ à Villa Nova, & Franciſco Saleſio, ſub quorum auſpiciis ac ductu cœpta hæc verſio finit.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# INDEX

## Rerum memorabilium in vero eccleſiaſtico contentarum.

### A.

*Aaron.*


Aron ſculptor 14
Aron Sacerdotis filii ex ſuperfluo vino mentis caliginem luerunt 369
*Abel.* Abel redivivus 816
*Ablutio.* Ablutio manuū quid ſignificet 584
*Acedia.* Acedia quam enormis ſit 395
*Adamas.* Adamas Symbolum eſt conſanguinitatis 360
*Adam.* Adami peccatum omiſſionis 433. 434
*Alba.* Alba Symbolum eſt veſtis candidæ qua Chriſtus illuſus fuit 457
*Alea.* Alea eſt alveus mali 380
Aleator diſſoluta perfidia Deo dorſum vertit 382
*Altaria.* Altaria erigi ſolebant ſuper martyrum corpora 685
*Ambitio.* Ambitio eſt tinea 283
Ambitio eſt ſumè pernicioſa Eccleſiæ 278

Ambitionis vitium perſtringitur 274
*Amictus.* Amictus ſignificat fidem, &c. 122
*Amor.* Amor Chriſti erga nos 58
Amor Eccleſiaſtici debet expellere omnem timorem 144
*Anima.* Anima quanti ſit valoris, & quantæ æſtimationis apud Chriſtum 258, 259
Animæ pretium & valor 82
Animas æſtimat Deus ſuper omnia 76
*Antiochus.* Antiochus quem denotet 480
*Aqua.* Aqua planctus Symbolum eſt 586
*Arca.* Arca Noe Eccleſiæ typus fuit 148
*Aqua.* Aqua ſignificat populum 772
Cur non benedicatur in Miſſis defunctorum 773
*Arma.* Arma Clericorum ad debellanda vitia atq; aëreas poteſtates, Divina lex 416
*Avaritia.* Avaritia ab eccleſiaſticorum cordibus exulare debet, & quomodo Deus illam puniverit 317
Avaritia eſt peſtis 334
Avaritia cæca eſt, errorem religionis inducit, non videt quæ Divina ſunt &c. 336
Avaritia eſt radix omnium malorum 334
Avaritiæ vitium execrabile 326
*Aurum.* Aurum non quærit Deus à Sacerdotis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dotis officio, ſed animas 292
Auro & Argento & Lapidibus pretioſis pro poſſe fidelium ſingulis in locis ſplendet feſtiva devotio, quæ cum in ſæcularibus ambitionis inſignia ſint, in eccleſiaſticis pietatis indicia ſunt 218

## B.

*Beatitudo.* Beatitudo populi à ſacerdotibus dependet 2
*Beneficium.* Beneficium eſt vinea 461
Beneficiorum pluralitas deploranda. 460.
Cauſat multas inconvenientias 462.
Quando licita 463
Beneficiorum plurium collatio ſine cauſa rationabili eſt crudelis diſſipatio 464
Horrent canones 465
Beneficiorum pluralitatem ſuſtinens Philipp. Cancellarius damnatus eſt 470
item alii 477
*Benedictio.* Benedictio in Miſſis defunctorum omittitur 839
*Beſeel.* Beſeel ſculptor famoſus 14
*Beſtia.* Beſtia crudelis eſt malus ſacerdos 305
*Bibliotheca.* Bibliotheca Chriſti fuit pectus Nepotiani 12
*Bos.* Boves laſcivi & recalcitrantes ſunt

Doctores & Prædicatores ad vitia corruentes 176

C.

*Canis.* Canes nocturnam agentes vigiliam timent non ſibi, ſed his quos cuſtodiunt 143

*Canon.* Canon Miſſæ ubi incipiat 732

*Cæremoniæ.* Cæremoniæ ſacræ myſteriis redundant 552

Quibus cæremoniis conſecretur altare 553

*Canon.* Canon Miſſæ quid ſit 789. & ſeq.

*Carolus.* Carolus Borromæus Epiſcopus Eccleſiæ Mediolanenſis fuit theſaurus Eccleſiæ 1

*Caſtitas.* Caſtitas ſacris ordinibus propria 157

Caſtitas eccleſiaſticis neceſſaria 206

*Caſula.* Caſula ſignificat æternorum contemplationem 122. Deſignat charitatem 137. denotat purpuram 563

eſt veſtis nuptialis ibid.

*Cenſura.* Cenſuræ contra luxum veſtium 238 & ſeq.

*Charitas.* Charitas neceſſaria eſt eccleſiaſt. 137

eſt veſtis Sacerdotalis 137

Charitatis effectus 597

quanta charitate eccleſiaſtici debeant proximis ſubvenire 384. & ſeq.

Cingu-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Cingulum.* Cingulum repræſentat vincula Chriſti 558
Significat lora craſſa ac funes, quibus fuit dilaniatus 558
ſignificat continentiam 559
*Claves.* Claves cœli ſunt Sacerdotes 54
*Clericus,* Clericus ex inope dives factus tanquam peſtis fugiendus 333
Clerici ſunt fundamentum omnium populorum 6
Clerici ſi mali fuerint, inemendabiles ſunt 302
*Collecta.* Collecta in Miſſa unde 699. 700. 701 702
Collectæ ſeptenarium numerum excedere non debent 705
*Columba.* Columba Spiritus S. figura 148
Columbæ proprietas 489
*Columna.* Columnæ Eccleſiam ſuſtentantes ſunt Eccleſiaſtici 262
*Communio.* Communio ſub utraq; ſpecie ſacerdotibus competit ſolis 576. 577
Communio zizania inimici infernalis retardat 596
Communio ſacerdotis, & finis Miſſæ 835
*Concordia.* Concordia à Deo in Eccleſia requiſita 157
*Confeſſarius.* Confeſſarius diſcolus & inexpertus ruinam inducit æternam &

corporis & animæ 56
Confeſſarius debet eſſe cautus & circumſpectus 59
Confeſſarii mali ſunt mercatores 63
*Conſanguinei.* Conſanguinei Chriſti ſumus 98
*Conſecratio* 811
*Conſiderationes.* Conſiderationes faciendæ ab Eccleſiaſticis poſt Miſſæ celebrationem 663
*Conſtantinus.* Conſtantinus Magnus renuit ſuſcipere cauſas aliquorum Epiſcop. 39
*Continentia.* Continentia ſacerdotum idololatrarum 170
Continentia ſummè neceſſaria 157
*Corporalia.* Corporalia cur ex lino eſſe debeant 164
*Cura.* Curæ animarũ neglectus ad mortem condemnat Eccleſiaſticos 401. & ſeq.
Curæ animarum ſi præficiantur inexpertes & rudes, damnum Chriſtianitatis 5
D.
*Dæmon.* Dæmon venator 14
Dæmonis thema ſuggeſtum oratori 5
Dæmones fugiunt ad prolationem verborum conſecrationis 535
*Damnum.* Damnum Chriſtianitatis eſt, ſi inexpertes & rudes curæ animarum præficiantur 5
damna clericorum avaritiæ deditorũ 331

*Depoſita.* Depoſita pietatis ſunt reditus Eccleſiaſtici 338
*Deus.* Deus glorificatur in reliquiis ſanctorum 687
*Diabolus.* Diabolo pejores ſunt perverſi ſacerdotes 305
*Dignitas.* Dignitas in indigno eſt ornamentum in luto 42
Dignitas ſacerdotalis præponitur ſuo modo dignitati Mariæ 35.55 37
Dignitas ſacerdotalis primo cognoſcenda, deinde ſervanda 129
Dignitatis Eccleſiaſticæ prærogativæ 25
Dignitatis ſacerdotalis conditiones 34
*Diſtractio.* Diſtractio & irreverentia in Eccleſiaſticis damnabilis 262
*Dominicus.* S. Dominicus epiſcopum ſuum docet, quomodo ad diſputationem contra hæreticos pergere debeat, ac quomodo ſuperari poſſint 225
*Dominus.* Dominus vobiſcum in miſſa quid ſit 697
Cur ſepties in miſſa dicatur 698
*E.*
*Eccleſia.* Eccleſia ſi pacem habeat ab hæreticis, perſecutionem patitur à malis filiis 21
Eccleſia eſt vinea 445. eſt ſponſa 489 eſt domus Jacob 495



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Eccleſiæ medulla ſunt virgines 158
Eccleſiarum facultates ſunt patrimonia pauperum 339
*Echo*. Echo populi eſt: Et cum ſpiritu tuo 697
*Elogia & Delogia*. Elogia Orationis bonæ, & delogia diſtractionis 266
*Epiſtola*. Epiſtola in miſſa quid ſit, & cur ita dicta 711. 718
Epiſtola omnipotentis Dei eſt Sacra Scriptura 712
Cur Evangelio præmittatur 719
*Euchariſtia*. Euchariſtia armat milites pro fide pugnantes 538
Euchariſtia mitigat ſtimulum carnis 547
*Evangelium*. Evangelium in miſſa 738. ad
Evangelium cur luminaria deferantur 748
Euchariſtiæ fines duo. 506
*Exemplum*. Exemplum malum Eccleſiaſticorum confirmat ſæculares in ſuis vitiis 9
Exemplum terribile 428. 429
Exemplum de S. Bonaventura præ humilitate non celebrante 616
Exemplum diſcordiæ horrendum 600
Exemplum de S. Franciſco Borgia 602
Exemplum de miſſa 501. 502
Exemplum cujuſdam nobilis tentati, ut ſe ipſum ſuſpenderet, ac virtute
miſſæ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

miſſæ liberati 623
Exemplum peccati omiſſionis cujusdam Epiſcopi 437
*Expoſitio.* Expoſitio miſſæ 674

F.

*Faces.* Faces Eccleſiæ ſunt Eccleſiaſtici boni 11
*Filii.* Filii Heli puniti propter gulam 372
*Finis.* Finis temporalis Eccleſiaſticorum perſtringitur 286
*Franciſcus.* Franciſcus Eccleſiæ reparator &c. 24
*Fundamentum.* Fundamentum omnium populorum ſunt clerici 6
Fundamenta prima Eccleſiæ fuerunt unio, pax, & concordia 15
Fundamenta mundi ſunt clerici boni 8
*Fur.* Fur eſt & latro, qui intrat in clericatus ordinem, non ob virtutis exemplum, ſed victus parandi ſubſidium 135

G.

*Gloria in excelſis.* Gloria in excelſis in miſſa quando dici inceperit 693. 694
*Gratia.* Gratia eſt gloriæ inchoatio 544
*Gula.* Gula eſt laſciviæ ſocia 373
Gula prima in paradiſo terreſtri 367
Gula eſt totius generis humani crudelis dominatrix 367



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Gulæ effectus 369.&ſeq.
Gulæ figura fuit Nabuzardan 367
*Guloſitas.* Guloſitas Eccleſiaſticorum quam ſit pernicioſa 366

H.

*Habitus.* Habitus exterior interiorem exprimit veſtitum 111
*Heli.* Heli ſummi ſacerdotis infauſtus exitus 361
Heli ſolum reus fuit peccati omiſſionis 442
*Homines.* Homines morigerati ſunt lapides vivi, corpus Eccleſiæ conſtituentes 5
*Honore.* Honore ſacerdotali nihil in hac præſtantius 34
*Humilitas.* Humilitas eſt nutrix charitatis fraternæ 601

I.

*Janua.* Janua cæli eſt beata Virgo 54
*Jejunia.* Jejunia quatuor temporum quare inſtituta ſint 156
*Ignis.* Ad Ignem frigidus non poteſt non caleſcere, Ita & frequens nimium familiaritas 191
*Inſtrumenta.* Inſtrumenta ſunt ſacerdotes, a quibus omnium populorum pendet beatitudo 2
Inſtrumenta Dei ſunt Eccleſiaſtici 73
*Intemperantia.* Intemperantia Eccleſiaſtico-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

corum, quam ſit pernicioſa 366
Intemperantia eſt mater omnium hæreſum 371
*Introitus.* Introitus miſſæ quid ſit, & unde deſumatur introitus auctor 689. 690
*Joci.* Joci condemnantur in Eccleſiaſticis 376
*Irreverentia.* Irreverentia circa Sacrificium deteſtabilis 636 & ſeq.
*Judas.* Judas pluris faciens denarium quam donatorem, ſuam ſumpſit condemnationem 643
Judæ ſimiles ſunt, imo peiores mali ſacerdotes 307 & ſeq.
*Judith.* Judith eſt typus Eccleſiæ 74

K.

*Kyrie eleyſon.* Kyrie quid ſit 693 angeli auditi ſunt ſæpius repetere Kyrie eleyſon. Cur tertio ternis dicatur 693

L.

*Labor.* Labor ab Eccleſiaſticis debet eſſe in ſeparabilis 367
*Lapides.* Lapides Sanctuarii ſunt ſacerdotes 17
Lapides vivi ſunt homines morigerati, corpus Eccleſiæ conſtituentes 3
*Lex.* Lex divina ſervit Eccleſiaſticis ad debellanda vitia, & aereas poteſtates 416
Lex Eccleſiæ aſſimilatur legi nauticæ 133
*Libido.* Libido pediſſequa ſaturitatis 374

*Lilium.* Lilium non floreſcit niſi in medio ſpinarum 210
*Lingua.* Lingua qualis eſſe debeat 235.236
Lingua Dei ignis eſt 271
*Luminaria.* Luminaria altaris denotant Chriſtum Dominum 553
Luminaria denotant Apóſtolos 554
*Lupus.* Lupus eſt in Eccleſia Clericus perverſè agens, & nomen ſanctitatis habens 19.20
*Lutherus.* Lutheri machina apta & fortis ad evertendam fidem catholicam 45

M.

*Machina.* Machina Lutheri apta & fortis ad evertendam fidem Catholicam 45
*Maledictiones.* Maledictiones in Eccleſiaſticos perverſos 316
*Malum.* Malum pecoris redundat in dedecus paſtoris 75
*Manipulus.* Manipulus ſignificat ligamina, quibus manus ſalvatoris fuere conſtrictæ 560 ſignificat futurorum bonorum retributionem 560 cur brachio ſiniſtro imponatur ibid. vitam præſentem deſignat 561 ſignificat fletum, ibidem.
*Manna.* Manna eſt Symbolũ Euchariſtiæ 480

*Manus.* Manus ſunt opera 585
*Manſuetudo.* Manſuetudo a Deo in Eccleſia ſua requiſita 147
*Medulla.* Medulla Eccleſiæ ſunt virgines 158
*Miniſtri.* Miniſtri boni Eccleſiæ ſunt firmæ columnæ 7
*Miraculum.* Miraculum magnum ſacerdotii dignitas 26
Miraculum miſſæ 497.501.502
Miraculum corporis Chriſti in Euchariſtia 568
*Miſſa.* Miſſa originem trahit a miſſah 677
Miſſa jugiter celebratur in Eccleſia 491
Miſſa eſt realis repræſentatio mortis Chriſti 499
Miſſa eſt repræſentativa illius oblationis, qua Chriſtus ſe ipſum patri obtulit 703
Miſſa eſt ſacrificium propitiatorium 503 & ſeq.
Miſſa fidelium 751
Miſſa noſtra talis eſſe debet quotidie, ac ſi prima eſſet & ultima 628
Miſſæ diviſio 680
Miſſæ Elogia 483 tituli 484
Miſſæ Expoſitio 676 item a maſech. 678 item a meſſ 678 item a mitto ibid.
Miſſæ ſacrificium conſervat mundum 490
Miſſæ introitus 689
Miſſæ ſacrific. eſt ſuſtentaculum fidei 500

*Mundus.* Mundi fundam. ſunt clerici boni 8
*Modeſtia.* Modeſtia in converſatione, in colloquiis, & externa compoſitione clericis eſt neceſſaria 229
Modeſtia clericorum in veſtitu, talari, ac debita decenteque raſura ſeu corona 237. & ſeq.
*Mors.* Mortis memòria eſt remedium ad conſervandam caſtitatem 209
Mortificationes ſunt remedia ad conſervandam caſtitatem 210
*Murus.* Murus Eccleſiæ ſunt clerici boni 7
*Muſca.* Muſcæ ſunt importunæ cogitationes volatiles 285

N.

*Nabuzardan.* Nabuzardan templum Dei, civitatem ſanctam, ſacerdotium, ſacrificium &c. Evertit 366
Nabuzardan gulæ figura 367
*Negligentia.* Negligentia principum eſt cauſa perditionis totius orbis 5
Neglectus divini officii, proprii in ſpiritu profectus, curæ animarum, ad æternam mortem condemnat eccleſiaſticos 401
*Nuptiæ.* Nuptiæ regales figura fuerunt hujus ſacramenti 589

O.

*Obligatio.* Obligatio Eccleſiaſticorum in oratione 63



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Obligatio noſtra erga ſacerdotium 73
*Oculus.* Oculus eſt clerus 103
Oculus totum corpus illuſtrat 109
Oculum minima particula lædit 113
Oculi obtutus figentes in ſterquilinia non fœdantur 107
Oculorum Symmetria 111
Oculos in ſublimis collocavit hominum artifex 110
*Offertorium.* Offertorium in miſſa 761
*Officium.* Officii divini neglectus ad mortem condemnat Eccleſiaſticos 401 & ſ.
*Oliab.* Oliab ſculptor famoſus 14
*Oliva.* Oliva eſt Symbolum pacis 148
Oliva fructifera in domo Dei ſunt eccleſiaſtici 598
*Omiſſio.* Omiſſio pernicioſa eccleſiæ & eccleſiaſticis 419. & ſeq.
*Onias.* Oniæ pontificis pietas 2
*Operatio.* Operationes miraculoſæ in ſacrificio miſſæ expenduntur 564
*Oratio.* Oratio eſt mundi conſervatio 63
Oratio clericorum non eſt opus ſupererogatorium, ſed ex juſtitia debitum 67
Oratio eſt murus eccleſiæ 70. 264
Oratio eſt efficax remedium pro conſervanda caſtitate 207
Oratio eſt propugnaculum firmiſſimum inconcuſſum 264
Ora-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Oratio eſt unguentum 265
Oratio eſt baſis fortiſſima eccleſiæ 498
Oratio citius exauditur in eccleſia 529
Oratio Dominica 824
Orationis diſtractæ effectus 268 & ſq.
Orationis attentio triplex 272
*Oſculum.* Oſculum altaris cur fiat 688
*Otium.* Otium condemnatur in eccleſiaſticis 376
Otii virulenta germina 380
P.
*Paſſio.* Paſſionis Chriſti memoria eſt remedium ad conſervandam caſtitatem 208
*Patena.* Patena ſignificat petram poſitam ſuper ſepulchrum Domini 765
*Pax.* Pax eccleſiaſticorum eſt bellum Dæmoni 156
*Peccatum.* Peccatum unicum clericorum præponderat delictis totius populi 303
Peccatum omiſſionis quam pernicioſum eccleſiæ 419. & ſeq.
Peccatum omiſſionis Luciferi 433
Peccati omiſſionis ſolummodo fuit reus Heli 442
Peccata omiſſionis ſolum allegat Dominus 443
Peccata eccleſiaſticorum ſunt graviora, quia

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quia majus habent lumen,& majori afficiuntur honore 265. & ſeq.
Peccata venialia remittuntur, mediante Euchariſtia 530
*Perditio.* Perditio multorum eſt facinus paucorum 4
*Perfectio.* Perfectio in clerico requiſita 114
*Periculum.* Ob periculum etiam vitare debent piarum ac ſanctarum mulierum comerciumEccleſiaſtici 196 & ſeq.
*Perſona.* Perſonam Chriſti agit ſacerdos 657
*Pigritia.* Pigritia in eccleſiaſticis ſumme deteſtabilis 388
Pigritia quam enormis ſit 395
*Pœna.* Pœnæ in ſacerdotes incontinentes 171 178.179.265
Pœnæ clericorum avaritiæ deditorum 331
*Pœnitens.* Pœnitentes diverſi in primitiva eccleſia 722
*Poteſtas.* Poteſtas clavium 52
*Præbenda.* Præbendarum pluralitas præjudicat Eccleſiæ 461
*Prædia.* PrædiaEccleſiaſt. non avaritiæ præda,ſed inſtrumenta charitat.relicta ſunt 337
*Præparatio.* Præparatio optima requiritur, ut digne ac cum fructu accedamus ad altare 589
Præparatio in ſacerdotibus requiſita 640. 657
Præ-

Præparationis regula 661.662
*Puritas.* Puritas requiſita in miniſtris ſacrificii 571

*R.*

*Radix.* Radix omnium malorum eſt avaritia 334
*Reditus.* Reditus beneficiorum non ſunt fundati ad fovendum otium 260
Reditus Eccleſiaſtici ſunt depoſita pietatis 538
Reditus Eccleſiaſticorum ſunt vota fidelium, & patrimonia pauperum 351
*Reliquiæ.* Reliquiæ poni debent in altari 685
*Regula.* Regula præparationis ad miſſam 661.662
*Remedia.* Remedia varia adferuntur pro conſervanda caſtitate 206
*Ritus.* Ritus miſſæ myſteriis redundant 552
Ritus Epiſtolæ im miſſa 711. & ſeq.
*Ruina.* Ruina Eccleſiarum eſt avaritia Eccleſiaſticorum 327
Ruina ex Eccleſiaſticorum avaritia orta eſt cæcitas mentium 328
Item ruina æterna 328

*S.*

*Sacerdos.* Sacerdos ſine ſcientia eſt ſicut cæcus ductor in via 57
Sacerdos ſacris indutus celebraturus



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

repræſentat Chriſtum in ara crucis 556
Sacerdos agit perſonam Chriſti 657
Sacerdotes ſunt ſpirituales medici 3
Sacerdotes ſunt lapides ſanctuarii 17
Sacerdotes prælati ſunt angelis & dominationibus 28
Sacerdotes ſunt Dei domeſtici & familiares 29
Sacerdotes ſunt claves cœli 54
Sacerdotes Eccleſiæ oculi ſunt 105
Sacerdotes mali de novo Chriſtum crucifigunt 307
Sacerdotes mali pejores ſunt diabolo 305
Sacerdotes mali ſunt ſimiles Judæ 307
*Sacerdotium.* Sacerdotium pro ſalute animarum inſtitutum eſt 73
*Sacramentum.* Sacramentum euchariſtiæ eſt ablutio ſcelerum 331
*Sal.* Sal eſt Symbolum pacis ac unionis 151
Sal ex quibus elementis componatur 151
Salis proprietas 187
*Sacrificium.* Sacrificium miſſæ conſervat mundum 490
Sacrificium miſſæ eſt compendium omnium beneficiorum 566
Sacrificiũ miſſæ eſt ſuſtentaculum fidei 500
Sacrificium miſſæ excedit omnia veteris legis ſacrificia 515
Sacri-

Mansi



Sacrificium miſſæ eſt latreuticum, impetratorium, propitiatorium 516
Sacrificium miſſæ liberat a periculis 624
Sacrificium incruentum nititur impedire Dæmon 480
Sacrificium incruentum virtutibus Chriſtianis præbet vigorem & nutrimentum 541
Sacrificium incruentum fons eſt indeficienter ſcaturiens 527
Sacrificium eſt pretioſus theſaurus 589
Sacrificioruum veteris legis tres ſpecies 515
*Scientia.* Scientia Sacra Eccleſiaſticis neceſſaria 409
Scientia eſt quaſi ſacerdotis anima 413
*Sententia.* Sententia Petri præcedit ſententiam cœli 55
*Sol.* Sol metalla generat 142
*Speculum.* Speculum vivum veri Eccleſiaſtici 90.91
*Spiritus Sanctus.* Spiritus ſanctus non deſcendit ſuper oblationem propter alienam culpam 634
*Stercora.* Stercora ſunt omnia temporalia reſpectu æternorum 141
*Stola.* Stola tertium ſalvatoris funem repræſentat 562
Stola ſignificat jugum 562



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Supellectilia.* Supellectilia Sacra Myſteriis redundant 55

T.Ten-

T

*Tentatio.* Tentationibus ſenſuũ Eccleſiaſtici maxime ſunt expoſiti. 185

*Thema.* Thema Dæmonis quod oratori ſubminiſtravit 5

*Theſaurus.* Theſaurus Eccleſiaſticæ diſciplinæ fuit S. Carolus Eccleſiæ Mediolanenſis Epiſcopus 1

*Thomas.* Thomas Aquinas compoſuit officium corporis Chriſti. 338

*Tributum.* Tributorum penſione templum Jeroſolymitanum fuit honoratum 2

*Triſtitia.* Triſtitia pia eſt beata miſeria 97

*Typus.* Typus Eccleſiæ Judith 74

V

*Vacca.* Vaccæ quæ deportarunt arcam in Belthſames diſſectæ ſunt, & igni impoſitæ 360

*Valor.* Valor ſacrificrificii incruenti 48

*Vas.* Vas vinarium multis circulis circumligatum ſignificat ſacerdotum vitam virtutibus cuſtoditam 577

*Veſtis.* Veſtis eſt charitas 137

Veſtis eſt Eccleſia 25

Veſtis tenera non facit ornatum clericum, ſed munditia mentis 224

Veſtem ſine virtute ſacerdos non portet 226

Veſtium forma deformitas eſt mentium, & morum indicium 239

*Vigil.* Vigiles ſunt animarum paſtores 87

*Vinea. Vinum.* Vinea eſt Eccleſia 445. 461

Vinum ſignificat Chriſtum 772

*Vita.*

*Virtutes.* Virtutes baſes ſunt, quibus ſuſtentatur Eccleſia 25
*Viſio.* Viſio Gulielmi eremitæ 641
*Vita.* Vita Eccleſiaſticorum bona vel mala eſt regula populi 1
Vita irreprehenſibilis neceſſaria eſt Eccleſiaſticis, ut in aliis vitia eradicent 93
Vita mala Eccleſiaſticorum eſt machina Dæmonis è cordibus fidelium timorem Domini ſubtrahentis 11
Vita religioſa modeſta & compoſita Eccleſiaſticorum plantat virtutes in ſæcularibus 9
Vita ſacerdotis qualis eſſe debeat 608
*Vocatio.* Vocatio clericorum in quibus conſiſtat 250

Z.

*Zelator.* Zelator Eccleſiæ catholicæ S. Bernardus 286
*Zelus.* Zelus ſacerdotum qualis eſſe debeat 95
*Zizania.* Zizania ſymbolizant hæreſes 197

# Menda ſic Emenda.

*Numerus primus paginam ſignificat,*
*Numerus ſecundus lineam denotat.*

Authumet pagina 27. linea 3. lege autumet. Quid p. 51. l. 15. l. qui. animal 73. 16. animas. Sileo 75. 26. ſileo popius 82. 5. & 6. propius. Hebræismi 92. 12. Habraiſimi. vivent 108. 24 vivant. paupere 141. l. penultima l. pauperes. ſimus 142. 20. fimus. delinquentiam 173. ultima delinquentium. quo 175. 18. quod. atquei deo 181. 8. atque ideo. rochetti 186. 14. veſtes exteriores. exmant 194. 16. eximant. exantris 198. lin. ult. l. ex antris. cilitiis 199. 16. ciliciis. ſcrudulum facientes 199. 24. ſcrupulum non facientes. anno 160. pag. 247. 10. lege 1610. exquitus 248. 25. exquiſitus. præ omnibus 262. 9. pro omnibus. precos 264. lin. ult. l. preces. inſuperbile 266 6. inſuperabile. bouum 285. 4. bonum. laxabam 286. 16. laxabant. ſuis 293. 13. ſui. eccleſiaſicos 319. 5. eccleſiaſticos. mælorum 327. 16. malorum. cupiditates 336. 23. cupiditatis. eſtimonio 343. 16. teſtimonio. temeritudinem 360. 24. teneritudinem. cognatot 361. 25. cognatos. ſubtamque 362. 1. ſubitoque. ibidem l. 2. ſacerdotio adde perdito. crateris 371. 14. crateribus. audaoia 378. 2. audacia. redditus 386. 5. reditus. 418. vextigio 402. 18. veſtigio. tantorumque 420. 20. tantarumque maniculæ 436. 3. naviculæ. vitio 436. 14. & 15. viſio. qem 478. 19. quem. morte 485. 22. monte. conſecratio 498. 21. conſervatio. addimus 508. 24 addidimus. eſt 532. ultim. &. Golgathæo 546. 12. Golgothæo. hom. 551. 12. & 13. homo. ceræmoniæ 552. 7. cæremoniæ. item 628. 7. item 637. 676. 677. 680. 696. Golgathæo 556. 23. Golgothæo. hæ 578. 7. hæc. altare 581. 20. ad altare. intima 12. 602. 22. l. 12. intima. afferre 615. 5. offerre. penetrant 617. 27. penetrat. altero 635. 10. à clero. pagina 641. 12. puritate, adde cor. ttemendum 648. 18. tremendum. adaugmento 649. 17. ac augmento. tangi 661. lin. 7. tangere. ipſam & 665. 7. ipſamet. corde 666. 19. cor. ipſam 666. 5. ipſum. ipſa 666. 8. ipſo. abſcondit 685. 6. aſcendit. vidis 686. 16. vidi. ſacrificias 686. 26. ſacrifices. ac 692. 24. ad.

repræ-

repræſentate 696. 6. repræſentante., ſcribent Haloia 715. 5. ſcribens Halloix. cærimoniali 718, 2. cæremoniali, Cæſareo 721. 18. à Cæſareo. benedicitur 728. 22. benedicitur. fidetur 729. 8. videtur. camtanti 730. 6. cantandi. tyrannus 737. ultim. Lyranus. peccatore 743 24. pectore. in re p. 747. lin. 14. lege jure. aliquod p. 747. lin. 25. lege aliquo ſancta. p. 748. lin. 12. lege ſanctus. diſpenium p. 755. lin. 1 lege diſperſum II. p. 756. lin. 17. lege III reſurrectionem 759. lin. 11. adde &. Chriſte p. 770. lin. 22. lege Chriſto. quæ p. 788. lin. 12. lege quod. roborandam confirmandam, ac talem ac conſuetudinem p. 794 lin. 1. lege roborandam ac confirmandam talem conſuetudinem per p 786 lin. 4. lege pro eccleſia ac dies illos ad functiones p. 803. lin. 19. lege eccleſia ad dies illos ac functiones, eſt paſchaſius p. 804. lin. 21. lege & paſchaſius caperetur pag. 806. lin. 4. lege pateretur. Chriſt. p. 808. lin. lege Chriſtus. ad p. 813 lin. 25. deleatur. ſacrarum p. 817. lin. 24. lege ſacrum adſiſterent p. 819. lin. 8. lege adſiſtebant. propie p. 820. lin. 19. lege proprie. refericans p. 821 lin. 22. lege refricans. denotat, ut quod p. 822. lin. 23. lege denotatur, quod. ſuc. p. 823 lin. 16. lege ſub. legi canone p. 824 line 6 lege legi poſt canonem. liberaris p. 828. lin. 7. lege liberari. ritu p 830. lin. 1. lege ritus.

Collegii Societis JESU Paderbornae A 1697

dono P. Kloppenburg SI.

a 715. §.
, Cæſ-
dicitur.
tyran-
ſtore.
35. lege
nium p.
l reſur-
92. lege
m con-
1. lege
inem
ctiones
nes, eſt
tur pag.
hriſtus,
lege ſa-
ropic p.
lege re-
notatur,
4 l ne 6.
7.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Mansi

[illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Mansi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th
2841

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN